






ULB Düsseldorf




+4034 651 01


















Acta Nationis Germanicae  
Bononiae studentis.



Insignia  
nationis ex libro statutorum desumpta  
Cf. p. 3, adnot. 1.



ACTA  
NATIONIS GERMANICAE  
VNIVERSITATIS BONONIENSIS  
EX ARCHETYPIS  
TABULARII MALVEZZIANI

IUSSU INSTITUTI GERMANICI SAVIGNYANI

EDIDERUNT

ERNESTUS FRIEDLAENDER ET CAROLUS MALAGOLA

---

CUM QUINQUE TABULIS

---

BEROLINI  
TYPIS ET IMPENSIS GEORGII REIMERI  
MDCCCLXXXVII





Cult. G. 2462 (4°)  
2<sup>te</sup> He

LANDES  
UND STADT-  
BIBLIOTHEK  
DUISBURG

36. G. 3578






Haec acta ut publice prodeant, effecit, ut libri argumento convenit, consensus nationum duarum Italicae et Germanicae. Tabularium domesticum gentis illustris et vetustae Bononiensis comitum Malvezziorum de' Medici qui hodie possidet Iohannes, senator regni Italiae, intercedente filio Nereo non solum ut ederentur permisit, sed etiam cum typis exprimenda essent Berolini, eo ut transferrentur ipsi codices in tabulario regio ad tempus adservandi, petentibus nobis non negavit. Apographum autem typhothetis tradendum diligenter et perite confecit Carolus Malagola, tabulario regio Bononiensi praefectus. Huic Itatorum liberalitati et doctrinae Germanorum respondit peregrinantium suorum memor pietas. Institutum Savignyanum quo tempore administrabat regia Academia Berolinensis, instante praesertim socio eius Georgio Bruns, cui ut opus absolutum videret fatum negavit, ii viri, quibus Academia Instituti curam mandaverat, acta haec per Ernestum Friedlaenderum, tabularii regii Berolinensis custodem, edi iusserunt sumptibus Instituti. Id cum ipsum impensis nequam sufficeret, adivimus precibus nostris duos viros excellentissimos Henricum Friedberg, qui iurisdictioni administrandae summo loco praest, et Gustavum de Gossler, summum curatorem litterarum publice promovendarum, iisque benigne intercedentibus princeps de Bismarck, imperii Germanici cancellarius, rem exposuit Augustissimo Imperatori Germaniae Guilelmo, isque quae deerant explevit.

Eorum virorum, quos acta haec Bononiensia recensent, notitia iusta postea publicabitur in supplemento huius editionis seorsum edendo.








P R A E F A T I O .









Multa per saecula floruit Natio Germanica universitatis Bononiensis actorumque suorum tuta liberaque usa est possessione. Sed diu cum vigeret, paulatim temporum iniquitate deflorescere coepit, iamque videbatur fore ut sensim quasi senio confecta exstingeretur, cum ei subito vi extrinsecus allata finis impositus est. Mense enim Iunio anni 1796 Francogallorum copiis Bononia oppressa magistratus, universitas, nationes sublata actaque Nationis Germanicae tot per saecula diligentissime servata dissipata sunt. Quorum cum multos per annos nullum exstitisset vestigium, anno 1825 inventa posteaque empta sunt ab Iosepho Maria Malvezzi de' Medici, comite illustrissimo, viro litterarum studiosissimo, quo nemo accuratius aut diligentius collegit bibliothecarum et tabulariorum copias. Atque huius in tabulario domestico qui iam exstant Nationis Germanicae libri et manu scripti et typis expressi, eos breviter — nam fuse et accurate hac de re Dr. Carolus Malagola disseruit in libello qui inscribitur: „I libri della Nazione Tedesca presso lo studio Bolognese“<sup>1</sup> — singillatim nunc enumerare mihi liceat.

Totius autem Actorum collectionis quattuor sunt capita, quorum primo continentur Statuta et Privilegia, altero Matriculae, tertio Annales, quarto Liber armorum.

#### I.

a. Statutorum volumen ex iis quae ad nostram pervenerunt aetatem antiquissimum (act. 1) continet Statuta anni 1497; quo de volumine infra pluribus verbis disputabitur. — Codicis duodecim foliorum chartacei (act. 2), qui inscriptus est: „Germanicae nationis in urbe Bononia iurisprudentiae operam navantis libri II etc. 1574“, fragmentis servatae sunt duae epistolae Nationis Germanicae ad Annibalem Campeggio comitem et Iohannem Angelum Papii iurisconsultum anno 1573 missae, deinde longior quaedam praefatio (fol. 6—9), tum Statutorum unum caput „de novitiis et iis qui in album Germanicae Nationis recipi possint aut non possint“ integrum (fol. 9<sup>v</sup>—11) et alterius capitis „de procuratoribus et reliquis magistratibus legendis“ fragmenta. — Statutorum anni 1589 exemplar atque nonnulla Statuta reformatoria anni 1598 exstant in altero Matricularum volumine. — Volumine deinde corio contexto, forma quartanaria, cuius primum folium ornatur pictis quibusdam armis (act. 3), continentur Statuta anni 1610, in quibus nonnullorum vocabulorum principia satis eleganter sunt coloribus et figuris ornata. In actis etiam 5. 6. 7 insunt breviora quaedam

<sup>1</sup>) Atti e memorie della R. Deputazione di storia patria per le provincie di Romagna. III Serie, vol. II. Modena 1884 p. 202—259. Cf. Dr. Arnold Luschin v. Ebengreuth, Quellen zur Geschichte deutscher Rechtshörer in Italien I. Sitzungsberichte der philos. histor. Klasse der kais. Akademie der Wissenschaften zu Wien. CXIII. Heft II p. 745 sqq.



Statuta annorum 1629. 1662. 1728 manu scripta; typis contra expressa sunt Statuta annorum 1629. 1733. 1750, quae actis 4. 8. 9 continentur.

b. Ex Privilegiis praeter cetera commemorandum est diploma a Carolo Quinto imperatore Nationi Germanicae die vicesimo quinto Februarii anni 1530 datum, quod ex archetypo collectionis Malvezzianae (act. 10) typis expressum habes pag. 19 seq. huius libri. Actis autem 11—17 continentur privilegiorum editiones typis exscriptae, multis illae vitiis maculatae: non numquam dimidia verborum parte ommissa sensus prorsus est corruptus. Privilegiorum editio antiquissima est anno 1599 parata, Malagola auctore „un rarissimo opusculo“, quod inscribitur: „Privilegia a sacrat. imperat. et ss. Romanorum pontificibus nationi Germanicae in Bonon. gymnasio indulta“, quae inscriptio excipitur Nationis armis hisque verbis: „Bononiae, apud haeredes Io. Rossii 1599“. Praeterea contigit, ut Actorum collectio Malvezziana augetur Privilegiorum editione sex annis superiore, quam proximo anno apud antiquorum librorum coemptorem quendam Lipsiensem inventam Malvezzi comiti eius collectioni adiungendam tradidi. Qui libellus, forma quartanaria minore, insignitus est eadem inscriptione qua ille liber anni 1599, praeterquam quod hic subter arma Nationis sequuntur verba: „Bononiae, apud Ioannem Rossium 1599“. — Invenies autem Privilegia huius editionis pag. 21—31.

## II.

Matricularum prius volumen infra una cum Annalium primo volumine plene tractabitur. — Altero volumine (act. 19) series Matricularum inde ab anno 1573 perducitur ad annum 1727; constat autem ex duodequingenta foliis membranis litteris impletis; his addita sunt folia quadraginta sex chartacea, vacua illa quidem exceptis fol. 72—88, ubi leguntur praeter Statuta Nationis anno 1589 composita iurisiurandi formulae et nonnulla Statuta reformatoria die 23. Aprilis anni 1598 comprobata. Hoc volumen, forma maxima, corio contextum est, eiusque in adverso tegumento aureis litterulis scripta leguntur haec: „Liber inclytæ Germanicae Nationis, in quem pura et eleganti scriptura nomina immatriculorum transcribuntur. Confectus dominis Loevino a Borstel Saxone et Sebaldio Welsero Noribergensi consiliariis. Anno nostrae salutis MDLXXIX“, et in averso: „Vivant Germani Bononiae“. In indice picturis ornato exstant arma Nationis, nomina Borstel et Welser, consiliariorum Nationis, armaque utriusque gentilicia. Sequuntur Privilegia Caroli Quinti, Clementis VII., Pii IV., Gregorii XIII., Clementis VIII. et (fol. 11) Matriculae, ubi exstant nomina Andreae ab Austria et Ludovici Madrutii cardinalium, archiepiscoporum et episcoporum nomina quinque (per annos 1593—1600), ducum ac principum (per annos 1574—1600) nomina tredecim, comitum baronumque nomina (per annos 1575—1602) — fol. 14—19 —, denique „Caetera nationis nostrae nomina“, scholarium scilicet, qui per annos 1573—1727 Bononiae versati sunt; at lacunis admodum amplis nomina annorum 1603—1606. 1608—1708 perierunt, anno 1607 unum nomen relatum est. In extremo volumine Statuta anni 1589 exstare iam dixi.

His Matriculis addita sunt (act. 20—23) aliquot folia quae inscribuntur „Syllabi“, impleta aut librariorum aut typographorum opera nominibus eorum, qui Officialium Nationis Germanicae munere functi sunt annis 1741. 1747. 1748. 1796. Quorum ultimum folium (act. 23) ultimum est Nationis Germanicae documentum publicum; nam duobus mensibus post diem tertium Aprilis anni 1796, quo die editum est, Francogalli Bononia occupata Nationem sustulere. Itaque accuratiorem eius descriptionem hoc loco addere licebit. In pulchrae crassaeque chartae, cuius forma est maxima, parte superiore vides Imperatoris Germanici, Nationis ipsius, Bononiensium arma xylographi quem vocant opera confecta et hanc inscriptionem: „Syllabus illustrissimorum dd. officialium pro toto anno MDCCXCVI incliti Germanicae nationis col-



legii apud Bononiam studentes (!)\* etc.; tum sequitur ipsa officialium scholariumque series. Cuius primum locum obtinent Protector Regio-Caesareus, Vice-Protector, princeps Procurator et Consiliarius, secundus Procurator et Consiliarius, Syndicus; subiuncti sunt „illustrissimi ac generosi dd. nationales hoc anno studentes iuxta suae cooptationis ordinem“, unus et viginti, quorum „nullus hoc anno lauream in hac celeberrima universitate suscepit“. Nomina eorum sunt haec:

- D. Ioannes Baptista Martinetti, Luganensis, geometriae studiosus, syndicus.
  - D. Andr. Menini, Luganensis, philosophiae stud.
  - D. Ioseph Altamer, Arci, i. u. stud.
  - D. Franciscus de Abundi Ripae Tridentinae, philos. stud.
  - D. Andr. Ricci, Arcensis, i. u. stud.
  - D. Ioannes Baptista Morandi, Arcensis, iur. canon. stud.
  - D. Ioannes Gasperini, Tridentinus, i. u. stud.
  - D. Ioannes Ulricus Weter de Herisau, mathematicae stud.
  - D. Aloysius Leonardi Bianchini, Luganensis, medicinae stud., princeps procurator et consiliarius.
  - D. Petrus Antonius Straulino, Augustensis, philos. stud.
  - D. Simon Pedretti, Luganensis, geometriae stud.
  - D. Sebastianus Gross, Helvetius, philos. stud.
  - D. Ioseph Walli, Polonus, geom. stud.
  - D. Michael Storni, Luganensis, geom. stud.
  - D. Xaverius Untersteiner, Augustensis, mathem. stud.
  - D. Antonius Varena, Luganensis, philos. stud., secundus procurator et consiliarius.
  - D. Ioseph Lanfranchini, Luganensis, philos. et geom. stud.
  - D. Carolus Henricus Hapferer, Brisgoviae Friburgensis, philos. et mathem. stud.
  - D. Antonius Obwexer, Augustensis, mathem. et philos. stud.
  - D. Petrus Zanghellini, Tyrolensis, medic. stud.
  - D. Alexander Moretti, Carniolensis, philos. stud.
- Hi excipiuntur nominibus septemdecim „nationalium honorariorum“, quae sunt:
- D. Carolus Andrea Pasquini, Luganensis.
  - D. Iacobus Pasquini, Luganensis, med. doctor.
  - D. Carolus Santini, Luganensis.
  - D. Ioseph Iamorini, Luganensis.
  - D. Ioseph Untesteiner (!), Augustensis.
  - D. Andr. Pedevilla, Luganensis.
  - D. Petrus Giroidelli, Helvetus.
  - D. Ioannes Lanfranchini, Luganensis.
  - D. Petrus Brunor, Viennensis.
  - D. Ioannes Aselmeyer, Augustae Tiberii.
  - D. Nicol. Gosetti, Tridentinus.
  - D. Fridericus Droz de Neuchatel.
  - D. Iacobus Menini, Luganensis.
  - D. Aloysius Fontana, Luganensis.
  - D. Carolus Storni, Luganensis.



D. Michael Angelus Petrocchi, Luganensis.

D. Dominicus Menè, Luganensis.

Sequuntur Assessor actualis, promotores quattuor ordinum, capellani, procuratores, medici, bibliothecae praefectus, thesaurarius, cancellarii, bidelli, septemdecim magistri linguarum artiumque saltandi, arma tractandi, cantandi, equitandi etc.; ultimo loco posita sunt „Inservientium“ nomina.

### III.

Annalium volumen primum (act. 24), quo continentur instrumenta inde ab anno 1265, rationes<sup>1</sup> inde ab anno 1289 usque ad annum 1557, infra accuratissime descripturus hoc loco omitto.

Perierunt cum voluminibus altero et quarto annorum 1558—1594 et 1620—1639 Annales; restant vol. III et V, utrumque chartaceum, illud (act. 25) annorum 1595—1619 res, hoc (act. 27) annis 1640—1674 quae gesta sunt complectens. Atque vol. quintum corio contectum, inscriptum est: „Annales inclytæ nationis Germanicæ Bononiensis dd. consiliariis Io. Georgio l. b. Trap et Ioane Baptista Bozetta, syndico d. Ernesto Campensi I. U. D., quaestore d. Iacobo Pembrer, bibliothecario d. Urbano Debelach, anno a nato Deo MDCXXXX“, eiusque index a bono quodam pictore ornatus est et Nationis armis et illorum, qui in hac tegumenti inscriptione enumerantur, quinque virorum nominibus armisque.

Sunt vero trium illorum, quae servata sunt, voluminum argumenta admodum diversa. Nam cum primo contineantur rationes, nominum indices, documenta, in tertio et quinto insunt Nationis commentarii quidam, qui tamen non multum habent utilitatis; agitur enim non iam de rebus amplae societatis virorum ingenio excellentium ex tota Germania, sed de levibus et futilibus nugis sodalicii cuiusdam, a quo iam abesset flos nationis; ita fere rectissime iudicat Carolus Georgius Bruns. Quamquam haut raro narratiunculæ illæ interruptæ sunt enumerationibus scholarium inscriptorum, quas alicuius pretii et quae edantur dignas esse haud negaverim. Atque his usus est Luschin de Ebengreuth, professor Gratiensis, in libro illo qui inscribitur: „Oesterreicher auf italienischen Universitäten zur Zeit der Reception des römischen Rechts“<sup>2</sup>. — Praeterea his Annalibus inserta sunt aliquot singularia folia et excerpta (act. 26, 28—32), maxima ex parte saeculo duodevicesimo confecta, quibus agitur de Germanorum conductione quadam, de diplomate aurarii cuiusdam Nationis, de aliis huiusmodi rebus, quae nullius fere sunt momenti.

### IV.

Liber armorum, chartaceus, forma quartanaria, corio contectus, litteris aureis inscriptus: „Liber armorum Ger. nat. apud Bonon.“, et in tergo: „Anno MDXCIX“, instructus est indice coloribus variato, ubi exstant arma et Nationis et Ioh. Eustachii a Soll et Iacobi Sandt a Merl, Consiliariorum. — Sequitur praefatio primo die mensis Octobris anni 1599 data, qua illi Consilarii de libri institutione referunt. In centum et duobus deinde quae sequuntur foliis multorum Germanorum arma coloribus sunt depicta neque raro ipsius dedicantis manu apposita est subscriptio. Sunt autem arma procuratorum, consiliariorum, doctorum recentium.

§ 2. Ex his quae de actis Nationis Germanicæ breviter exposui, satis iam credo apparet et maximi momenti esse Annales Matriculasque et Annalium volumen primum dignum esse, quod praeter cetera respiciatur, quippe quo contineantur documenta cum antiquissima tum ea, ex quibus natura atque ingenium Nationis

<sup>1</sup>) „Annales“ vocantur, quia in rationibus saepenumero res apud Nationem gestae narrantur.

<sup>2</sup>) Blätter des Vereins für Landeskunde von Niederösterreich. 1880—1885. Wien.



temporumque optime possit cognosci. Itaque cum consilium Acta illa edendi ageretur, nemo dubitavit, quin Annalium imprimis esset ratio habenda. Singulos per gradus quomodo progressa sit editio, exponere meum non est; hoc unum moneo, primum edendi consilium esse captum a Carolo Malagola, qui nunc praest tabulario regio Bononiensi et iam proposuit nonnulla Annalium et Matricularum exempla in libro illo qui inscribitur: „Della vita e delle opere di Antonio Urceo detto Codro, studi e ricerche. Bologna 1878. 8.<sup>o</sup>“. Deinde Carolus Georgius Bruns, cuius egregii viri memoria inter homines doctos numquam delebitur, de actis Bononiensibus ab ipso excussis rettulit ad socios Academiae scientiarum regiae Borussicae. De ipsa editione in praemissis dictum est.

In edendis actis quae sit adhibita ratio, infra indicabitur; nunc quae editae sunt partes accuratius sum descripturus. Sunt autem 1) Statuta anni 1497. 2) Privilegia. 3) Annalium volumen primum Matricularum volumine priore suppletum. 4) Instrumenta.

## 1.

Non iam exstant Nationis Germanicae Statuta antiquissima<sup>1)</sup>, sed ea tantum, quae comprobata sunt anno 1497, una cum inferioris aetatis additamentis et Statuta anno 1589 composita. Atque illorum volumen, maxima forma, ligno contextum, inductum corio prelis levigato et variato, aeneis et rosis distinctum et lamminis ab angulis munitum, litteris aureis inscripta habet in adversa parte verba „Statuta Germanicae nationis“, in aversa: „Adamo Verlieser et Georgio Zolner procuratoribus“. Qui cum anno 1530 Nationis Procuratores fuerint, eo ipso anno hoc volumen compactum esse apparet. Ex duodecim autem quae eo continentur foliis primi frontem tenet ea pictura, cuius in hoc libro exstat et descriptio pag. 3 adnotatione I et effigies — insunt enim Nationis arma — in brevius contracta in pagina huius libri indicii praefixa, nisi quod loco verborum „Acta Nationis Germanicae Bononiae studentis“, quae in ea tabula impressa leguntur, in ipsa pictura scripta sunt haec: „In hoc libro haec continentur: Statuta et privilegia Nationis Germanicae Bononiae studentis“. Postica deinde primi folii pars et alterum folium ornata sunt tabellis duabus minoribus, in quibus cernuntur seni scholares Germanici a Procuratoribus ad iusiurandum adacti. In alterius folii tabella infra arma cathedrae inscriptus est annus 1497. His ex picturis, quas quam accuratissime hoc in libro exprimendas curavimus, perspicue cognosci potest, et quae illius caerimoniae fuerit ratio et quo vestitu habituque tunc usi sint scholares Germanici<sup>2)</sup>. Subscripti sunt tabellis loci quidam ex evangelii Iohannis et Lucae sumpti, qui recitabantur discipulis iureiurando adigendis, pulchre illi scripti, hic illic ornati pictis initialibus. Fol. 3 ad fol. 9 deinceps exstat Statutorum anni 1497 exemplar hoc ipso anno eleganter scriptum, mendis tamen multis deformatum, cuius cum hic illic initia verborum pulchre coloribus adumbrata, tum prima ipsa littera admodum magna picta est arte egregia. Fol. 9 ad 11 sequuntur additamenta anni 1516 aliaque priore saeculi sexti decimi parte subiuncta; folium 12 vacat.

Horum Statutorum argumentum, cum ipsa accuratissime expressa legantur huius libri pag. 3—15, hoc loco non videbatur esse exponendum.

<sup>1)</sup> Cf. Der Aufenthalt des Copernicus in Bologna. Thorn 1880. 8<sup>o</sup>.

<sup>2)</sup> De antiquis statutis omnium qui iurisprudentiae Bononiae operam dederunt scripsit H. Denifle, Die Statuten der Juristen-Universität Bologna vom J. 1317—1347 und deren Verhältniss zu jenen Paduas, Perugias, Florenz. Archiv für Literatur und Kirchengeschichte III. 1887 p. 196—405.

<sup>3)</sup> Hae tabellae iam editae sunt, sed ad minorem modum redactae coloribusque neglectis, anno 1886, in: XXXII. Jahresbericht des Copernicus-Vereins zu Thorn. — Huius libri tabellae accuratissime factae sunt ab Alberto Frisch Berolinensi.



## 2.

Privilegia, quae non in uno codice exstare iam diximus, congesta edidimus his ex fontibus. Privilegium a Carolo Quinto anno 1530 datum, quod primum obtinet locum, ex ipso bibliothecae Malvezzianae archetypo, cui Imperator manu propria nomen suum subscripsit (act. 10), typis expressum est; — altero et tertio loco quae posita sunt Privilegia, annis 1530 et 1541 a Pontificibus data, eorum inserta sunt exempla Matricularum volumini priori; indidemque deprompta sunt Privilegia 4—6, a Pontificibus annis 1560. 1576. 1592 data; — denique non iam ex codicibus manu scriptis, sed ex impressis libris fluxerunt Privilegia annorum 1605. 1623. 1645. 1737, quae numeris 7—10 notavimus.

## 3. 4.

Liber, quo Annales et Instrumenta continentur (Cod. A), forma maxima, ligno contextus corioque fusco inductus est. Omnes quattuor anguli aere saepiuntur, tegumenti et adversa pars et aversa aenea ornatur rosa litterulisque aureis. Atque in fronte leguntur: „Annales clarissimae (!) nationis Germanorum“, in aversa parte: „Iohanne Spigel et Luca Ulstet procuratoribus an. MDXX“, unde horum hominum iussu hoc quod habemus Arnalium volumen compactum esse apparet. Constat autem ex 229 foliis membraneis satis tenuibus, quorum primum, alterum, tertium, paenultimum, ultimum nec numeris notata nec litteris sunt impleta. In altero quidem folio scriptae leguntur nonnullae adnotationes in modum Regestorum factae, quae ad aliquot ipsius libri partes spectant; sequitur in tertio index brevis, quo res potiores in Annalibus commemoratae digestae in litteras enumerantur. His tribus quae subiuncta sunt viginti quattuor folia continent quinquaginta tria documenta et instrumenta notariorum annis 1265<sup>1</sup>—1355 relata, quorum pleraque sunt inventaria rerum Nationis. Atque priora novem capita (fol. 1—5), quae ad annos 1265—1309 pertinent, eadem manu sunt perscripta, reliqua quadraginta quattuor annis 1311—1355 facta cum sui quodque anni Annalibus sunt relata. Annalibus autem vel potius rationibus, quae deinceps sequuntur, etiam alia documenta, numero 43, annis 1356—1543 confecta, apud sui quodque anni rationem inserta sunt. Cuius rei causam hanc esse apparet: haec documenta, cum ad rationem Procuratoribus de muneris bonorumque Nationis administratione reddendam pertinerent, quamdiu in primis voluminis foliis (1—24) ad eam rem destinatis spatium suppetebat, sive a Procuratoribus ipsis sive per notarios in ipsum Arnalium libellum referebantur, sed foliis illis scriptura expletis addebantur sui quodque anni rationi (fol. 56 et saepius). — Praeterea fol. 189<sup>v</sup>—196, 207<sup>v</sup>—210<sup>v</sup>, 214<sup>v</sup>—218<sup>v</sup> exstant nonnulla diplomata amplissima, quae cum alia tum fundos a Natione acquisitos testantur. Haec nonaginta sex documenta per totum Arnalium volumen disiecta congestimus in quartam huius libri partem quae inscribitur: Instrumenta (p. 347—425). — Inter priora illa quinquaginta tria documenta fol. 7<sup>v</sup> et 17<sup>v</sup> latitant rationes duae annorum 1325 et 1387, quae nescio qua de causa in Arnalium serie omissae interpositae sunt locis quibusdam primi voluminis vacantibus. — Iam vero inde a folio 25 incipit voluminis ea pars, quae non modo maximi est ambitus, sed etiam summi momenti, pertinetque usque ad fol. 189 et per fol. 196<sup>v</sup>—207, 211—214, 220—223. Instituta autem est anno 1311 ab Henrico Berhusel, Conrado Krusemark, qui tunc Nationis Germanicae res procurabant. Hi enim cum decrevissent et Nationis libros quattuor antiquos temporis diuturnitate nimis corruptos in unum librum transcribendos et in posterum Procuratoribus magistratu abeuntibus rerum a se gestarum

<sup>1</sup> Huius anni diploma typis expressum exstat apud Sarti, de claris archigymnasii Bononiensis professoribus etc. Bononiae 1769. II p. 61.



rationem singulos per annos in eundem referendos esse quasi in „mundum“, ut contra rationes per administrationis annum chartis mandatae „concepti“ loco possent esse, in volumen forma maxima, cuius paginae pleraeque in binas partitae erant columnas, diplomata rationesque quae praesto erant transcribenda curaverunt per Iohannem de Dusburg, cuius operae merces fuerunt viginti solidi (cf. p. 62,26). Una ergo eademque manu inde ab anno 1289 usque ad annum 1311 omnia perscripta sunt. Postea aliis annis aliae occurrunt manus, prout et alii fuerunt Procuratores aliive eorum mandatarii et mutabantur litterarum ductus per tria illa saecula; quin etiam in unius anni ratione variae cernuntur manus; cf. fol. 105<sup>v</sup> ad annum 1447. Ad diem procuratores singulos per annos nomina scholarium ab se adscriptorum pecuniamque a singulis collatam et expensas per anni spatium factas referendas curaverunt; quamquam in hac re saepissime requiritur diligentia. Magnus est etiam mendorum et errorum numerus, quibus qui legit saepe in maximas adducitur angustias, neque carent vitiis ipsae rationes, ut summae haut paucorum annorum sibi non constent. Ac ne armorum quidem imagines extremo volumine hic illic additae ab erroribus immunes sunt; cf. p. 294 ad annum 1528.

Manus, cum fuerint annis aliis aliae, saepius esse singulares nemo mirabitur. Pulchre quidem et eleganter scriptae sunt perpaucae rationes, multae difficillimae sunt lectu; nonnulli permixti uti sunt litteris, ut ei, qui rationes annorum 1476. 1477. 1491 confecerunt, quibus libitum est priscos quosdam adhibere ductus, ut octavo vel decimo saeculo fuisse videantur.

Pluribus locis breves additae sunt rationibus adnotationes, eisque miniator quem vocant hic illic adpinxit colore rubro praescriptiones, saepius tamen omisit neglectis illis adnotationibus. Non semel in margine posteriore aetate adposita exstant argumenta neque raro Annalibus temporum inferiorum adpictae sunt species mitrarum, lituorum, coronarum, armorum; patibulis etiam et tormentis duo loci sunt insigniti. His argumentis quae commemorantur, eorum non modo multa sunt satis inania, sed etiam nonnulla manifesto falsa. Ut ad annum 1336 (p. 98) manu altera nomini Ulrici Dapiferi de Limburg additum est: „Eystentensis episcopus fuit“, adpicta, ut fieri solet, mitra. At Dapiferi de Limburg omnino nulli fuerunt, sed Pincernae de Limburg, neque ex Pincernis de Limburg quisquam munere episcopi Eichstadiensis functus est. Nomini porro, quod est Wideko de Kolditz, anno 1341 relato adpicta mitra additum est: „episcopus Misnensis“ (p. 103, 21); et extremae rationi ascriptum est hunc virum „postea“ episcopum esse factum. Functus est sane Wideko quidam de Kolditz annis 1312—1341 episcopatu Misnensi; at is quoniam die 25. mensis Iulii anni 1341 mortuus est, anno 1341 Nationi Bononiensi adscribi non potuit. Neque fuit Albertus Mak, canonicus Raceburgensis, qui anno 1480 adscriptus est (p. 227, 38), „modo episcopus eiusdem ecclesiae“ (id quod adpositum est), sed usque ad diem supremum capituli Raceburgensis prior.

Maxima vis horum Annalium vel rationum in eo posita est, quod enumerantur in eis omnes legum studiosi, qui annis 1289—1557 Nationis Germanicae Bononiensis fuerunt sodales, addita plerumque patria. Nam inde colligere licet, quale quantumque fuerit et singulis aetatibus et in singulis Germaniae regionibus cum humanitatis doctrinaeque tum imprimis iurisprudentiae studium. Sed et longum est haec pluribus persequi neque adinet ad hunc locum quaerere, quantum ei, qui Bononiae optimis artibus instructi erant, non modo ad patriam legum iurisdictionisque rationem emendandam atque conformandam, sed ad omnem vitae domesticae condicionem mutandam valuisse putandi sint. Talia quibus curae sunt adeant ea, quae de universitatibus medii aevi egregie exposuerunt cum de Savigny, Muther, Stintzing, Stobbe, tum maxime Stoelzel, Luschin de Ebengreuth, Denifle<sup>1)</sup>, quorum studiis has quoque Annalium Bononiensium opes

<sup>1)</sup> v. Savigny, Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter, Heidelberg 1834. — Muther, Zur Geschichte der Rechtswissenschaft und der Universitäten in Deutschland. Jena 1876. — Aus dem Universitäts- und Gelehrtenleben in



haut mediocre aut ingratum adiumentum futuras esse confido. Sed non in nominibus solum Germanorum, quamquam hoc maximum est, continetur Annalium vis, verum etiam in accuratissima tot per saecula enumeratione summarum et summularum, quae et solvebantur ab adscriptis et ab Natione impendebantur, quippe ex qua facile possimus efficere, qualis fuerit Germanorum Bononiae studentium vita atque condicio. Optime denique his ipsis Annalibus suppletur libri a Carolo de Savigny compositi, unde ante hanc editionem petendum erat quicquid de studiis Bononiensibus proferebatur.

Quae cum ita sint, non est quod moneam pertractandos esse hos Annales omnibus, qui in humani civilisque cultus studiis versantur. Quamquam fabula illa de Bononiensium studio vulgata, sescena fere milia scholarum Germanorum quotannis illuc confluisse, iam oblivione obruatur necesse est. Toto enim illo quod complectuntur Annales temporis spatio, inde ab anno 1289 usque ad annum 1562, adscripti sunt Nationi Germanicae quattuor milia quadringenti fere scholares. Singulis annis quot videantur fuisse, quaerere omitto, quod hoc loco singula consecrari et colligere nolo.

Sed ut redeam ad describendam voluminis speciem, fol. 219 et post Annales ipsos fol. 224 et 224<sup>v</sup> fragmentum exstat indicis Doctorum; concluditur autem totum volumen aliquot foliis papyraceis (fol. 225—234), quibus composuit Iacobus Marulli comes anno 1783 „Notas“ suas „Additas“, id est, adnotationes ad Annales annorum 1543—1595, quarum pretium haut sane magnum est. Ornatus est libellus hic illic miniaturis, quas in editione omnes descripsi. Quarum optimam bellissimamque habes p. 300 ad paulo minorem modum redactam. Imago quaedam parvula fol. 136<sup>v</sup> delineata exstat p. 425.

Nunc transeundum videtur ad Matricularum volumen hac editione propositum (Cod. B). Est autem maxima forma, ligno contextum, inductum corio prelis levigato et ornato, aeneis et rosis distinctum et laminis ab angulis munitum (rosae et laminae simillimae sunt eis, quae infixae sunt volumini Statutorum anni 1530; cf. p. XI), litteris aureis inscriptum in adversa parte: „Matricula nobiliss. Germ. collegii“, in aversa: „Iusticiae cultores. Theodoro Schiltel et Alberto Eisenhut procuratoribus“. Qui cum anno 1549 Procuratorum munere functi sint, hoc involucrium eodem anno factum esse apparet; sed quoniam ex praefatione, quam infra ipsam ponemus, sequitur omnia, quae in ipso libro scripta sunt, posterioris esse aetatis (1560), totum volumen postea demum contextum esse involucrio illo antiquiore manifestum est. Scripta est Matricula in membranis pulchris et albis munde atque eleganter; paginae in binas divisae sunt columnas. Insunt autem haec: fol. 1 et 2 exponitur, quibus de causis necesse fuerit hanc componere Matriculam, — qua ex disputatione verbosa lataque hic apposui eam partem, qua probatur opus fuisse hoc novo exemplari, clausulamque eiusdem praefationis ne ipsam quidem indignam, quae legatur:

„Duravit autem haec nostra respublica nec citra laudem ac incrementum tanto temporis spatio, ut eius initium omnem actorum vetustatem superet. Qua in re non tam accusandi sunt maiores quam culpanda secula, quorum iniquitate iniuriisque huiusmodi atque alia antiquitatis documenta perire, sane octingentorum annorum album (nec tamen id initium institutionis continebat) penes collegii nostri fiscum suo tempore fuisse reverendissimus in Christo ac dominus dominus Ioannes a Schleynicz, episcopus etc. quondam Misnensis<sup>2</sup>, piaae nunc atque venerandae recordationis coram egregio viro Adamo Verlieser tunc procuratore<sup>3</sup> de republica nostra optime merito, necnon aliis quibusdam praesentibus testatus est, sed et eam nobis memoriam

Deutschland. Erlangen 1866. — Stintzing, Geschichte der Rechtswissenschaft. I. München 1880. — Stintzing, Ulrich Zasius. Basel 1857. — Stobbe, Geschichte der deutschen Rechtsquellen. 2 Voll. Braunschweig 1860—1864. — Stoelzel, Die Entwicklung des gelehrten Richterthums in deutschen Territorien. 2 Voll. Stuttgart 1872. — Luschin v. Ebengreuth, l. c. — Denifle, H. Die Universitäten des Mittelalters bis 1400. I. Berlin 1885.

<sup>2</sup> Johannes VII. a Schleinitz, episcopus Misnensis 1518, Oct. 16—1537, Oct. 13. Cf. p. 238, 37.

<sup>3</sup> Adam Verlieser annis 1528, 1529, 1530 Procuratoris munere functus est.



cum aliis facultatibus factorum invidia armorumque pericula eriperunt vix tercentum annorum documenta nobis reliqua sunt, quae ipsa quoque prope perierant, si opera atque industria praefati procuratoris nostri defuisset. Quo maior nobis adhibenda cura est, ut ab eiusmodi periculis ac iacturis reliquias istas caeterasque res nostras in posterum vindicare possimus. Unde cum albi nostri tabellae iam ad finem usque deductae expletaeque essent, maiorum nostrorum instituto exemploque novum hoc volumen reverendissimi atque illustrissimi principis ac domini domini Ottonis cardinalis Augustani<sup>1)</sup> etc., patroni nostri dignissimi, liberali munificentia paratum eidem rei illico dicavimus, ne aliqua temporis intermissione perpetui illius stili ordo impediretur interrumpereturve. Atque cum multa in priori libro vetustate quasi oblitterata essent, ut prope legi quirent, veriti, ne accedente tempore penitus exolescerent, communi nationis nostrae consilio ab initio usque prius album in praesentem hunc codicem transcribendum esse decrevimus, quod ut commodius ordinatiusque succederet acceptorum expensorumque rationes, quae ante albo coniunctae erant, in praesentia separavimus eique rei peculiarem librum assignavimus. In hoc vero codice praeter noviciorum nomina, procuratorum pro tempore agentium mentione succincte praemissa conscribatur nihil cumque modum a posteris quoque nostris diligenter observari cupimus, quascunque adnotationes, signaturas, inductiones, picturas alteriusve generis appendices (ut in priori codice ex depravato quorundam usu factitatum est) inhibentes. Praeterquam enim quod librorum venustas decusque corrumpitur levitasque autorum exinde deprehenditur, maiestatem praeterea auctoritatemque Nationis nostrae haec dedecere arbitramur, proinde quemlibet confederatorum nostrorum hac in re honoris collegii ac suae modestiae memorem futurum speramus, temerarios vero transgressores debitae obedientiae religionisque praestitae admonemus. Hanc itaque operam curamque nostram ex qua decet animi integritate ac promptitudine excipite vosque imitatores in hoc non tam nostrum quam maiorum nostrorum fideles atque diligentes ostendite. Quo fiet, ut nostrum hoc studium posteris vestris gratissimum vobis ad nominis vestri perpetuam recordationem quam honorificentissimum sit futurum. Lecta et approbata in congregatione a collegii nostri proceribus.<sup>2)</sup>

Sequuntur fol. 9 et 12 haec fragmenta Matriculae cardinalium et archiepiscoporum Nationi adscriptorum:

„Reverendissimus et illustrissimus princeps dominus dominus Nicolaus de Cussa Treverensis diocesis et sacrosanctae Romanae ecclesiae tituli Sancti Petri ad vincula praesbiter cardinalis, episcopus Brixinensis, vir in divinis scripturis eruditissimus et theologorum suo tempore facile princeps; iuris peritissimus ac in humanis literis egregie doctus, philosophus, rhetor ac mathematicus celeberrimus, trium linguarum haebraicae, graecae et latinae peritus, qui in Germaniam legatus missus multa pro reformatione ecclesiae fecit et praecleara volumina scripsit, de quibus infra ubi de doctis viris dicitur. Anno M CCCC XXXVII<sup>3)</sup>.

Reverendissimus et illustrissimus princeps dominus dominus Petrus de Schawenberg sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinalis, episcopus Augustensis. Anno M CCCC XIX<sup>4)</sup>.

Reverendissimus et illustrissimus princeps dominus dominus Melchior de Meckow sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinalis etc., episcopus Brixinensis. Anno M CCCC LIX<sup>5)</sup>.

Reverendissimus et illustrissimus princeps dominus dominus Bernardus ex nobili familia de Gless sacrosanctae Romanae ecclesiae tituli Sancti Stephani in Celio monte praesbiter cardinalis, episcopus Tridentinus et Brixinensis, maior cancellarius regni Bohaemiae etc. Anno M D IIII<sup>6)</sup>.

Reverendissimus et illustrissimus princeps dominus dominus Christophorus ex baronibus Madrucii sacrosanctae Romanae ecclesiae tituli Sancti Caesarii in Palatio praesbiter cardinalis, episcopus Tridentinus

<sup>1)</sup> Otto Truchsess a Waldburg, episcopus Augustanus, 1543, Maii 10 — 1573, April 2. Cf. p. 310, 39.

p. 183, 38.

<sup>2)</sup> Cf. p. 170, 28.

<sup>3)</sup> Cf. p. 204, 1.

<sup>4)</sup> Cf. p. 264, 37.

<sup>5)</sup> Cf.



et administrator episcopatus Brixienſis, qui miſſus legatus a Carolo V., imperatore Romano invictiſſimo, filium Philippum principem Hiſpaniarum in Germaniam adduxit. Anno MDXXXII<sup>1</sup>.

Reverendiſſimus et illuſtriſſimus princeps dominus dominus Matheus Lang tituli Sancti Angeli praebiter cardinalis, archiepiſcopus Saltzburgenſis etc., reverſus Roma ab electione Pauli III. pontificis maximi cum de Nationis noſtrae nobiliſſimo collegio ac de pluribus principibus ac viris clariffimis, qui tanquam membra illius literis hic operam dederunt, certior eſſet factus, in numerum<sup>2</sup> eorum cooptari voluit. Anno MDXXXIII<sup>3</sup>.

Reverendiſſimus et illuſtriſſimus princeps dominus dominus Otto Truchſes ex baronibus a Walpurg haereditariis ſacri Romani imperii dapiferis, ſacroſanctae Romanae eccleſiae tituli Sanctae Sabinae praebiter cardinalis, epicoſopus Auguſtenſis, qui cum miſſus eſſet legatus a Paulo III. pontifice maximo ad ſereniſſimum Poloniae regem necnon proprincipem ſeu vicegerentem divi Caroli V. Romanorum imperatoris in Germania ſuperiori egieſſet utroque ſumma cum laude functus eſt. Anno MDXXXV<sup>4</sup>. —

Reverendiſſimus et illuſtriſſimus princeps dominus dominus Gerlacus ex comitibus de Naſſaw, archiepiſcopus Moguntinenſis, ſacri Romani imperii per Germaniam archicancellarius, princeps elector. Anno MCCCXXX<sup>5</sup>.

Reverendiſſimus et illuſtriſſimus princeps dominus dominus Fridericus ex comitibus de Sarwerden, archiepiſcopus Coloniienſis, ſacri Romani imperii per Italiam archicancellarius, princeps elector, dux Weſtphaliae et Engeren. Anno MCCC LXVIII<sup>6</sup>.

Reverendiſſimus et illuſtriſſimus princeps dominus dominus Rabanus nobilis ab Helmſtat, epicoſopus Spirenſis, demum archiepiſcopus Treverenſis, ſacri Romani imperii per Galliam et regnum Arelatense archicancellarius, princeps elector. Anno MCCCXIII<sup>7</sup>.

Reverendiſſimus et illuſtriſſimus princeps dominus dominus Theodoricus ex comitibus de Morſe, archiepiſcopus Coloniienſis, ſacri Romani imperii per Italiam archicancellarius, princeps elector, dux Weſtphaliae et Engeren. Anno MCCCC VIII<sup>8</sup>.

Reverendiſſimus et illuſtriſſimus princeps dominus dominus Ioannes Ludovicus ex nobilibus de Hagen, archiepiſcopus Treverenſis, ſacri Romani imperii per Galliam et regnum Arelatense archicancellarius, princeps elector. Anno MDXXXVI<sup>9</sup>.

Post pauca deinde chartas legitur fol. 30<sup>r</sup> et 30<sup>v</sup> ſeries Doctorum, quam ex Annalibus depromptam habes huius editionis pag. 343, 45 ſq. Hoc loco addantur nomina haec:

„Anno MDLXI dominus Chriſtopherus Böhem Noricus Bononiienſes ſedecim.

Dominus Oswaldus Lurtzing Schweinfortienſis Bononiienſes ſedecim.

Dominus Valentinus Heyde Miſuſenſis Bononiienſes ſedecim.“

Fol. 33 incipit ipſa Matricula inde ab anno 1289 uſque ad annum 1560 (fol. 87) una eademque manu perſcripta. Eius viſ atque auctoritas maior ſit poſt annum 1557, qui ultimus eſt Annalium. Annis 1561. 1562 continuata eſt ab altero quodam homine et concluditur fol. 88 duorum ſcholarium nominibus anno 1684 relatis. Fol. 91 exſtat epicoſopi cuiuſdam imago coloribus picta cum adnotatione quadam anno 1502 facta (cf. p. 339), fol. 91<sup>r</sup> nonnullae quorundam hominum memoriae negligenter ſcriptae, quae aliis locis accuratius expoſitae ſunt. Fol. autem 92 incipit „Matricula doctorum“ (p. 339) — haec ipſa verba: „Matricula doctorum“ litteris praerſcripta ſunt aureis — eadem manu perſcripta; eamque ſequuntur fol. 94 „doctores et licentiatii Bononiienſes de anno Domini 1510“ (p. 341), quorum nomina alia aliis ab

<sup>1</sup> Cf. p. 303, 40.

<sup>2</sup> „numerunt“ B.

<sup>3</sup> Cf. p. 308, 40.

<sup>4</sup> Cf. p. 310, 39.

<sup>5</sup> Cf. p. 102, 29.

<sup>6</sup> Cf. p. 131, 1.

<sup>7</sup> Cf. p. 152, 22.

<sup>8</sup> Cf. p. 161, 38.

<sup>9</sup> Cf. p. 279, 32 ad annum 1515, Nov. 21.

Ludovicus archiepiſcopus Treverenſis, 1540, Aug. 9 — 1547, Mart. 23.



hominibus relata sunt. In extremo volumine (fol. 97) exstat exemplar diplomatis a Carolo Quinto anno 1530 dati.

Maioris pretii quam reliqua pars huius voluminis est Matricula annorum 1289—1562, quamvis sit usque ad annum 1560 eadem scripta manu, id est, exscripta — id quod statim demonstrabitur — ex Annalium codice A. Praeter quem codicem librarius aliud quoddam exemplar adhibuisse videtur, nescio an illa quae nominantur „concepta“, unde Annales quotannis in codicem suum membraneum referebantur (cf. p. XIII); inveniuntur enim in Matricula multa praenomina perscripta, quorum in Annalibus legitur prima tantum littera. Itaque cum suam quandam habeat auctoritatem dignaque sit quae respiciatur nonnumquam, — nam locorum etiam nomina saepissime variis modis scribuntur — omnia adnotavi in margine, quae in Matricula aliter scripta leguntur atque in codice A, cuius scripturam in ipso textu secutus sum. In universum huius Matricularum voluminis, quo continentur nomina tantum scholarium recens inscriptorum cum stipendio uniuscuiusque, simplicior est ratio scribendi et verba et nomina quam Annalium.

Fluxisse autem Matriculam B ex Annalium volumine A efficitur haut paucis locis, quibus id quoque demonstratur ab homine satis simplici eam transscriptam esse. Cuius rei ut aliquot afferam exempla, fol. 30 (p. 55,31) habet A Castello ex Castallo ita correctum, ut infra alteram litteram a punctum positum, supra littera e scripta sit (Castallo); B praebet: Casteallo; — fol. 28<sup>v</sup> (p. 50,10) habet A: Vrowenfelt; vr haut absimilia sunt litteris ox; B igitur: Oxowenfelt; — fol. 27 (p. 44,29) scriptum est in A: Bur. de Rinti; et uncus litterae r et punctum post r positum admodum crassa sunt, ut primo obtutu littera n videatur esse descripta; pro praepositione „de“ scripsit librarius ð; hanc notam solvit, qui Matriculam transscripsit, in syllabam „dus“ eamque cum Bun litteris, quas legere sibi visus est, ita coniunxit, ut exstiterit nomen admodum perversum: Bundus Rinti; — fol. 32 (pag. 64,29.30) versibus continuis exstant nomina: Bertholdus de Rynnowe et Heinricus de Kyrchkowe, quae librarius Matriculae B contraxit in unum nomen: Bertoldus de Kirkowe. Deinde ratio anni 1325 in A non ibi invenitur ubi exspectatur, inter rationes scilicet annorum 1324 et 1326, sed errore quodam suo loco omissa postea est inserta instrumentis quae exstant fol. 7<sup>v</sup>; Matriculae librarius, cum nullam inveniret rationem, neminem omnino illo anno adscriptum esse Nationi opinatus adnotavit: „Anno Domini MCCCXXV dominis Walthero de Chlingen et Friderico de Creuzbach Pataviensis diocesis electis procuratoribus nulli inscripti reperiuntur“. Saepe Matriculae errores tales sunt, ut videatur librarius non ipse inspexisse fontem suum, sed scripsisse dictantis alicuius verba, nec raro videtur non posuisse, quod ille dictabat, sed quod ipse sibi videbatur audire; explicantur certe hoc modo facillime errores quidam, quos vix aliter expeditas, ut in Matricula exarata sunt „Sallensis“ et „Ertfordia“ pro Annalium nominibus quae sunt: „Basiliensis“ et „Hervordia“. Itaque in universum cautione atque consilio opus est hoc in codice adhibendo, cuius sane magni est pretii ea pars, qua continentur anni 1558—1562, de quibus in A nihil exstat.

De instrumentis, quae in huius libri quartam partem congesimus, nihil est quod addam, quoniam hausta sunt ex uno illo Annalium volumine, de quo quam accuratissime exposuimus.

Huius editionis de ratione praemittenda videntur haec. Codices manu scriptos librosque Privilegiorum § 3. typis expressos exscripsit Carolus Malagola, v. d., exceptis eis tantum quae de annis 1558—1562 exstant in Matricularum volumine a memet ipso exscripta. Quod cum Malagola perfecisset, Iohannes Malvezzi de Medici comes, qua est liberalitate atque benignitate, totam suam Actorum collectionem huc transmisit. Itaque ipsa illa acta in tabulario regio Borussico deposita accurate contuli cum apographis illis additaque ex Matri-



cularum volumine varia lectione librum ita comparavi, ut typhothetis posset tradi. Plagulas denique typis exscriptas denuo quam accuratissime contuli cum archetypis, ut omnia bis habeas collata.

Ad orthographiam quam vocant quod attinet, secutus sum probatas illas rationes adhibitas in Monumentis Germaniae historicis, quorum princeps moderator Georgius Waitz ipse quoque interfuit collegio ad Acta Nationis Germanicae edenda constituto gratamque suam atque acceptam curam ne minutas quidem res fastidientem omni tempore egregie praestitit. Quid quod ipse omnes percensuit plagulas suaque consilia gravissima mecum communicavit atque morbo iam supremo implicitus remisit mihi plagulam hic illic adnotationibus instructam. Uberrimus denique fructus ex viri egregii benevolentia et peritia in hoc opus redundavit ex animique sententia profiteor etiam mortuo maximam me habere gratiam.

Textus ipse quam accuratissime constitutus est; dubios locos iterum ac saepius contuli. Nominum easdem ipsas, quas praebet codex, servavi formas linguaeque quae tunc erant proprietates ut „disolvatur“, „circuncideret“ integras reliqui. Litteram tamen quae est  $\xi$  inde a priore saeculi sexti decimi parte occurrentem dissolvi in „ae“ et distinxit „u“ et „v“, prout phoneticas quae vocatur rationibus videbatur postulari. Fracturarum signa semper in litteras dissolvi, ex. gr. pro codicis nota, quae est „IIIJ“, posui: „III et dimidium“. Posterioribus manibus quaecunque adscripta sunt Annalium codici, invenies in adnotationibus stellula notatis. Neglexi tamen argumenta (de quibus supra dixi) quaeque miniatoris causa appositae sunt omnia; ex. gr. omisi verba quae sunt: „comes“ et „in Tuwingen“ in margine sinistro et dextero adscripta textui qui est: „Rudolfus comes de Tuwingen“; at significavi in adnotationibus omnium picturarum et loca et genera. Meros librorum errores aut notavi aut emendavi addita in imo margine codicis lectione; inscriptiones autem codicis rubro colore exaratas diductis significavi litteris. Adnotationes denique nonnullas Malagolae, v. d., hanc in editionem receptas significavi littera M.

Primo habebam in animo, quoad fieri posset, vitas singulorum scholarium persequi et addere textui magnum de rebus eorum, quae quidem innotuerunt, commentarium. Coeptae sane sunt a me colligi atque componi adnotationes et explicationes; verum tot tantaeque existerunt difficultates, id quod nisi talium quaestionum imperitus nemo mirabitur, ut rem in aliud tempus differendam esse statuerim, ne ipsa Actorum editio diutius retardaretur. Atque consilium est opus intermissum iam repetere amplissimamque eorum, qui olim fuerunt Nationis Germanicae Bononiensis sodales, conficere notitiam in supplemento seorsum edendam. In praesens igitur satis habui episcoporum nominibus quae ad quemque pertinent addere ex libris vulgatis Potthastii et Gamsii hausta.

Quales vero illos commentarios animo formaverim, exemplo declarare liceat. Anno 1310 (p. 60,42) relatum est hoc: „Item dominus Fredericus comes dictus de Zolre contribuit pro se et duobus sociis, videlicet dominis Frederico et Waltero fratribus dictis Scenken ac magistro suo domino Wernhero, rectori (!) ecclesiae in Guscelringhe, XII libras et XVI solidos“. Hunc Fridericum esse eundem atque illum adulescentulum in documento<sup>1</sup> die 13. mensis Sextilis anni 1298 scripto commemoratum verisimile est, tertium scilicet filium „Friderici equitis“ et Kunigundae, filiae Rudolphi, marchionis de Baden. Ordini deinde clericorum adscriptus commemoratur ut rector ecclesiae („kilchere“) inter fideiussores in documento quodam, quo frater eius Ostertag vectigalia Osterdingae vendita die 10. mensis Aprilis anno 1313 testatur (Monum. Zoller. I no. 259); signat autem sigillo ovato, in quo supra insignis Zollerani clipeum Virgo Sanctissima exstat cum Puero et

<sup>1</sup>) Huius documenti prima verba sunt haec: „Universis presencium inspectoribus Fridericus comes de Zolre, Constantiensis dyocesis, gener nobilis viri quondam Alberti comitis de Hohenberg, tutor legitimus Friderici et Friderici fratrum suorum iuniorum, subscriptorum noticiam cum salute“. Stillfried et Maercker, Monumenta Zollerana, I no. 242.



circumscriptum est: „S. Friderici de Zolr cli“ (= clerici). Postea, anno 1325, rector ecclesiae Pfullingensis factus inde ab anno 1328 commemoratur ut „vicedominus ecclesie Augustensis“, — „vitzthum des gotzhus ze Ogspruch“ [Vitzthum des Gotteshauses zu Augsburg]. Plura de hoc comite invenies in libro qui inscribitur: Stillfried und Maereker, Hohenzollernsche Forschungen, I p. 175 sq. Diem supremum videtur obiisse ante annum 1362. — Eorum etiam, qui Fridericum Bononiam comitati sunt, maxima pars potest investigari. Nam quamquam Friderici Schenk nulla adhuc exstant testimonia, quoniam, qui in Monum. Zoller. ad annum 1404 commemoratur, non potest idem esse qui anno 1310 Bononiense adiit Studium, tamen Walteri Schenk nomen saepius legitur; ex illis enim, qui vocantur Schenken von Andeck, Schenken von Neuenzell, Schenken von Stauffenberg, Schenken von Zell, suos quaeque domus habet Walteros. Eius vero, Bononiae qui versatus est, mentio fit in documento de 10. April. a. 1313 supra laudato una cum Friderico de Zollern fideiussoris loco sub nomine: „Walther der Schenk“. — Wernherus autem, rector ecclesie in Guscelringhe, adiunctus est comiti adolescentulo ut domus officialis longo tempore probatus. Primum is in documento de 1. Mai. a. 1296 (cf. Monum. Zoller. I no. 236), quo Fridericus, comes de Zolr, „eques“ ille, praedium venditum indicat, testis munere fungitur his verbis: „Wernher der schriber von Zolr, der disen brief geschriben hat“. Deinde in documento iam laudato de 13. Sextil. a. 1298 significatur item inter testes plenissime sic: „Wernherus notarius prefati comitis de Zolre, rector ecclesie in Gossolvingen“. Nomen igitur quod legitur in annalibus „Guscelringhe“, dummodo emendetur in „Guscelvinghe“, idem esse atque Gossolvingen in documento anni 1298 nominatum apparet; est vicus qui hodie nominatur Gausselfingen in principatu Hohenzollern-Hechingen situs.

Alterum etiam addo exemplum commentariorum. De Iohanne de Buch ad annum 1305 (pag. 58, 21) relatam est: „Item dominus Iohannes de Buch XVI solidos“. De hoc clarissimo iuris consulto Marchico quotquot<sup>1</sup> scripserunt, et ipsi sibi persuasuerunt et omnibus probaverunt in Italia eum imbutum esse legum scientia atque peritia, quamquam certa testimonia adhuc praesto non fuerunt. Verum autem illos coniectura assecutos esse iam confirmatur Annalium hoc brevi testimonio, ut iuris Romani et Canonici in glossa, qua instruxit Ioh. de Buch libros qui inscribuntur „Sachsenspiegel“ et „Richtsteig“, saepius adhibiti usum repetendum esse appareat ab illis studiis Bononiensibus.

In Indice personarum nomina a geographicis non visum est disiungere. Qua nominum permixtione summam praeberi quaerentibus commoditatem persuasit mihi Georgius Waitz, quocum de hac quoque re multis ante annis disputavi.

Geographicorum nominum formas omnes, quae hodie aut eadem aut simillimae usurpantur, retinui; formae nostra aetate vulgatae inclinatis litteris sunt scriptae. — Neque vero omnes congeffi nominum varias formas, sed ex compluribus simillimis unam solam posui. — Ea loca, quae ubi sita essent definiri non poterat, bis enumeravi: forma, quae hodie eis respondere videtur, litteris inclinatis expressa legitur, codicis autem forma litteris erectis. — In universum explicantur locorum nomina ipsius codicis verbis; dioeceses in codice significatae ne in indice quidem omissae sunt. — Ad situm locorum accuratius definiendum adhibui regni Borussiae eas partes quas vocant Regierungsbezirke, ceterarum Germaniae civitatum eas quas appellant Provinzen vel Kreise, Helvetiorum denique Cantons. — Territorii solum nomen additum est eis locis, quorum nomina bis vel saepius in eodem inveniuntur territorio. — Raro oppidula „prope“ aliquod maius oppidum sita esse dixi. — Ad personarum nomina explicanda plerumque ipsis usus sum codicis verbis; praenomina

<sup>1</sup>) K. F. Klöden, Ueber den Verfasser der niedersächsischen (Buchschen) Glosse zum Sachsenspiegel und des Richtsteiges. Märkische Forschungen II. 1843. p. 242—297. — Steffenhagen, Allgem. Deutsche Biographie III. p. 463. — Stobbe, l. c. I. p. 376 sqq. — Stintzing, l. c. I. p. 10. — Homeyer, Sachsenspiegel 1861. p. 32 sqq.



per se non persecutus sum neque instruxi paginarum, ubi leguntur, numeris; sed hi inveniuntur apud cognomina, ad quae a praenominebus delegantur lectores.

Indicem rerum et verborum rariorum haut amplum, quo enumerantur verba inusitata, in his Germanica quoque nonnulla verba ex uno inventariorum hausta, spero gratum fore editionis huius additamentum, quamquam non omnes paginae congestae sunt, ubi inveniuntur.

Procedat igitur libellus meus, cui non sine industria alacrique animo haut paucos per annos operam dedi. Quamquam autem ne non omnem omnium expectationem expleat verendum est, tamen conscius mihi sum nec tempori meo neque labori pepercisse, ut opus componerem quam utilissimum. Nec defore spero, quibus contingat, ut in his quae ieci fundamentis monumenta exstruant litterarum studiis apta.

Dabam Berolini d. 8. m. Maii anni 1887.

ERNESTUS FRIEDLAENDER.



## MEMORABILIA NATIONIS GERMANICAE IN STUDIO BONONIENSI.

### Caput I. De Bononiensium Studio, Universitatibus, Nationibus.

1. Bononiensis illius Studii clarissimi res quod nondum ab omni parte illustratae sunt, vehementer sane dolendum est. Nam quamvis non prorsus neglectae sint, tamen adhuc nec recta via inita est aut iusta auxilia adhibita sunt ab hominibus doctis, neque quisquam attigit id, quod praecipuum atque primum est, quoniam in eo continetur illius quasi ipsa vita, dico discipulos. Hi autem imprimis respiciendi sunt omnibus, qui Studia Medii Aevi penitus cognoscere volent. Universitates enim illae antiquae, ut ea aetate erant ortae, cum Italia summis turbabatur motibus, ita ex ipsis temporibus traxerunt magnum libertatis amorem et formam sibi induerunt tum popularem, quae in eo potissimum posita erat, ut pauci ab universis electi Universitatis et personam gererent et res administrarent. Itaque hae universitates „per la forma della loro organica costituzione, e per l'indole speciale delle leggi da cui erano governate, potevano dirsi tante piccole repubbliche, in cui il potere supremo emanava dagli scolari, i quali compilavano gli statuti, eleggevano gl'insegnanti, e amministravano per mezzo dei loro Consiglieri gl'interessi della corporazione. Lo stesso Rettore, che era il primo magistrato dell'Università, dipendeva dagli scolari, i quali lo investivano del grado e della giurisdizione accademica“<sup>a</sup>.

2. Studium Bononiense ab initio legum tantum fuisse scholam notum est, quam ob causam Authentica Friderici I. iurisprudentiae modo studiosos spectat. Videntur autem ex his fere temporibus Nationes non coniunctim Universitates confecisse, sed sub suo quaeque rectore separatim una ab altera egisse et sub initium demum saeculi XIII. coniunctio quaedam ita esse facta, ut constituerentur duae Universitates Citramontanorum et Ultramontanorum<sup>b</sup>. Ex quibus solis usque ad illius saeculi exitum Studium constitit, et quamquam progressu temporis sensim atque pedetemptim legum cathedris cathedrae medicinae artiumque adiunctae sunt et harum discipuli propriam Universitatem constituere etiam atque etiam conati id sunt consecuti, ut ex anno 1268 Artistarum rectorem subinde eligere sibi liceret, tamen anno demum 1316 impetratum est, ut Artistarum et Rectori et Universitati a republica Bononiensi legitima tribueretur auctoritas<sup>c</sup>.

3. Tribus igitur iam constabat Studium Bononiense Universitatibus, Iurisconsultorum Ultramontanorum, Iurisconsultorum Citramontanorum, Medicorum denique atque Artistarum, quarum suis cuique praeerat Rector. Quae divisio eo plus habebat momenti, quia Medio Aevo maximus erat discipulorum Bo-

<sup>a</sup> Ettore Coppi, *Le Università Italiane nel Medio Evo*. Firenze 1880; p. 2. 3.  
Mittelalters bis 1400, Berlin, 1885, I, 135 sq.

<sup>b</sup> Denifle, *Die Universitäten des Mittelalters*. Bologna 1905, I, p. 328, 329, 451, 587, 588, 589.



noniam concursus non modo ex tota Italia, sed ex omnibus Europae regionibus; nam Odofredo auctore saeculo tertio decimo scholarium numerus fuit decem milia, quarto decimo tredecim milia. In tanta multitudine sua sponte factum est, ut congregarentur singularum nationum homines ad res suas administrandas per commilitones ex popularium numero electos. Quarum sodalitatum, quae ipsae quoque appellabantur Nationes, mutabantur saepius et numeri et nomina; initio quidem erant quattuordecim Ultramontanae et tres principales Citramontanae Universitatis. Illa constabat — id quod videmus ex documento anni 1265 — ex nationibus Gallicorum, Piccardorum, Burgundionum, Pictaviensium et his qui hoc anno aggregati erant Vasconum, Turonum, Cenomanensium, Normanorum, Castellanos, Ungarorum, Polonorum, Alemannorum, Yspanorum, Provincialium, Anglicorum (Annal. I fol. 1)<sup>a</sup>. Eodem documento ab Universitate Ultramontanorum, quae die 11. mensis Martii in templum S. Proculi convenerat ad suum eligendum Rectorem, statutum est, ut quotannis certus quidam Nationum numerus electores mitteret, qui Rectorem nominarent una cum scholaribus eius Nationis, ex qua eo anno esset eligendus; qui honor Nationi Germanicae contingebat quinto quoque anno. Alio autem documento anni 1306 statuitur, ut adolescentium inscribendorum respiciatur ipsa, ubi nati sint, patria, non locus, in quo habeant sedem atque domicilium (I. 3<sup>v</sup>)<sup>b</sup>. Ceterum singulae nationes secundum sua privilegia ius habebant singulos vel binos nominandi Consiliarios, qui interessent Consilio Academico.

4. Tales igitur cum interesserint rationes inter Universitatem atque Nationes, ut ab his eligerentur non modo Rector, cuius iurisdictioni subditi erant et scholares et professores, sed etiam Consiliarii, quorum erat Universitatis personam atque dignitatem iuste sustinere<sup>c</sup>, summa administrationis potestas fuisse putanda est penes Nationes, inter quas Natio Germanica illustrissima erat et frequentissima maximisque et amplissimis utebatur privilegiis.

#### Caput II. De constitutione Nationis Germanicae.

1. Egregia Studii Bononiensis fama brevi tempore multi scholares ut Bononiam adirent adducti sunt; qui cum eas quas commemoravi Nationes constituissent, statim Germanica praeter ceteras florere coepit. Quamquam primum eius vestigium anno demum 1265 occurrit in documento illo supra laudato<sup>d</sup>, unde intellegitur, quomodo iam antea fuerit constituta, ut ortam eam esse haut sane paullo ante appareat. Quodsi iam initio saeculi tertii decimi exstabat, grave eam fecisse detrimentum probabile est anno 1225, quo Fridericus II. ira in Bononienses incensus omnibus, quos imperio suo tenebat, Studio illo interdixit, quod decretum usque ad annum 1227 valuit. Florentissimas iam res declarant primae quas habemus rationes anni 1289: uno enim illo anno 31 scholares aggregati sunt; itaque quoniam multos per annos tunc versabantur in Universitate, plus centenos Germanos scholares quotannis fuisse Bononiae credi potest, quae res ipsa quoque argumento est, iam aliquantum temporis constitutam fuisse Nationem Germanicam.

2. Primae leges Nationis, quae quidem ad nostram pervenerunt aetatem, latae sunt anno 1497. Superiorum autem statutorum vestigia habemus in I. Annalium libro, unde et quo fere modo constituta fuerit Natio saeculis tertio decimo et quarto decimo et statuta illa anni 1497 nihil esse nisi eorum quae iam antea fuerunt instaurationem cognoscimus. Quibus ex statutis nonnulla fuisse videntur iam ante annum 1289; eo enim anno Procuratores mentionem faciunt legis cuiusdam quae insit in „principali nationis statuto“

<sup>a</sup> p. 347. 348.

<sup>b</sup> p. 352.

<sup>c</sup> Has omnes res fusius tractavi in opusculis meis: *I Rettori delle Università dello Studio Bolognese et I Rettori nell' antico Studio e nella moderna Università di Bologna Note storiche e catalogo*, hoc eodem anno editis.

<sup>d</sup> p. 347.



(I. 25)<sup>a</sup>. Postea aut nova facta aut antiqua descripta sunt anno 1302, quo anno expendit Natio 2 solidos „ad scribendum statuta nova nacionis nostre“, et iam anno 1310 denuo exscripta sunt ab Iohanne Ungaro (cf. 62, 28), cui exemplari praemissa est miniatura quae dicitur. Nova deinde statuta perscripta sunt et miniaturis ornata anno 1341 eaque vel rescripta vel additamentis aucta anno 1343, correctis annis 1346 et 1347 ab Iohanne Calderini, viro clarissimo; recentia denique exemplaria sunt facta annis 1348, 1367, 1396 (I. 31<sup>v</sup>, 29<sup>v</sup>, 32, 45<sup>v</sup>, 46, 46<sup>v</sup>, 49, 50, 51<sup>v</sup>, 62<sup>v</sup>, 85, 85<sup>v</sup>, 104<sup>v</sup>)<sup>b</sup>. In inventario tantum rerum Nationis anni 1359 statutorum volumen et duo in instrumento anni 1373 commemorantur, unum vetus, ligno compactum, alterum novum, in principio miniatura Passionis Christi instructum.

3. Ad illustrandam vero eam, quae intercedebat inter Nationem atque Universitatem, rationem pertinere videtur illud privilegium, quod impetratum est a Germanis die primo m. Maii anni 1273. Inter Ultramontanos enim cum negasset Henricus de Frienburg licere exstingui in Universitatis statutis ea verba, quibus Germani nobiles iurisdictione Rectoris liberarentur, eo auctore omnes illa verba restituenda esse censuere (I. 2)<sup>c</sup>. Quod privilegium anno 1464 a magistratibus quoque Bononiensibus probatum est (I. 113)<sup>d</sup>.

Superiore aetate cum Nationi unum tantum licuisset eligere Consiliarium, — id quod colligitur ex additamentis statutorum ab Ultramontanis anno 1404 compositorum — postea ut duos eligeret assecuta est. Praeterea anno 1306 (d. 1. m. Maii) ab eadem Universitate ad materiam multarum aemulationum tollendam decretum est et illud quod iam supra demonstravimus, ut in scholaribus ad Nationes aggregandis ipsa patria, non domicilii locus respiceretur, et hoc, ut „nulla Natio talem vel tales scolares vindicare debeat“, id est ut nulli liceret Nationi sibi vindicare, quem alia iam suam in matriculam rettulisset (I. 3)<sup>e</sup>.

Inde a principio usque ad saeculum septimum decimum in Nationem legum modo studiosi recepti sunt et in eo ipso, quod tota ex iurisconsultis constabat, posita videbatur Nationis vis ac virtus. Artistis cum tandem aliquando post multorum saeculorum contentiones aditus dari coeptus est, Nationis iam paene nulla erat auctoritas.

De patria scholarium pluribus locis exstant testimonia. Inde ab anno 1323 composita erat Natio ex Suebis, Bavaris, Saxonibus, Francis (I. 38<sup>v</sup>, 101)<sup>f</sup>; ex statuto autem anni 1497 apparet iam antiquitus Bohemos, Moravos, Lithuanos, Danos ei aggregatos fuisse, atque Bohemos Bononiae versatos esse constat inde ab anno 1322 (I. 37<sup>v</sup>, 38<sup>v</sup>)<sup>g</sup>. Quin etiam Silesii et Lotharingi inde ab anno 1296 Nationis erant participes „cum magis nobis sint vicini“ (I. 27)<sup>h</sup>; nam mos erat, ut scholares earum regionum, quae proprium non haberent Consiliarium, sequerentur nationem proximam. Hac de causa Germani lite instituta anno 1292 assecuti sunt, ut secum Daci et Frisii contributorentur, et adscripti sunt Nationi eodem anno 16 Frisii (I. 26)<sup>i</sup>. At Flandrenses, cum non pauci inde ab anno 1376 interfuissent Nationi Germanicae, anno 1475 exclusi sunt (I. 72<sup>v</sup>, 92<sup>v</sup>, 112, 113<sup>v</sup>, 117, 118<sup>v</sup>, 121, 121<sup>v</sup>, 123<sup>v</sup>, 129)<sup>k</sup>. Anno 1292 Norvegi, 1327 Livonii, 1322 Lappones, 1448 Finni recepti (I. 41, 43, 90, 103, 103<sup>v</sup>, 110, 119, 37<sup>v</sup>, 105<sup>v</sup>)<sup>l</sup>. Neque dubitabant Germani, si quis ex eis, qui vel Universitatis lege vel consuetudine pertinebant ad Nationem Germanicam, ei nolebat adscribi aut ab alia quadam receptus erat, contra ipsum illud anni 1306 decretum eum sibi vindicare aut citatione aut si necesse erat actione: ut vindicatus est anno 1312 Petrus de Sare, alii annis 1322 et 1334, reiectus contra anno 1482 Abraham quidam de Polonia (I. 32, 39, 43, 123)<sup>m</sup>.

<sup>a</sup> p. 35, 1.    <sup>b</sup> p. 62, 28 sq. 54, 1 sq. 62, 33 sq. 104, 1—5 et 105, 3, 18. [106, 43.] 114, 24, 27. 115, 8, 46. 116, 28. 130, 27. 155, 6.    <sup>c</sup> p. 349, 27.    <sup>d</sup> p. 209, 35.    <sup>e</sup> p. 352, 24—40.    <sup>f</sup> p. 83, 44—84, 2. 182, 12 sq.    <sup>g</sup> p. 80, 48; 81, 46.   
 <sup>h</sup> p. 46, 29.    <sup>i</sup> 39, 38 sq.    <sup>k</sup> p. 139, 16 sq. 166, 3 sq. 205, 38 sq. 210, 42. 211, 5, 17, 20, 27, 31 sq. 220, 1, 2, 4, 42. 222, 2, 11. 12, 14 sq. 225, 5 sq. 226, 4 sq. 230, 4 sq. 236, 14 sq.    <sup>l</sup> p. 88, 6 sq. 93, 47. 163, 9. 188, 7. 200, 44. 223, 30 sq. 81, 29. 194, 7 sq.   
 <sup>m</sup> p. 64, 26, 83, 2 sq. 94, 9.



Praescriptum erat statutis Nationis — id quod commemoratur ad annum 1377 —, ut scholares, priusquam reciperentur, et Procuratoribus se esse oboedituros iurarent et certam quandam pecuniam conferrent. De hac pecunia, quae ad pia Nationis Officia exsequenda adhibebatur, constitutum erat anno 1292, ut unusquisque scholarium „de qualibet marca annui redditus ipsius, dummodo redditus excedat expensas quas in anno opus habet facere, unum grossum Bononiensem contribuere teneatur . . . . post prestitum ab eo sacramentum infra quindecim dies, alioquin ad dupli contributionem teneatur“. Et usque ad annum 1497 conferebant scholares pro portione rei familiaris; quae cum haud facilis esset exquisitu, statutis anni 1497 concessum est singulis, quantam liberet, conferre pecuniam. Exstat exemplum admodum singulare discipulorum, qui summae quam solverant addiderunt alterum tantum propter auctos ipsorum redditus, atque discipulus aliquis Bononia decedens Nationi reliquit pecuniarium benevolentiae suae testimonium (I. 2<sup>v</sup>. 73<sup>v</sup>. 113<sup>v</sup>. 120<sup>v</sup>)<sup>a</sup>. Contra alii inscripti sunt nec iurati nec pecunia soluta, alii, quamquam iuraverunt, non solverunt, haut pauci inscribentur ne nummo quidem collato, aut „nec iuravit nec studuit quia cortisanus“, pollicitus se esse collaturum quid, „quam cito ad pinguiorem fortunam venerit“ (I. 104<sup>v</sup>. 31. 32. 35<sup>v</sup>. 72. 80<sup>v</sup>. 100<sup>v</sup>)<sup>b</sup>.

Transeamus nunc ad magistratus Nationis haut paucos percensendos, ex quibus annuo fungebantur munere Procuratores duo, Capellanus, Notarius, Bidellus, ad tempus eligebantur Electores, Statutarii, Syndici, Scrutatores, Scalci.

Procuratores nescio an traxerint nomen inde, quod eorum erat procurare omnia, quae pertinebant ad missam, quam ex more antiquo primo post Epiphaniam die celebrandam curabant; qua de causa post annum 1289 in antiquioribus omnibus rationibus legitur: „congregata nacio Teutonicorum pro electione procuratorum sue misse facienda“ (I. 25)<sup>c</sup>. Hoc in concilio tesseris creabantur non ab omnibus scholaribus, sed ab illis quos supra demonstravimus quattuor Electoribus atque proximi anni Procuratoribus; cf. quae narrantur ad annos 1343. 1346. 1437, unde apparet singulos Electores sumptos esse ex singulis Nationis regionibus, sc. Sueborum, Bavarorum, Francorum, Saxonum (I. 14. 16<sup>v</sup>. 101)<sup>d</sup>. Numero scholarium aut pestilentia aut aliis casibus imminuto singuli eligebantur Procuratores, ut annis 1349. 1350, lege, qua bini postulabantur, suspensa (I. 18<sup>v</sup>. 52. 52<sup>v</sup>)<sup>e</sup>. Statutis ante annum 1477 factis praescriptum erat, quantum temporis liceret Procuratoribus ab urbe Bononia ita abesse, ut magistratu se non abdicarent; diutius si quis aberat, in eius locum alius Procurator substituebatur (I. 120<sup>v</sup>. 121<sup>v</sup>)<sup>f</sup>. Neque licebat eidem esse et Procuratori et Ultramontanorum Universitatis Rectori, qua de causa anno 1345 Sugerius de Novo Lapide procuratura se abdicavit (I. 48)<sup>g</sup>. Inibant autem Procuratores magistratum initio prima post Epiphaniam dominica, postea ipso Epiphaniae die. — Praeceptum erat iam anni 1289 statutis, ut Procuratores in librum idoneum referrent et inscriptorum nomina addita quam quisque solvisset pecunia et exeunte anno quas in res impensi essent Nationis redditus. Praeterea administrabant qui ad pia Nationis officia exequenda fiebant sumptus (I. 25)<sup>h</sup>.

Et Capellano, qui muneribus ecclesiasticis fungebatur in aede S. Fridiani<sup>i</sup>, et Notario inde ab anno 1354 solvebatur annua merces. Anno 1460 Notarius Nationis fuit Nicolaus de Marociis idemque Bidellus,

<sup>a</sup> p. 350, 8sq. 140, 38sq. 211, 35. 225, 14.      <sup>b</sup> p. 191, 14. 58, 44. 63, 10sq. 74, 7. 138, 19. 147, 37. 181, 13.  
<sup>c</sup> p. 35, 17.      <sup>d</sup> p. 364, 31sq. 366, 33sq. 182, 12sq.      <sup>e</sup> p. 369, 19sq. 118, 38sq.      <sup>f</sup> p. 224, 25sq. 227, 1sq.  
<sup>g</sup> p. 110, 43sq.      <sup>h</sup> p. 35, 1sq.      <sup>i</sup> Duae fuerunt S. Fridiani Bononiensis aedes, una a. 1256 Canonicis S. Fridiani Lucensis concessa, altera S. Fridiano dedicata, postquam bulla Honorii IV die 9. Aprilis a. 1285 data Priori S. Fridiani Lucensis cesserunt fundus, aedificia, omnia denique, quae ad conventum Fratrum Poenitentialium Iesu (appellabantur „del sacco“ a deformi vestitus genere) extra portam S. Mamoli situm, pertinebant. Atque hanc cum Germani fortasse loci amoenitate adducti frequentare coepissent, Natio brevi eam tanto amplexa est studio, ut de suo ipsam annis 1318. 1330. 1336 restaurandam, 1342 chorum dealbandum, 1344, quo anno ibi commilitones Bononiae mortuos sepelire coepit, chori sedilia reparanda, nova denique decem



atque item qui eum secutus est Franciscus Caravita Bononiensis. Coniungebantur autem munera Notarii et Bidelli, cuius quanta tunc fuerit auctoritas inde intellegitur, propterea, quia huic omnia Nationis instrumenta erant aut ipsi aut ipsius sumptu per notarios conficienda; itaque qui Caravitae propter neglegentiam magistratu moto successit, quod notarius non erat, promisit se instrumenta, quibus opus esset, suo sumptu conficienda curaturum (l. 54<sup>v</sup>. 62<sup>v</sup>. 112. 114<sup>v</sup>. 117<sup>v</sup>. 119)<sup>a</sup>. Nonnumquam duo erant Nationi Bidelli et fere semper unus famulus (l. 21. 137<sup>v</sup>)<sup>b</sup>.

Ex iis magistratibus, quibus ad tempus munera deferebantur, praeter Electores illos nominandi sunt Statutarii, qui anno 1345 ter convenerunt ad statuta Nationis reformanda; Syndici, quorum anno 1309 primum invenitur vestigium, ab universa Natione electi ad rationes a Procuratoribus relatas cognoscendas; Scrutatores ad magistratuum creationes recte instituendas nominati, qui commemorantur anno 1317; Scalci, qui sollemnibus Nationis conviviis intererant pictis baculis instructi (l. 48. 31. 35<sup>v</sup>. 39. 35<sup>v</sup>. 131<sup>v</sup>. 141<sup>v</sup>)<sup>c</sup>. Annis 1319. 1320 Iohannes Andrea iurisconsultus commemoratur ut „depositarius“ Germanorum, quibus semper egregie favebat; sed nulli praeter eum occurrunt depositarii, itemque „Medici Nationis“ semel modo mentio fit in documento quodam anni 1360 (l. 36<sup>v</sup>. 37. 59)<sup>d</sup>.

Summae res, quae certo semper tempore recurrunt in Actis Nationis, sunt contiones annuae et pia officia, quae epulis numquam non excipiebantur.

Contionibus ut interessent non minus quam duae omnium scholarium partes, anno 1292 decretum est; solebant autem haberi die purificationis Mariae, palmarum, paschalibus, pentecoste, die assumptionis Beatae Virginis, omnium sanctorum, mortuorum, S. Catharinae, die denique natali Domini. Locus contionum erat inde ab anno 1289 (neque scio an iam antea) aedes S. Fridiani, raroque alias in aedes (ut S. Mariae de Cistella in suburbio ad portam S. Felicis sito, S. Dominici, S. Proculi, S. Petronii) conventum est.

Temporibus superioribus Natio dies festos nullo celebrabat cenarum apparatu modicoque contenta erat acetario, ut anno 1310. Deinde a. 1313 vina atque bellaria apponi coepta sunt, anno vero 1316 sodales cenaverunt lautissime invitatis episcopo et praetore. Hae cenae lautiores et sumptuosae adeo increbruerunt, ut iam anno 1343 necesse esset edici, ut ter tantum quotannis bellaria cum vinis ministrarentur. Sed brevi omnium consensu etiam aucta est conviviorum luxuria, dum anno 1463 adeo omnem modum sumptus excedere videbatur, ut redirent commilitones ad prandium statutis praescriptum, ac ne id quidem praebitum est post annum 1492 (l. 28. 33. 34<sup>v</sup>. 36. 37<sup>v</sup>. 13<sup>v</sup>. 86. 112<sup>v</sup>. 137<sup>v</sup>).

Ex piis Nationis muneribus commemorandum videtur illud „officium Beatae Virginis“, i. e. missa singularis dominicis in aede S. Fridiani celebrata inde ab anno 1292. Praeterea alia nimirum faciebant Procuratores festis diebus sacra, ut in honorem S. Michaelis et S. Catharinae inde ab anno 1407 vel S. Martini anno 1487 (l. 2. 32. 81. 90<sup>v</sup>. 127)<sup>e</sup>.

Nationis res et supellex erant penes Procuratorem aetate maiorem; sumptus autem tolerabantur, si

florensis ab Eberhardo Meselin quodam prope Bononiam mortuo legatis facienda curaret. Atque alius quidam scholaris Germanus, licentia in legibus obtenta, ibi in tabula aurata Beatam Virginem Mariam suamque imaginem depingendam curavit. Annis vero 1530 et 1531 aedes, bello a. 1512 ad Bononiam gesto diruta, restaurata est maxima ex parte sumptibus Nationis, quae non modo chori picturas refecit et altaris tabulam renovavit, sed etiam a. 1532 tabulam „Iudicii Salomonis“ donavit. Sed post Nationis Padua reditum, a. 1573, illa neglecta Germani frequentare coeperunt aedem S. Dominici multo ampliore, ubi Natio iam habebat proprium sepulcrum. S. Fridiani quidem aedes a. 1781 sublata et ad Loca Pia Lucensia adiuncta hodie continetur villa Dectoris Gozzi et, licet sit profanata, adhuc retinet antiquae structurae nonnullas reliquias speciosas.

<sup>a</sup> p. 123, 1 sq. 130, 3 sq. 205, 10 sq. 213, 21 sq. 221, 16. 222, 33 sq.    <sup>b</sup> p. 373, 19. 244, 31.    <sup>c</sup> p. 110, 19—24. 59, 29. 74, 43. 44. 84, 39 sq. 239, 21. 249, 20.    <sup>d</sup> p. 77, 12. 78, 24. 126, 7.    <sup>e</sup> p. 62, 48. 149, 1. 161, 8. 16. 234, 15.



necesse erat, tributis extraordinariis vel voluntariis; nam erant qui solverent summulas „ad purgandam conscientiam“, vel quod ad doctorum honorem erant promoti (I. 43. 31<sup>v</sup>. 25. 30<sup>v</sup>. 38. 43<sup>v</sup>. 45)<sup>a</sup>. Praeterea multabantur pecunia sodales vel neglegentes vel tumultuosi, a quibus tamen saepius vi erant exigendae multae (I. 37. 44. 47. 49. 54. 67<sup>v</sup>. 49)<sup>b</sup>. — Accurate cautum erat statutis de aere alieno, quod deberent Germani vel Nationi vel commilitonibus vel civibus Bononiensibus. Natio autem eos, qui solvendo non erant, persequendos curabat vel trans Alpes montes; atque simile quid accidit anno 1461 (I. 29<sup>v</sup>. 38)<sup>c</sup>. — Mortui Bononiae commilitones inde ab anno 1335 sumptibus Nationis et efferebantur et pro eorum animis missae piaculares fiebant (I. 43)<sup>d</sup>.

4. Haec fere inerant in Statutis illis quae perierunt anno 1497 superioribus. Statutorum autem, quae annis 1497 et 1516 probata sunt, quoniam hoc in libro ipsa omnia expressa leguntur, summae tantum res brevibus verbis videntur tangendae. Atque Statutis anni 1497 confirmantur leges priorum temporum paucis, ni fallor, partibus mutatis. De sodalibus quidem praescribitur, ut admittantur „omnes qui nativam Alemanicam habent linguam, licet alibi domicilium, cuiuscumque status vel condicionis existant, etiamsi forent spectabiles, clarissimi vel illustres, in hac alma urbe studentes in iure canonico vel civili, censentur et esse intelligantur collegium Theutonice nationis, quod, ut est consuetum, Theutonicorum natio appellatur“ (Stat. f. 3)<sup>e</sup>. Sed Bohemos quoque et Moravos cum Lithuanis atque Danis licebat adscribere, denique omnes nobiles viros atque illustres, ubicunque erant nati; quamquam hi iure utebantur nullo. De iure iurando et pecunia solvenda iam dictum est; denuo solvenda erat pecunia eis, qui doctorum vel episcoporum adepti erant gradum. Procuratores maiores viginti annos nati esse debebant; ipsi designabant successores Nationi, cuius tamen prorsus libera erat aut probandi aut improbandi potestas. Simulatque electi erant, nominabant Syndicos duos ad examinandas praedecessorum rationes. Per biennium ut eisdem Procuratoribus continuaretur magistratus, rarissime factum est, ut annis 1528 et 1529, atque per hos annos qui munere functi sunt, eorum alter dignitatem obtinuit etiam tertium annum, 1530 (I. 176<sup>v</sup>. 177<sup>v</sup>. 180<sup>v</sup>)<sup>f</sup>.

Procuratorum consilarii et adiutores erant quattuor Seniores, qui fortasse in locum quattuor illorum de quibus supra diximus Electorum successerunt. Contiones convocabantur a Bidello. Bis recitabantur singulis annis statuta adiunctis edictis, quibus et discordiae inter commilitones coercebantur et creditoribus Germanorum cavebatur. Aegrotos adibant Procuratores; mortuos prosequeretur universa Natio.

Statutis anni 1497 nonnulla sunt addita: sublevatus est anno 1516 sumptus doctorandis faciendus, propter quem saepius scholares, ut Nicolaus ille Copernicus, alias adierant universitates; sublatae sunt epulae illae sumptuosae, de quibus diximus; vetiti sunt recipi, qui Bononiam delati, quamquam habuissent facultatem, tamen intra duos menses ut adscriberentur non petiissent; denique visum est librum parare, in quo arma depingerentur eorum, qui vel bene meriti essent de Natione, vel illum honorem coronato redimerent; eidem libro ut ipsorum quoque arma insererentur, postea Procuratoribus est concessum. Extremo loco additum est decretum de dignitatis gradibus, qui intercederent inter Nationis officiales.

5. Ab his Statutorum anni 1497 additamentis dubito an non diversa sint quae Marullius comes auctor est (not. addit. ad Annal. vol. I) anno 1530 concepta esse nova statuta (I. 231<sup>v</sup>. 186. 199<sup>v</sup>)<sup>g</sup>. — Exstant porro statuta, quae probata sunt Nationi anno 1574. Quorum capite altero agitur „de novitiis et iis qui in album Germanicae Nationis recipi possint“: recipi autem poterat, quicumque Imperatoris imperio erat subiectus, praeterea omnes, qui lingua et Germanica et Latina expedite poterant uti; quamquam magi-

<sup>a</sup> p. 94, 33. 61, 10 sq. 36, 38. 57, 1. 96, 39. 41. 100, 39.    <sup>b</sup> p. 79, 4. 97, 22. 106, 35. 113, 40 sq. 122, 15. 135, 5. 113, 7 sq.  
<sup>c</sup> p. 54, 31. 46. 205, 39.    <sup>d</sup> p. 97, 12.    <sup>e</sup> p. 4, 6 sq.    <sup>f</sup> p. 294, 32. 295, 40 sq. 297, 24 sq.    <sup>g</sup> p. 302, 34. 312, 35.



stratus gerere eis non licebat. Atque in margine, ut alia omittam, legitur — id quod sane illa aetate nondum probatum est — „iniquum esse propterea aliquem Germanum ad . . . sodalitates communionem non admitti, quod non Iurisprudentiae operam det“ (adnotavit hoc Hannibal Campeggi, qui hoc quoque frustra proposuerat, ut admitterentur Belgae, Poloni, Ungari, Sueci, Angli, Scoti, omnes denique quicumque pertinerent ad eas regiones, quae in Ultramontanorum Universitate proprios non haberent Consiliarios). Alterum caput est „de magistratibus legendis decernendisque honoribus; et primo de procuratorum eligendorum modo“. Inter magistratus numerantur praeter Procuratores, qui eidem nominantur Consiliarii, Syndicus, Quaestor, Bibliothecarius. — Sequuntur statuta annorum 1589 et 1598, quae exstant in Matricularum vol. II. Neque minus memorabilia sunt statuta anno 1610 scripta, quippe quibus artistae non iam diserte excludantur ac Sueci etiam admittantur. Procuratores iam eliguntur exeunte mense Aprili; Syndici, penes quos est facultas animadvertendi etiam in Procuratores, Quaestores, Bibliothecarii trimestres sunt magistratus; Bidelli est investigare Germanos, qui recentes Bononiam venerunt, ut adscribantur Nationi aut ab ipso aut a Procuratoribus. Haec anni 1610 statuta aucta sunt additamentis anno 1629, quibus cavetur, ne Nationis aut res familiaris aut bibliotheca curatorum negligentia damnum faciat.

Alia statuta anno 1622 comprobata exstant typis expressa<sup>a</sup>; sex sunt folia alteri Matricularum volumini adiuncta (fol. 147—152): novus statuatur Procuratorum eligendorum modus Bidellique merces, quem linguae et Germanicae et Italicae peritum esse volunt.

Denuo typis exarata sunt Nationis Statuta annis 1733<sup>b</sup> et 1750<sup>c</sup>. Atque illo anno admittuntur et Poloni, Flandrenses, Burgundiones, Alsatii, Scoti, Angli et Theologi, Medici, Philosophi, Mathematici atque Syndici, Quaestores, Bibliothecarii magistratus annui esse iubentur. Anno autem 1750 nihil mutatum est nisi Quaestoris titulus, qui iam nominatur „thesaurarius“. — Magistratum autem numerum admodum auctum esse colligi potest ex opere rarissimo, anno 1741 typis Clementis Mariae Sassi exarato, quod inscribitur: „Syllabus Illustrissimorum DD. Officialium Pro toto anno Domini 1741 Inclytae Nationis Germanicae Apud Bononiam Studentis . . .“, ubi enumerantur viginti fere magistratus.

### Caput III. De Nationis privilegiis.

1. In primis iam Annalium rationibus mentio fit privilegiorum, quibus Germani usi sint. Iam anno 1305 pecunia refertur soluta „pro exemplo originalium privilegiorum nationis nostrae et pro ipso insinuando“. Quamquam neque haec privilegia neque quae anno 1356 commemorantur qualia fuerint apparet ex his vestigiis, nisi quod designatur illa nobilium Germanorum a Rectoris iurisdictione exemptio, quam iam multo ante obtentam anno 1273 confirmatam esse vidimus.

2. Prima privilegia, data quo tempore universitas sui erat iuris et administrabatur ab ipsis Nationibus, quoniam ad ipsam pertinent rationem quae intercedebat inter universitatem atque Nationes, gravissima fuisse consentaneum est. Iam in eorum quae consecuta sunt saeculorum libris Nationis nulla exstat privilegiorum memoria, et cum saeculo XVI Natio assiduis curis vel nova expetere coepisset privilegia vel antiquorum confirmationem, mutata temporum ratio non admittebat privilegia nisi honoraria; nam Pontificale

<sup>a</sup> „Delibata Ex Legibus, Statutis, Consuetudinibus et Privilegiis Inclytae Nationis Germanicae Apud Bononiam Studentis VI Id. Mai. et V. Id. Aug. MDCLXXII. Promulgata . . . Bononiae, Typis Io. Baptistae Ferronii. Superiorum permissu.“

<sup>b</sup> „Inclytae Nationis Germanicae apud Bononiam Studentis Leges et Statuta . . . Bononiae MDCCXXXIII. Ex Typographia Clementis Mariae Sassi, Successoris Benatii etc.“

<sup>c</sup> „Inclytae Nationis Germanicae apud Bononiam Studentis Leges et Statuta . . . Bononiae MDCCL. Ex Typographia Clementis Mariae Sassi, Successoris Benatii.“



imperium, ex quo Bononiam sub suam dicionem redactam tenebat, id contendebat, ut cum omnia, quibus inprimis nitebatur scholarium robur, tum maxime illa de iurisdictione tollerentur privilegia. Atque anno 1522 Germanus quidam a Natione Romam mittitur „pro armorum impetratione“, i. e. ad ius arma ferendi Procuratoribus impetrandum, neque tamen perfecit (I. 173)<sup>a</sup>. At paulo post cum Carolus V. Bononiam venisset, ut a Clemente VII. diadema acciperet imperatorium, Germani per episcopum Hildenshemensem impetraverunt, ut antiquioribus privilegiis ab imperatore confirmatis nova adderentur. Diplomate enim d. 25. m. Februarii a. 1530 dato concessit Carolus Procuratoribus, ut non modo nobilium, sed omnium Nationis sodalium lites et inter se et cum extraneis contractas iudicarent, tribuitque „pro tempore“ titulum „Comitum Palatinorum“; praeterea multa alia privilegia haud parvi pretii largitus est, quae omnia confirmata sunt a Clemente VII. (anno 1531. Matr. II. fol. 3<sup>v</sup>), Paulo III. (anno 1541; I. 210), Iulio III. (anno 1552). [Cf. huius libri ipag. 19—23.]

Illud ius arma ferendi ante negatum Procuratoribus datum est a legato pontificio anno 1540 (I. 205<sup>v</sup>)<sup>b</sup>. Deinde anno 1560 Pius IV. confirmavit privilegia Nationi a Carolo V. data aliaque iam a pontificibus firmata; ipse addidit privilegium statuta vel retractandi vel mutandi, ipsam Nationem in fidem Apostolicae Sedis recepit (Matr. II, 2<sup>v</sup>), Procuratoribusque potestatem dedit singulos quotannis scholares pauperes gratis laureandos Collegio Legali designandi. Alia vero privilegia amplissima assecuta est Natio Senatus Bononiensis decreto anno 1575, quo praecipitur, ut Nationis scholaribus „frui liceat omnibus beneficiis, commodis, immunitatibus ac privilegiis, quae ipsis senatoribus Bononiensibus a quocunque, aut quoquo modo concessa reperiuntur“, eodemque senatu auctore confirmavit Gregorius XIII. anno 1576 (d. 8. m. Martii) et hoc decretum et omnia privilegia usque ad id tempus Nationi data; atque ipse addidit hoc, ut gratuito promoverentur quicumque Collegiis Iuris Pontificii ac Caesarei a Procuratoribus ut pauperes scholares offerrentur<sup>c</sup>. Anno tamen 1586 frustra videntur petiisse Germani a Senatu, ut privilegia sua Bononiensis in Urbe Oratoris opera a Pontifice sancirentur<sup>d</sup>. Anno 1596 impertita sunt privilegia Nationi contra Polonos, inveteratos eius adversarios, de Consiliariis Ultramontanorum offerendis, et ex discordiis denuo ortis Germani discesserunt superiores. — Anno deinde 1592 in libello quodam a Natione Clementi VIII. tradito legitur: „essendo stata, alcuni anni sono, poco numerosa, non si valeva de' privilegi; . . . hora perchè è molto accresciuta e ogni giorno più cresce, desidera valersene“ (An. III. fol. 40). Ac denuo petiit a Pontifice, ut sancirentur, anno 1592, quamvis ea iam comprobavisset atque edixisset, ut per totam pontificalem ditionem valerent (Matr. II. fol. 9), id quod comprobavit denuo Paulus III. die 15. m. Sept. anni 1605<sup>e</sup>.

Diploma illud a Carolo V. manu propria signatum, cum inde ab anno 1604 delituisset, Rudolpho II. diploma quo ratum iustumque fieret dare recusante (An. III. 109), Natio anno 1612 per tabularia Romana accuratissime curavit investigandum, Romam esse transmissum putans quo tempore primum petiverat, ut sanciretur. Quod cum non repertum esset, implorante Natione diploma denuo sanctum est ab Urbano VIII. anno 1623<sup>f</sup> ita, ut rationem eius habere iuberentur ei quoque, qui incolerent territorium Ferrariense. Novam denique concesserunt comprobationem Innocens X. anno 1645 (d. 24. m. Iul.) et Clemens XII. anno 1737 (d. 2. m. Aug.)<sup>g</sup>.

<sup>a</sup> p. 289, 28    <sup>b</sup> p. 321, 4 sq.    <sup>c</sup> „Decretum Senatus Bononiensis in quo Privilegia et Immunitates Germanicae Nationi Bononiense Gymnasium adeunti conceduntur, S. D. N. Gregorii XIII. Pont. Max. auctoritate confirmatum. Bononiae. Apud Ioannem Rossium MDLXXVI.“    <sup>d</sup> Archiv. reg. Bon. arch. gubern. Instr. B. 25. 1.    <sup>e</sup> „Privilegia a Sacratissimis Imperatoribus et SS. Romanorum Pontificibus Germanicae Nationi Bononiae Studentis Indulta . . . Bononiae MDCLXXIII. Ex Typografia Ferroniana“; p. 26.    <sup>f</sup> „Privilegia etc. MDCLXXIII“, p. 28.    <sup>g</sup> „Inclytæ Germanicae Nationis In Alma Bononiensi Universitate Privilegia . . . Bononiae . . . 1747“, p. 31.



Praeterea commemoranda videntur privilegia duo, quorum alterum adepti sunt Germani anno 1696 in contionibus Iuristarum die 26 m. Nov. et die 1. m. Dec. habitis, alterum anno 1741 a collegio Theologorum, qui concesserunt Nationi, ut offerret pauperes scholares gratis promovendos<sup>a</sup>. Priore autem illo decreto statutum est, ut Procuratores Nationis Germanicae in contionibus universitatis proximi a Priore vocarentur eiusque ad latera sederent<sup>b</sup>. Atque Caroli V. diploma Franciscus I. imperator anno 1751 sanxit additis quibusdam minoris momenti rebus; aliaque commemorantur privilegia Iosephi II. et Mariae Theresiae reginae. Ultimam autem privilegiorum sanctionem a Natione impetratam esse anno 1793 supra iam diximus.

3. Nationis arma, quae primum inveniuntur in statutis anno 1497 compositis, delineata habes in prima huius libri pagina. Habebant autem in capite aquilam imperialem surgentem in area aurea et in medio scuto librum apertum in area rubra his inscriptum verbis:

I V S	C V L
T I	T O
C I . E	R E S

Postea ornata sunt corona imperiali. De stemmate Nationis solo saeculo XV mentio fit: sed verisimillimum est id iam exstitisse anno 1320, quo primum Nationis sigillum ex aere factum est (An. I, f. 29<sup>v</sup>, 71<sup>v</sup>, 134<sup>v</sup>, 142<sup>v</sup>, 175<sup>v</sup>, 207<sup>v</sup>, 217<sup>v</sup>)<sup>c</sup>.

#### Caput IV. De rebus a Natione Bononiae gestis.

1. Ex variis casibus, qui in Annalibus Nationis Germanicae per sex fere saecula occurrunt, gravissimos ita componam, ut tres faciam periodos, quarum prima, et antiquissima et turbulentissima, pertinet usque ad finem saeculi XV, altera usque ad exilium Pataviense, tertia usque ad ipsius Nationis finem.

Exeunte saec. XIII ex Annalibus nihil comperimus, quod dignum sit mentione; nisi illud Dacos et Frisios anno 1292 et Lotharingos anno 1296 a Natione pro suis esse vindicatos. Anno 1301 incidunt discordiae inter Germanos et Polonos eodem anno compositae, in quibus illi se contulerunt in fidem ac tutelam illius Iohannis Andreae (I. 29)<sup>d</sup>. Denuo ortae sunt anno 1306, et vel ex impensis in Annalibus enumeratis „pro refectione candelarum, quae in rumore rumpebantur“<sup>e</sup> et „pro sacco in quo portabantur res nacionis in discordia“<sup>f</sup>, — tutelae enim Fratrum Praedicatorum mandatae erant — colligere licet rem ad bellum venisse et eventuram fuisse pessime, nisi eodem anno aequa pactione pax esset conciliata. Putari autem potest tantarum contentionum causam fuisse scholarem ab altera natione receptam, ab altera vindicatum. Constituerunt certe hoc ipso anno, ut tollerentur crebrae eiusmodi rixae, Ultramontani, quae rationes adhibendae essent in scholaribus adscribendis. Eodem anno Orsini, illum cardinalem, Bononia expulsus ex urbe Imola decrevisse constat Studium Bononiense esse tollendum et excommunicandum quicumque ei interesset; unde factum est, ut annis 1307 et 1308 nemo adiret Studium, nemo adgregaretur Nationi, cuius res fratribus monasterii Sancti Michaelis, quod italice appellatur „in Bosco“, erant traditae (I. 31)<sup>g</sup>.

<sup>a</sup> „Exemplum Diplomatis Collegii S. T. Bononiensis favore Inclytae Nationis Germanicae . . . Bononiae. Typis C. M. Sassi.“  
<sup>b</sup> „Inclytae Germ. Nat. Privil. . . 1747“, p. 25.  
<sup>c</sup> Alterum Nationis sigillum ex aere factum est 1491, tertium a. 1498, cuius nullum exemplum cera expressum exstat. Argenteum a. 1525 a Comite Christophoro Schlick donatum, quartum aeneum emptum a. 1541, quod cum ceteris in Inventarium anni 1543 relatum est. Praeterea in prima pagina libri a L. O. Montfort de Bello Germanico conscripti, quod olim in bibliotheca Nationis Germanicae fuit, nunc exstat in Collectione Malveziana, expressum est Nationis sigillum forma rotunda, quod in medio habet stemma circumclusum his verbis: NATIO GERMANICA APUD BONONIAM. <sup>d</sup> p. 52, 40. 54, 26. <sup>e</sup> p. 59, 16. <sup>f</sup> p. 59, 12. <sup>g</sup> p. 59, 25.



Novum ei fuit certamen anno 1310 cum Hungaro quodam, qui „versuciis et dolis“ rectoratum inter Ultramontanos erat adeptus a Burgundionibus, Polonis, Bohemis, Vasconibus adiutus; sed auditor et vicarius Praetoris, apud quos Iohannes Andreae pro Natione deprecatus est, ei finem imposuerunt (I. 31)<sup>a</sup>. Anno etiam 1316 solitudo fuit in Studio propter discordias inter Praetorem atque Universitatum Rectores ortas, quibus commoti scholares Argentam migraverunt. Maioris vero momenti fuit quod accidit anno 1321, quo anno plurimi scholares offensi supplicio Iacobi de Valentia commilitonis, qui Constantiam de Zagnonibus, virginem Bononiensem, rapuerat, relicta Bononia maxima ex parte Imolam migraverunt, quo a Natione et ab Ultramontanorum Rectore invitata bis missi sunt legati (I. 37)<sup>b</sup>, et inde una cum lectoribus omnes ad Senense Studium transierunt, ubi manserunt usque ad annum 1324 exeuntem<sup>c</sup>. Germani quoque scholares eo transmigraverunt neque quisquam anno 1321 in matriculas est relatus; sed iam anno 1322 eos rediisse putandum est. Nam hoc anno clerici nonnulli Germani Bononiae studiis operam dantes, quod iurgia excitaverant, primum a Praetore, deinde ab Episcopo, qui pro suis eos vindicaverat, in carcerem sunt coniecti, unde summae ortae sunt difficultates Nationi, quae facere non poterat quin ad commilitones deprecandos legatos mitteret Anzolam, ubi Episcopus versabatur (I. 39)<sup>d</sup>. Neque vero his de causis solis Studium tunc cessabat. Pestilentia terribilibus saepius vexabatur urbs, ut omnia plena essent desperatione, terrore, mortuorum corporibus; qualemque cladem egregie depingit Iohannes Boccaccio, tali ut Florentia ita Bononia est turbata anno 1338. Itaque omnes fere scholares domum abierunt. „In festo corporis Christi“ ei qui nondum fugerant Germani in templum S. Fridiani convenerunt, — erant autem quindecim — ut res Nationis, antequam proficiscerentur, traderent quattuor sodalibus, qui permansuri erant. Cum mense Novembri ludus denuo aperiretur, tam pauci redierant, ut Procuratorum electio differretur, et cum die Ascensionis decem soli adessent, unus modo Procurator electus est (I. 52)<sup>e</sup>. Recens Universitatis solitudo anno 1339. Ingruit denuo pestilentia aestate anni 1347 atque m. Junio anni 1348 adeo ingravescit, ut ipsi quoque Procuratores discedant. Ex eis qui remanent duo soli effugiunt mortem, eorumque, qui post diem S. Martini redierunt, numerus est tam exiguus, ut nec Procuratores eligi nec festi dies possint agi (I. 52)<sup>e</sup>. Propter pestilentias, rixas, bella, quibus Bononienses vexantur annis 1361—65, nemo adscribitur (I. 59)<sup>f</sup>. Aliae pestilentiae, aliae fugae m. Junio anni 1373; die 12. demum m. Octobris nonnulli Bononiam reversi magistratus eligunt (I. 69)<sup>g</sup>. Pestilentiae excipiuntur civitatis motibus: annis 1366 et 1377 studia ad tempus intermissa, decem annis post anathema irrogatum. Morbo conquiescente a Natione anno 1385 multorum nummorum lites aguntur adversus Hispanorum Collegium, anno 1395 adversus Flandrensium Nationem (I. 80<sup>v</sup>. 85<sup>v</sup>)<sup>h</sup>. Quibus transactis Bononia rursus vexatur pestilentia annis 1399 et 1400 diffugiuntque Germani praeter Procuratores omnes. Item anno 1429 Natio paene nulla est propter belli pericula urbi imminencia (I. 86<sup>v</sup>. 87. 98<sup>v</sup>)<sup>i</sup>; neque minus gravis fuit annus 1466, quo cum multi alii pestilentia absumpti sunt tum Asbrandus Werf de Leidis, Procurator. Ad annum 1475 in Annalibus commemoratur „Henricus de Villa Maiore“, Flandrensis quidam, ex numero Nationis sodalium eiectus, neque scio an hoc iam anno Flandrenses sint omnes exclusi, quam ad rem pertinent instrumenta duo in inventario anni 1543 sic descripta: „duo Instrumenta causas reddentia quam ob rem Flandrenses a dicta natione sint exclusi (I. 218)<sup>k</sup>“.

Quanta fuerit apud cives Bononienses scholarium auctoritas, apparet ex eo quod accidit anno 1491. Georgius de Neudeck, ex Austria oriundus, ab Ultramontanis Rector factus, cum praedecessores eius,

<sup>a</sup> p. 61, 24 sq.    <sup>b</sup> p. 89, 1. 5.    <sup>c</sup> Cf. „Alcuni documenti che concernono la venuta in Siena nell' anno 1321 dei lettori e degli scolari dello Studio Bolognese, pubblicati e illustrati da Luciano Banchi (Estratto dal Giornale Storico degli Archivi Toscani, anno V., 1861)“ pag. 8.    <sup>d</sup> p. 83, 2 sq.    <sup>e</sup> p. 118, 1 sq.    <sup>f</sup> p. 126.    <sup>g</sup> p. 136.    <sup>h</sup> p. 148, 5. 154, 2.    <sup>i</sup> p. 156, 44. 157, 14. 178.    <sup>k</sup> p. 424, 11.



cives ducis Mediolanensis, illius apud Bononienses legato principem semper locum et in contionibus et in viis concessissent, eum Universitatum Rectoribus deberi contendebat. Natio autem Iohannem Bentivolum, principem urbis ducisque Mediolanensis praefectum armorum, reverita legatos misit Mediolanum, eique a duce impetraverunt, ut epistola satis honorifica d. 27. m. Iunii a. 1491 data Rectori concederetur quod postulabat (L. 135). Sed priusquam redeunt, legatus Mediolanensis Rectori obviam factus, quia de via decedere non vult, pugnis armisque petitur ab illius comitibus<sup>a</sup>. Rumor statim percurrit urbem, campanae pulsantur, clauduntur portae: postulat et obtinet ducis legatus Bentivolo adiuvante, ut Rector Bononia expellatur. Cogitur proficisci conquerentibus professoribus et commilitonibus, sed retinetur in oppido Casalecio [Casalecchio] a Ludovico et Hieronymo de Sancto Petro, amicissimis. Interim iurant scholares in aedem S. Domini congregati Bononiam se esse relicturos, nisi Rector sibi restituatur. Cedunt magistratus Bononienses: de Neudeck revocatus excipitur ad portam Saragotiae a professoribus, nobilibus, scholaribus omnibus maximo clamore et gaudio, tubarum tympanorumque concentu, comitantibus 450 equitibus cum innumerabili civium multitudine effuse exsultantium; iamque summa observantia a magistratibus colitur (L. 134<sup>v</sup>.—136<sup>v</sup>)<sup>b</sup>. — Persuasum habeo scholares Germanicos numquam usos esse tanto Bononiensium favore quanto exeunte saeculo XV. et XVI. ineunte, neque solum iuris studiosos Nationi adscriptos, sed universos. Philippus quidem Beroaldus maior, humanista ille doctissimus, qui tum Bononiae degens praeter ceteros florebat auditorum frequentia, — sectabantur eum ducenti fere Germani, quorum nonnulli in domo eius habitabant — omnia fere sua opera discipulis suis Germanicis dedicavit, id quod imitati sunt Iohannes Garzoni et Iohannes Baptista Pius, ipsi quoque litterarum Latinarum professores. Et saepe editiones Bononienses illa aetate factae continent epigrammata atque poemata in laudem scholarium Germanicorum scripta. Inter discipulos autem ipsos erant homines et nobilitate et ingenio maxime egregii, ut Nicolaus ille Copernicus, qui anno 1496 Nationi adscriptus, cum legibus studeret, noctu cum Dominico Maria de Novaria stellarum motus observabat<sup>c</sup>. Atque ut animo fingere possis, quantus tum scholarium Germanorum Bononiae numerus fuerit, viginti qui annum 1490 consecuti sunt annis quingenti fere Germani legibus studentes inter Nationis sodales recepti sunt, quibus addendi sunt Artistae haud pauci. Eadem fere aetate Philippus Beroaldus suo ad Germaniam carmine ita Germanorum laudes persecutus est:

O Germania muneris repertrix,  
 Quo nil utilius dedit vetustas,  
 Libros scribere quae doces premendo,  
 Felix frugibus, inclyta metallis,  
 . . . . .  
 Pollens principibus, potens virorum,  
 Qui glaucis oculis comaque flava  
 Grandes corpore, spiritu feroces,  
 Septi robore prodigique vitae  
 Hostes aggrediuntur et lacessunt

<sup>a</sup> Cf. tabellam p. 425.    <sup>b</sup> p. 241, 20 sq.    <sup>c</sup> Nicolaus Copernicus canonico imprimis iuri operam dabat, cuius doctor est factus anno 1503; in operibus autem eius commemorantur observationes astronomicae d. 9. m. Martii 1497 et 9. die m. Ianuarii anno 1500 Bononiae factae. Intererat etiam scholis linguae Graecae, quas habebat Antonius Urceus, qui nominabatur Codrus; maxime vero utebatur familiaritate Domini Mariae de Novaria, astronomi illius doctissimi, cuius erat discipulus. Anno 1498 Andreas quoque Copernicus, Nicolai frater, Nationi adscriptus est. Cf. librum qui inscribitur: Della vita e delle opere di Antonio Urceo detto Codro, studi e ricerche di Carlo Malagola (Bologna 1878); cap. 8.



Et in eodem carmine talia cum de Germanis discipulis, tum inprimis de principibus Badensibus Bononiae eo tempore degentibus praedicat:

O Germania gloriosa, salve!  
 . . . . .  
 Abs te turba venit scholasticorum,  
 Hoc qui gymnasium excolunt, opimant  
 Iam doctum et latialiter sonantes.  
 Tris nuper quoque Regulos Badenses  
 Lautos, magnificos, probos dedisti,  
 Inter quos Iacobus enitescit  
 Lingua, dexteritate, comitate,  
 Cultu, mundiciis, nitore, victu;  
 Clarus, munificus, potens, disertus;  
 Splendorque et columen scholasticorum.  
 At, Germania praepotens, alumnos  
 Ad nos consimiles subinde mitte\*.

2. Inde ab anno 1344 (fortasse iam antea) Natio commilitones Bononiae mortuos condebat ad aedem S. Fridiani extra portam S. Mamoli, inde ab anno 1463 in aede S. Dominici, ubi hodie quoque leguntur multae inscriptiones Germanis, Polonis, Francogallis, Anglis scholaribus dedicatae (I. 47<sup>v</sup>. 132)<sup>b</sup>. Deinde, cum proprium vellet habere sepulcrum, anno 1501 loco quodam huius aedis acquisito arma sua additis verbis his: S. (i. e.: SEPULCRUM) GERMA<sup>CE</sup> NATIONIS lapidi insculpenda et in lapidem auro inductum, quem adhuc muro infixum videre licet, inscribenda curavit Philippi Beroaldi, amicissimi scholarium Germanorum, hoc carmen (I. 150<sup>v</sup>)<sup>c</sup>:

Siste gradum, specta monumentum hoc queso, viator,  
 Quod pia, quod cultrix legum germana iuventus  
 Condidit, ut genti pateat chomune sepulcrum,  
 Ut Germanorum manes post fata quiescant  
 Sacra parentali capientes annua ritu.

M · DI

Praeterea in hoc lapide scripta erant haec<sup>d</sup>:

ANNO MDI · IMPEN · DD · IVR · | S · DE RVBROGALLO ET D · DE  
 GERMANICAE NATIONIS | RAMIN PROCVR.

Atque illud sepulcrum anno 1502 picturis et inscriptione graeca ornatum esse discimus ex Annalibus. Anno autem 1599, cum Nationis monumentum renovaretur, hic titulus supra additus est:

\* Philippi Beroaldi de Felicitate Opusculum — Impressum Bononiae a Benedicto Hectors . . . . Anno Salutis Millesimo undequingentesimo. — Exstat carmen etiam in fol. 126<sup>v</sup> Orationum Multifariarum ipsius Beroaldi. <sup>b</sup> p. 109, 2.  
<sup>c</sup> p. 259, 8. <sup>d</sup> Cf. Montieri, Raccolta di tutte le Memorie, lapidi e iscrizioni di Bologna 1828 (II, 50) Mscrptm. in Bibl. Regia Bononiensi.



HOC MONUMENTVM  
 VETVSTATE FERE CONSVPTVM PVBLICO  
 AERE INCLYTAE NATIONIS GERMANICAE  
 RESTAVRATVM · ET AVCTVM · FVIT ANNO  
 MDXCIX · PROCVRANTIBVS CONSILIARIIS  
 IOANNE VVARMVNDQ DE PREISING IN ALTEN  
 PREISING ET SIXTO VVERNERO VOGT DE  
 ALTEN SVMMERAV A PRASPERG

et sub versibus Beroaldi haec sententia:

VIVE MORITVRVS · MORIERISQUE  
 VICTVRVS.

Hoc novo sepulcro utendi occasio data est iam anno 1502, cum Conradus de Steinberg in rixa quadam cum excubitoribus orta esset interfectus (I. 148<sup>v</sup>)<sup>a</sup>. Alia fuit Nationi rixa cum Hungaris, quorum quidam a Germanis nonnullis ab ipso laesis graviter vulneratus erat, et anno 1507 cum Anglis de syndicato Universitatis (I. 148<sup>v</sup>. 154<sup>v</sup>. 157)<sup>b</sup>. Ferociores etiam intercesserunt cum Siculis contentiones anno 1513, propter quas Nationi visum est armatis se munire, cum conveniret ad Procuratores eligendos. Sed eodem anno pacem fecerunt Germani exilio impetrato duorum illorum Siculorum, quorum culpa turbae illae conflatae erant (I. 163<sup>v</sup>)<sup>c</sup>. Novae ortae sunt contentiones cum Langobardis anno 1517, qua re Natio duos mercennarios alere coacta est; et concursu facto ex duodecim qui pugnaverunt Germanis unus est vulneratus (I. 168)<sup>d</sup>. Pacem eodem anno coram legato pontificio 10. d. m. Maii factam confirmavit Natio documento d. 14. m. Iulii scripto, unde comperimus his in pugnis a Germanis stetisse scholares ex Romandiola<sup>e</sup>. Nihilominus floruit Natio; Philippus Obermayr, Ultramontanorum Rector cum esset electus anno 1519, totam per urbem curavit affigendos titulos, ubi litteris aureis vivere Germania iuebatur (I. 163 in marg.)<sup>f</sup>. Quamquam aliquamdiu haec secunda fortuna turbata est pestilentiae malis annis 1527 et 1528, quibus factum est, ut scholares diffugerent; atque 1528 soli Procuratores, 1527 praeterea duo scholares remanserunt. Sed admodum frequentes redierunt anno 1530, cum Carolus V. Bononiam adiret, qua occasione data Natio Germanica praeter ceteras floruit et sibi paravit privilegia illa quae supra demonstravimus. Procuratores interfuerunt sacris quae Pontifex ipse procuravit Imperatore praesente d. 25. m. Decembris anni 1529, multique honoribus et favoris testimoniis Natio ornata est ab Imperatoris comitibus, quorum ex numero sibi adscripsit honoris causa Andream Kungsmarck, Curiae Episcopalis Hildenshemensis Magistrum et S. R. I. Vicecancellarium, et Cornelium Henricum Agrippam, Conradum de Bammelberg qui vocabatur „der klein Hess“, et Casparum Fronsperger, Imperatoris duces (I. 178. 180<sup>v</sup>)<sup>g</sup>.

Paullo post (anno 1533) rixa orta inter nobilem quendam Nationis sodalem et Polonum de equo empto Rector Ultramontanorum Germanum, quamquam eius iurisdictioni non erat subiectus, malis quibusdam artibus pignoribus captis aut ipsum adesse in iudicio aut Procuratores mittere cogebat. Qui quamquam honoris causa ad eum se conferunt, tamen adeunt Bononiae praefectum, Franciscum illum Guicciardinum, rerum scriptorem clarissimum, isque Pyrrho de Malvezzis, senatore Bononiensi (ex ea ipsa familia amplissima, cuius beneficio fit, ut haec Acta nunc edantur), nobiles Germanos ex longo iam tempore Rectoris iudicio liberatos esse testante pignora ei, cuius erant, reddi iubet (I. 189)<sup>h</sup>.

<sup>a</sup> p. 257, 47.    <sup>b</sup> p. 265, 8. 269, 7.    <sup>c</sup> p. 276, 30 sq.    <sup>d</sup> p. 282, 3.    <sup>e</sup> Archivum reg. Bonon.; archiv.  
 pontific. — „Instrum. et scritt. del Regg.“ — ser. A, lib. 4 No. 31.    <sup>f</sup> p. 276, 42 sq.    <sup>g</sup> p. 296, 10. 297, 28.    <sup>h</sup> 307, 33 sq.  
 Acta nationis Germanicae.    E



In appendice a Marullio comite Annalibus subiuncta commemoratur epistula a rectore senatuque Ingolstadiensi d. 12. m. Iunii 1558 ad Nationis Procuratores scripta, qua ab his petebatur, ut mercatores quosdam in carcerem coniectos in libertatem vindicarent. Adeunt statim litteris Procuratores senatum Bononiensem (I. 230<sup>v</sup>), qui iam ipse incitatus commodis maximis, quae in cives ex horum mercatorum negotiis redundabant, rem nonnullis maioris potentiae viris commendarat et commendabat epistolis, quarum exemplaria exstant in VI. Literarum Senatus volumine. Atque tali modo saepius intercessisse Nationem ex pluribus etiam locis apparet.

Sed dum colitur Natio et a Bononiensibus et ab aliis fere omnibus, accidit anno 1562, ut unus ex Procuratoribus Romam iter facturus pridie eius diei quo proficiscebatur Germanos ad convivium vocaret. Unde alter Procurator et scholaris quidam discedentes incidunt in lictores ab eis propter Italum a Germano paullo ante vulneratum iratis circumventi, quamquam ad Nationis privilegia provocant, et armis privantur et ipsi capiuntur. Clamore audito ceteri e convivio advolant unusque a sicariis Germanos peti ratus primo impetu aliquot lictores fugat, sed ceterorum armis in aedes coguntur regredi. Postero die mane dum Germani apud Pontificis legatum — fuit Petrus Donatus Cesi episcopus Narniensis — de laesis privilegiis conqueri constituunt, lictorum dux cum permultis ministris in domo, quo Germani convenerunt, adest eosque una cum famulis in aedes legati se sequi iubet. Quo ubi primum perveniunt, indicta causa in vincula coniciuntur et sex ex eis, quorum nonnulli ne interfuerant quidem illi tumultui, damnantur ad fideiulam; sed auctoritate Senatus Bononiensis Rectorisque Ultramontanorum interposita duo tantum palam nudati tormento illo afficiuntur. Exardescit tota Natio indignatione, et conquesta apud Imperatorem, rebus suis translatis in aedes patrum, qui nominantur Caritatis, transmigrat Patavium ibique edit paulo post librum qui inscribitur: „Scriptum Verum ac Breve, causas continens cur Inclyta Natio Germanica Bononia secesserit etc. MDLXII.“ Indidem epistula d. 19. mensis Martii eiusdem anni ad Ulyssem Gozzadini comitem Bononiensem missa — extat in tabulario Iohannis Gozzadini comitis et senatoris clarissimi, nuper vita defuncti — et semper beneficia ab eo accepta grato animo esse prosecuturam profitetur et ab eo petit, ut una cum Ludovico Bovio doctore praedio suo Bononiensi prospiciat. Ita iterum reliquit Natio universa illud Studium, quocum conexa fuerat multa per saecula, honoribus semper eximiis ornata.

3. Aegerrime nimirum cives Bononienses Germanorum discessum ferebant, quoniam et ipsis scholaribus maxime studebant et incommodum suae urbi Studioque, commodum universitati Patavinorum, quibus semper aemulabantur, allatum dolebant. Itaque cum iam ipso profectionis die id agere coepissent, ut revocarentur Germani, senatores Nationem in exilio quoque amicitiam servare Bononiensibus certiores facti 20. d. mens. Apr. litteris missis Germanos ut redirent adhortati sunt, et cum eorum animi ab hoc consilio non abhorreere viderentur, per oratorem Bononiensem in Urbe cum Pontifice agebant de Nationis revocatione. Quod quamquam parum successit, tamen non deterritus senatus Nationem Bononiam reducere etiam atque etiam contendit et anno 1569 a Carolo de Austria petiit, ut apud Imperatorem auctoritatem suam interponeret pro hac re, quam confici Bononiensium plurimum interesset. Anno vero demum 1573 Natio Bononiae restituta est<sup>a</sup>, ex eoque tempore senatus de privilegiis Nationis augendis cum Pontifice agere non destitit. Et sanxit ille privilegia amplissima et gravissima Germanis a senatu Bononiensium anno 1575 data neque defuit sanctio Imperatoris, apud quem Heliodorus Tinelli iam saepius pro Natione Germanica intercesserat<sup>b</sup>.

Iam Natio summa Bononiae utebatur securitate, neque ullam omisit senatus occasionem eius ad-

<sup>a</sup> I. 231, Notae a Marulli comite additae.

<sup>b</sup> Archiv reg. Bon., arch. pont., Litterar. sen. XI; 2. Iul. 1576.



iuvandae; ut anno 1587, cum Natio Basilium quendam Vorner propter laesa statuta aliaque crimina a Senensi Natione Germanica ei obiecta expulisset, a Germanorum partibus stetit, quamquam non contigit, ut ille ex Pontificis eiusque aulicorum eiceretur gratia, in quam dolis sese insinuaverat\*.

Paulo post, anno 1595, Daniel quidam Grenzing de Feldkirchen, primus Nationis Consiliarius, cum adiuvante Iohanne Iacobo Wacher Michaelem quendam Chumerlin in foro adgressus semianimem reliquisset, cum Nationis arca, in qua erant quadringenti coronati aurei, fugit et a Gubernatore in ius vocatus absens damnatus est. Wacher autem, homo omnibus libidinibus corruptus, partem illius pecuniae a Grenzing acceptam Romae brevi perdidit et, tanquam nihil commisisset, Bononiam ad lauream petendam rediit. Neque tamen adiit collegia, quod Natio a Legato impetraverat, ut vi ex urbe pelleretur, ipsamque lacessivit libello omni criminum genere pleno. Deinde, quamquam Germani eum ad doctoratum promoveri vetabant, tamen ad examen ita admissus, ut quae furatus esset restitueret iniuriarumque se poenitere profiteretur, et clam a Collegiis promotus, altero libello contumelioso ad Nationem misso ambulat in viis cum armis armatisque. Repente vero mutata prorsus ratione per litteras supplicat Nationi, ut sibi venia detur; sed haec eius voluntati fidem non habens non respondet nisi edicto, ut, quisquis Wacheri nomen pronuntiare ausus sit, item eiciatur. Iam ille Bononia profectus redit anno 1598 cum patruo eiusque auctoritate fretus — erat enim Legatus ad Pontificem Caesarus — Nationi mittit epistolam, qua innocentem se indicari insolenter iubet additque de sua honestate quisquis dubitare audeat eum esse infamem. Ipsum autem infamem iudicat Natio statim congregata et eiecit ut „putridum membrum“; sed anno 1599 id, quod scholari non concesserat, legato Caesareo iam non potuit negare, et Wacher in gratiam receptus est.

Neque omittendum videtur quod mense Septembri anni 1605 accidit. Procuratores cum aliis scholaribus sine armis ambulantes, cum a nonnullis captivis contumeliis lacessiti duris respondissent verbis, a licitoribus capti unum diem in carcere sunt retenti. Qua de re Nationi die 2. m. Octobr. convocatae et apud Gubernatorem conquestae summo cum honore satisfactum est (III. 14).

Ut Bononiensibus pro hospitio tam benigno tanque diuturno testimonium darent grati animi, Germani anno 1596 a magistratibus Tyrolensium impetraverunt, ut frumento, quod Bononienses a Bavaris emptum essent traducturi, nullum imponerent portorium (III. 124 sq.). — Ex carminibus nonnullis, quae rarissimo quodam libello (Versi nelle . . . allegrezze et corso di . . . Pallio . . . Istituite dall' Ill . . . Natione Germanica per la . . . Elettione di Mattias Primo Imperatore . . . — In Bologna per il Cocchi . . . 1612 — op. in 8<sup>vo</sup>) continentur, confectis et Germanicae Nationi dedicatis a Camillo de Comitibus Panici, qui Nationis sodales linguam docebat Italicam<sup>b</sup>, comperimus d. 22. m. Iulii a. 1612 cursus certamine aliisque ludis celebratam esse a Germanis electionem Matthiae I. Imperatoris (Ann. III. 179<sup>v</sup>. 180, et Arch. reg. Bon. — arch. pont. — Partitorum Sen. XXIX. f. 78).

Solebant Germani se remittere in praedio suo ante portam S. Mammae sito; sed paulatim Italici quoque scholares ibi cum meretriculis genio indulgere coeperunt. Itaque anno 1661 Consiliarii et Officiales indice portae affixo multam minitati sunt omnibus, quicumque Nationi non adscripti eo intrassent.

Anno 1672 licitorum dux, qui scholares eorumque privilegia haud sane accurate et diligenter solebat observare et in rixa quadam Germanis vim aliquam intulerat, a Legato, apud quem Natio conquesta erat, graviter reprehensus est (Arch. reg. B. — Epist. Oratoris Bon. Rom. lib. 397, 4).

Extant in tabulario Senatus Bononiensis duo documenta, quorum alterum, nullo notatum anno, sed,

\* Arch. reg. Bon. arch. pont. legat. Roman. 140, 12; et ibid. Litter. legat. ad senat. anni 1587. <sup>b</sup> Habebat Natio magistros proprios linguae Italicae (annis 1612. 1615), francogallicae (anno 1662), artis gymnasticae (1640. 1641), anno 1668 theologiae tres, alios legum, medicinae, linguarum, equitandi, saltandi, ad lyram cantandi, arma tractandi.



ni fallor, medio saec. XVIII. scriptum, narrat — id quod tunc temporis admodum erat vulgatum — velle Nationem transmigrare ad universitatem Pisanam (Arch. reg. Bon. arch. Pont.; magistrat., de stud. 13). Neque vero huius rei ullum est aliud testimonium. Alterum documentum est epistula a cardinale Herzan, protectore Nationis, ad Legatum pontificium Bononiensem, anno 1785 missa, qua admonetur, ut servaret privilegium Procuratorum proprias habendi sedes iuxta Rectorem in museo anatomico.

Ut Matthiae aliorumque sic Leopoldi quoque II. electionem celebravit Natio haud medioeri sumptu anno 1790.

Sed iam prona erat in ruinam post tot saeculorum res florentissimas. Nam non iam ex longinquis Germaniae regionibus, sed ex proximis Italiae locis veniebant scholares eique perpauci; et cum numero sodalium opes quoque minuebantur. Anno 1791 Consilarii summis rei pecuniariae angustiis per cambium mutuari coacti sunt 1000 libras d. 4. m. Martii et decem post dies 500; priori syngraphae addita sunt verba comprobantia et Herzan cardinalis et Nationis ipsius, cuius sodales tunc erant hi 8: Ioh. Franciscus Collizoli-Sega, Ioh. Baptista Martinetti, ille Tridentinus, hi Lukanensis, Procuratores; Ioh. Menini Syndicus, Iacobus Bartoli, Aloysius Leonardi, Ioh. Udalricus Wetter, Petrus Antonius Straubinius, Iacobus Menini. Paulo post, quae in Nationis nominibus erant, non iam paria erant aeri alieno; Marulli comiti debebat anno 1796 libras 6940. Quas cum solvere non posset, ei cum duobus nominibus praedium illud suum Bononiense in Vallescuro transcripsit\*. Octo et viginti diebus post ultimum bonum venditum, d. 18. m. Iunii 1796, Francogalli Bononiam occupant, et decreto d. 7. m. Dec. anni insequentis universum Studium Bononiense tollitur. Id quod iure ac merito factum est. Haec enim instituta prioribus temporibus, quibus Studium Bononiense fulgebat per Medii Aevi tenebras ut fax longe elucens, utilia, ne dicam necessaria, post tot tamque magnas rerum mutationes iam exstingui necesse fuit.

#### Caput V. De sodalibus Nationis Germanicae.

1. Numerus eorum, qui inde ab anno 1289 usque ad annum 1562 Nationi adscripti fuerunt, plene et accurate definiri potest ex Matriculis. Atque inscripti sunt annis 1289—1299 533; deinde saeculi quarti decimi priore parte 1259, posteriore 415; tum saeculi quinti decimi priore parte 308, posteriore 715; denique saeculi sexti decimi priore parte 801, annisque tredecim insequentibus (1550—1562), antequam migravit Natio Patavium, 337. Ex eis autem quae praeterea exstant Matriculis annorum 1573—1601 et 1707—1727 apparet annis 1573—1599 inscriptos esse 2071 scholares, annis vero 1707—1727 non plus

\* Non inutile videtur congerere quae de re familiari Nationis ex Annalium libris cognita habemus. Iam inde ab anno 1289 possidebat paramenta sacra, quae saepius, cum premebatur pecuniae penuria, pignori dabat. Primum inventarium videtur factum esse anno 1301; nova paramenta emuntur annis 1311 et 1327. Anno 1339 vineam acquisivit Natio, quam locavit anno 1356. Pecuniam faenore collocat 1354, sed duobus annis post ab ipsius Bidello duodecim mutuatur solidos. Anno 1365 ei quinae librae annuae legantur et 1379 nova emuntur paramenta. Ita quamvis non semper essent egregiae, in universum tamen non exiguae erant Nationis opes usque ad exitum saec. XV. Aliarum emptionum in novis inventariis annis 1505 et 1516 confectis mentio fit; sed aere alieno premitur annis 1510. 1512. 1513, quin etiam Iudaeo cuidam pignori dare cogitur anno 1519 cistam, qua servantur sacra eius paramenta. Anno 1526 heredes a Bidello suo Io. Scotto instituti Germani domum anno 1528 emunt, vendunt tamen iam post decennium. Anno 1530 paramenta librique renovantur. Pecunia quamvis parva ab episcopis nonnullis, qui Nationis sodales fuerant, anno 1531 collata et centum libris, quibus quinarum librarum anno 1365 legatarum annua praestatio a debitoribus erat soluta, emit Natio anno 1533 agrum praedio suo vicinum duarum fere tornaturarum, quae vocantur a Bononiensibus, annoque 1541 quinque alias tornaturas. Totum hoc praedium venit anno 1542 et redemptus est fundus quinque tornaturarum, is ipse, qui anno 1796 pignori datus est.



155. Universi igitur scholares fuerunt 4368 annis 1299—1662 et 2226 annis 1573—1599 atque 1707—1727; omnibus autem his 322 annis inter sodales Nationis recepti sunt 6594. Hinc efficitur adscriptos esse singulis annis 48 fere exeunte saeculo tertio decimo (1289—1299); deinde 50 fere priore saeculi quarti decimi parte, et 8 fere posteriore parte; tum 6 fere priore, 14 fere posteriore parte saeculi quinti decimi; tum 16 fere priore saeculi sexti decimi parte eisque qui sequuntur usque ad illud exilium Patavinum annis 26 fere; deinde 76 fere annis 1573—1599; denique septeni tantum annis 1707—1727.

Reliquorum temporum Matriculae quoniam perierunt ac ne ex ceteris quidem Nationis libris, quamvis multa in eis nomina occurrant, certus singulorum annorum numerus erui potest, coniectura assequendum est, quot quoque anno inscripti videantur. Illos 322 per annos adsciti sunt 6594 scholares, i. e. quotannis fere viceni; permansit autem post annum 1600 Natio annos 186 (exceptis nimirum decem illis Patavii peractis); efficitur ergo hoc temporis spatio circa 3720 scholares fuisse. Summa igitur omnium eorum, qui adscripti fuerunt Nationi Germanicae Bononiensi nescio an fuerit 10300, unde colligi potest, quid debuerint Germani cum litteris studentes tum legibus operam dantes Studio illi Bononiensi.

2. Sed hi scholares nullo modo comparari possunt cum eis, qui hodie artium liberalium studia colunt; nam fere omnes aetate erant iam provectiones, fere omnes clerici; plurimi ex Nationis sodalibus erant canonici vel pastores vel praepositi vel decani vel archidiaconi; multi magistros famulosque secum adducebant.

3. Magnus est principum numerus, qui Nationis sodales fuerunt eorumque plurimi superioribus praesertim temporibus Bononiae litterarum studiis operam dederunt. Atque principem in hoc numero locum obtinet Austriae domus, ex qua sex in matriculas inscripti sunt. Quorum primus Fridericus, dux Austriae et Plebanus ecclesiae Medlicensis, et suum et magistri nomen a. 1332 inscripsit et a. 1334 Procurator Nationis cum Ernesto Budde Saxone electus totam illius anni rationem sua ipsius manu in Annales rettulit, die autem 12. mensis Ianuarii 1335 Bononia discedens in suum locum substituit Henricum de Thurego, Capellanum in Cella<sup>a</sup>. Anno 1576 inscripti sunt Andreas<sup>b</sup> et Albertus<sup>c</sup>, Maximiliani Imperatoris filii, Cardinales, a. 1581 Maximilianus Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Comes de Habsburg et Tirol, qui die 6. mensis Nov. illius anni Nationi 25 coronatos donavit<sup>d</sup> et in palatio publico propter Cardinalem Cesi, Pontificis Legatum, habitabat; eius in honorem ludus equester magno nobilium concursu die 12. mensis Nov. factus est. Anno 1585 Albertus, ipse quoque Maximiliani Imperatoris filius, Cardinalis, cum Cardinali Riaschewitscki, Archiepiscopo Collocensi, Bononiae deversatus nomen suum in Matriculam inscribendum curavit<sup>e</sup>. Denique Ferdinandi, Archiducis Austriae, nomen in Matricula exstat<sup>f</sup>.

Ex Badensi deinde domo tres Nationis sodales fuerunt: Bernardus ille, quem postea beatificatum esse constat, qui anno 1422 inscriptus ibi cum magistro Henrico Brantz Ulmensi litteris studebat annoque 1424 Procurator Nationis electus est<sup>g</sup>; Iohannes Carolus, Marchio Badensis, a. 1588 inscriptus<sup>h</sup>; denique Bernardus Gustavus, Monachus Cassinensis et Cardinalis, inscriptus a. 1676, qui cum ultimo Aug. mensis die Bononiam venisset, sub nomine Abbatis Fuldensis in S. Proculi monasterio moratus primo die m. Sept. Romam petivit, ut interesset conclavi, in quo Innocentius XI. Pontifex creatus est, indeque rediens d. 8 m. Nov. Bononiam ex itinere attigit<sup>i</sup>.

<sup>a</sup> Ann. I fol. 7r, 42v et 43r<sup>e</sup>.

<sup>b</sup> Matr. II, f. 11r.

<sup>c</sup> Syllabus III. DD. Officialium Pro toto anno Domini

1741 Inclytae Nationis Germanicae etc.

Bononiae (1741) p. 10.

<sup>d</sup> Matric. II f. 1r.

<sup>e</sup> Arch. di Stato di Bologna,

Arch. Pont., Diarii, vol. D, f. 14v<sup>o</sup>.

<sup>f</sup> Ann. vol. I, fol. 233r.

<sup>g</sup> Matric. II f. 13r.

<sup>h</sup> Ann. I f. 95v et 96v.

<sup>i</sup> Syllabus cit. anno 1741 p. 10.

<sup>k</sup> Ibid. f. 67v.



Bavari autem duces quinque inter Nationis sodales recepti commemorantur: a. 1379 Iohannes, Episcopus Frisingensis, postea Magdeburgensis et Primas Germaniae, qui a Procuratoribus Nicolao Snell, Canonico Constantiensi, et Ottone de Ottingen, ex Dioecesi Salisburgensi, inscriptus cum magistro quodam suo Francisco litteris Bononiae operam dabat et die 18. Ian. m. illius anni stipulationi cuidam Nationis interfuit<sup>a</sup>; a. 1465 Wolfgang, Comes Palatinus Rheni superioris et Dux Bavariae, cum Casparo Smidhausen, Canonico Frisingensi et Decretorum Doctore, magistro suo, et Leonardo Newfarer, Paulo Talhaymer, Christophoro Cottenawer, Gamedero Putreich Seyboltzdorfer familiaribus suis<sup>b</sup>; d. 19 m. April. a. 1574 Ernestus, Administrator Episcopatus et Hildenshemensis et Frisingensis; d. 20 m. Nov. a. 1592 Philippus, Episcopus Ratisbonensis, et Ferdinandus iunior<sup>c</sup>.

Neque Brunsvigensium Ducum Nationi adscriptorum minor est numerus; sunt autem hi: a. 1301 Otto<sup>d</sup>, qui cum Praeposito quodam Brunsvigensi legibus Bononiae operam dedit, magistro usus Francisco Sassolinio, iuris civilis doctore illa aetate celeberrimo<sup>e</sup>; a. 1345 Ludovicus cum Gulielmo et Philippo magistris<sup>f</sup>; 1541 Philippus Leo, ducis Brunsvigensis filius nothus<sup>g</sup>; 1546 Philippus, Dux Brunsvigensis et Luneburgensis<sup>h</sup>; anno denique 1583 Otto Henricus, Dux Luneburgensis<sup>i</sup>.

De Saxonum principibus, qui in Studio Bononiensi versati sunt, in primo Annalium libro sub anno 1491 inter pecunias a scholaribus collatas hoc scriptum legitur: „Ab Illustrissimo Frederico filio bellicosissimi prudentissimique Alberti Principis Saxoniae florenos duos in auro, quem ad hanc nostram Societatem recepimus, cum litterarum adipiscendarum gracia gymnasium Senense peteret<sup>k</sup>, et exadversum delineatae sunt corona principis atque crux Ordinis Teutonici, cuius ille postea fuit Magister in Prussia, ut in margine hac nota indicatum est: „Postea factus Magister Ordinis dive Virginis Theutonicorum In prutzia Anno domini 1498. Electus deinde in coadiutorem reverendissimi in christo patris et domini domini Ernesti archiepiscopi Magdeburgensis, Germaniae Primatis<sup>l</sup>; praeterea inter impensas a Natione eodem illo anno factas relatum est hoc: „libras tres, bolonenos IX, pro dulciario et zochare quod nomine Nacionis dono dedimus Illustrissimo principi Saxonie Frederico<sup>m</sup>. Deinde anno 1500 Nationi adscriptus est Iohannes iunior, Dux Saxoniae, Angariae et Westphaliae, is qui postea Episcopus Hildenshemensis factus est, cum familiaribus suis Bernardo de Oppershausen, Iohanne de Minnigrade, Andrea Lochowen<sup>n</sup>; d. 23. m. April. anni 1581 Fridericus, item Dux Saxoniae, Angariae et Westphaliae<sup>o</sup>, anno denique 1704 Christianus Augustus, Cardinalis<sup>p</sup>.

Neque praetereundus est Fridericus, Dux Wirtembergensis, cuius nomen d. 19. m. Ian. 1600 his verbis ex tribus linguis mixtis in Matriculam relatum est: „Fridericus, Dux Wirtembergensis et Teck, Comes Montis Beligardi, Dominus in Heidenheim etc. Chevalier des ordres de France et d'Angleterre, Patroni del Allemagni et scripti cum favore del Nationi etc.<sup>q</sup>“.

Deinde mentione digni sunt Simon dux de Deck (anno 1343)<sup>r</sup>, Rupertus II. dux de Monte, episcopus Pataviensis (anno 1385)<sup>s</sup>, Iohannes princeps in Anhalt (anno 1453)<sup>t</sup>, Ericus, Maguopolie dux, Vandaliae princeps, „comes Sverinensis, Rostochii et Stargardie dominus“ (anno 1502)<sup>u</sup>.

Praeterea inveniuntur in Matriculis multi cardinales, episcopi, nobiles, equites, officiales Germani, multi denique viri docti, inter quos praeter Nicolaum Cusanum et Nicolaum Copernicum memorandi sunt

<sup>a</sup> Ann. I f. 71v<sup>o</sup> et 74v.      <sup>b</sup> Ann. I f. 113v<sup>o</sup>.      <sup>c</sup> Matric. II f. 13v.      <sup>d</sup> Ann. I f. 29r.      <sup>e</sup> Sarti, De claris Archigymn. Bonon. Professoribus, Vol. I p. 2 p. 105; Mazzetti, Repertorio dei Professori etc. p. 283; Alidosi, Dottori Bolognesi, p. 75; Mazzoni Toselli, Opere vol. III p. 47.      <sup>f</sup> Ann. I f. 48r.      <sup>g</sup> Ibid. f. 206v.      <sup>h</sup> Ibid. f. 220v et 227.      <sup>i</sup> Ibid. f. 233r et Matr. II f. 13r.      <sup>k</sup> Ann. I f. 133v et 134r<sup>o</sup>.      <sup>l</sup> Ib. f. 147v.      <sup>m</sup> Matric. II f. 13r et Ann. I f. 232r.      <sup>n</sup> Syllabus cit. del 1741, f. 11.      <sup>o</sup> Matric. II 13.      <sup>p</sup> p. 106, 18.      <sup>q</sup> p. 149, 7.      <sup>r</sup> p. 198, 23.      <sup>s</sup> p. 260, 38.



Conradus Celtis, Christophorus Longolius, Iohannes Caesarius, Henricus Cornelius Agrippa, Rudolphus Agricola, Christophorus Kuppener, Crotus Rubianus, Ulricus de Hutten, Gregorius Haloander.

Ceterarum nationum Bononiae constitutarum acta perierunt. Quae qualia fuerint, qualisque ipsarum fuerit condicio, ex Germanicae Nationis exemplo facile animo informes.

Grates igitur agenda sunt maximae et Iosepho Mariae Malvezzi de' Medici comiti, qui haec Acta ab instante exitio vindicavit, et eius heredibus, quorum summa liberalitate atque humanitate factum est, ut ea iam ad communem hominum doctorum usum in lucem proferantur.

Dabam Bononiae, Kal. Oct. 1887.

CAROLUS MALAGOLA.







I.  
S T A T U T A.

Acta nationis Germanicae.

I









Super<sup>1</sup> istis sacrosanctis Dei evangelii iurabunt<sup>a</sup> novicii scolares Teotonici Bononienses<sup>b</sup> fol. 1v.  
procuratoribus nationis statuta inviolabiliter se velle observare.

Initium sancti evangelii secundum Ioannem.

5 In<sup>2</sup> principio erat verbum et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum; hoc erat in principio  
apud Deum; omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil quod factum est; in ipso vita erat,  
et vita erat lux hominum; et lux in tenebris lucet, et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo  
missus a Deo, cui nomen erat Ioannes; hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut  
omnes crederent per illum; non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, que  
10 illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; in mundo erat, et mundus per ipsum factus est,  
et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt; quotquot autem receperunt  
eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus<sup>c</sup> neque  
ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est<sup>3</sup> et habitavit fol. 2v.  
in nobis, et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratie et veritatis.

15

Secundum Lucam.

In<sup>3</sup> illo tempore dixit Ihesus discipulis suis similitudinem hanc: homo quidam fecit cenam magnam  
et vocavit multos. Et misit servum suum hora cene invitatis, ut venirent, quia iam parata sunt omnia.

In<sup>4</sup> illo tempore loquente Ihesu ad turbas extollens vocem suam quedam mulier de turba dixit ad  
20 Ihesum: Beatus venter qui te portavit et ubera que suxisti! At ille dixit: Quin immo beati, qui audiunt  
verbum Dei et custodiunt illud. — Deo gratias.

Secundum Lucam.

In<sup>5</sup> illo tempore postquam consumati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen  
25 eius Ihesus; quod vocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur. — Deo gratias. fol. 2v.

<sup>a</sup> intrabunt. cod.    <sup>b</sup> Bononiensis. cod.    <sup>c</sup> sanguinibus. cod.

<sup>1</sup>) Antiquiori codicis membranacei saec. XV ex. statuta continentis scripturas recentior (scil. saec. XVI ex.) in prima pagina  
legitur inscriptio: In hoc libro haec continentur: Statuta et privilegia nationis Germanicae Bononie studentis, cui subiuncta est pictura  
30 allegoricam, ut vocant, Iusticiae effigiem exhibens et Fortitudinis, quae insignia sustinent nationis Germanicae.    <sup>2</sup>) Ev. Ioh. I, 1—14.  
<sup>3</sup>) Luc. XIV, 16, 17.    <sup>4</sup>) Luc. XI, 27.    <sup>5</sup>) Luc. II, 21.



fol. 3r.

\* Ex quibus personis natio nostra consistat.

Bene convenit membra in corpore ordinari, ne ipsorum peregrina dispositione corpus contemptibile habeatur et brevi in tempore deficiens dissolvatur. Ideoque statuimus et ordinamus, quod ex Teutonicorum 5 natione, id est omnes qui nativam Alemanicam habent linguam, licet alibi domicilium, cuiuscunque status vel condicionis existant, etiamsi forent spectabiles, clarissimi, vel illustres, in hac alma urbe studentes in iure canonico vel civili, censeantur et esse intelligantur collegium Theutonice nationis, quod, ut est consuetum, Theutonicorum natio appellatur. Sed quia Bohemi, Moravi, Lituani, Dani a priscis in nostram societatem et nationem recepti sunt, ideoque eos amplectimur et corpori nostro adiungimus, preterea omnibus quidem in 10 consortio nostro colligatis stat placetque aliarum nationum provinciarumque nobiles et egregios in primariis subselliis consistentes in nostram societatem admittere, et hoc quidem ex speciali omnium nostrorum privilegio et gratia concedendum existimavimus, dummodo nobiles predicti intelligant, nostre nationis nulla munera se consecuturos.

15

## De observandis statutis scolasticorum Germanice nationis studii Bononiensis.\*

Post multos variosque tractatus pro debitis mediis inveniendis, quatenus nostra statuta, non modo nos sed et successores nostros ad iugem sui cohortarentur diligentem observantiam, in illam tandem devenimus sententiam, ut hec nostra congregatio, omni dempta necessitate, solum honestum solumque decorum 20 inclite Germanice nationis fovere estimetur, utilitatis tamen et publice et private nequaquam expers credenda, presertim ex qua fraterna caritas, societatis amicitieque communicatio, infirmorum consolatio et egenorum subsidium, funerum deductio, et rancoris simultatumque extirpacio, tum doctorandorum nostrorum in locum et ex loco examinis comitiva atque constipacio, bona spiritualia resultarent. Ex cuius etiam fisco inscribendorum largitione, decedentium legatis, episcopandorum doctorandorumque munificentia, et transgredien- 25 tium statuta solutione ditato ampliusque ditando, singulis quibusque nostre congregationis membris cereorum et refectionum donatio, in lectulis autem decumbentibus\* subvencio et opitulatio ubertim affatimque subvenirent. His honestatis utilitatisque bonis permoti statuimus et ordinamus, ut omnes et singuli, cuiuscunque status, ordinis et conditionis existant, ad hanc nostram fraternitatem inscribendi ab exordio et ante intitulationem ipsam infrascriptum de statutis nostris a se diligentissime observandis, sanctis nihilominus 30 evangeliorum scripturis per eosdem tactis, iurisiurandi prestant iuramentum. Quorum tamen ut animarum consulere salutem et periculi reatum evitarem, singulis quibusque statutis, solo uno de in episcopos electis excepto, moderatissimas adiecimus penas, que a transgressoribus solute omnem violati iuramenti inhibeant culpam; cuius non incidende ut frequentior sit memoria nostre nationis, pro tempore procuratores existentes, ut, in dominica palmarum natione congregata ac alias quociens eis expediens visum fuerit, trans- 35 gressores in genere de solutione penarum comoneant et adhortentur, sub sui officii debito obligatos esse volumus et obstrictos.


## De iuramento prestando.

Quia, ut sacra consilii testatur auctoritas, omne, quod in pacis federe venit, tunc solidius consistit, 40 cum iuramenti hoc ipsum interpositio roborat, quin etiam omne, quod amicorum animos conciliat, tunc fidelius et firmiter durat, cum eos sacramenti vincula ligant, volumus inscribendos ad nostram societatem dulcemque fraternitatem tale prestare iuramentum:

\* Boniensis. cod.

45



















## Forma iuramenti inscribendorum:

Ego. N. iuro, quod honorem, bonum et utilitatem nationis nostre diligenter curabo, et ut novicii et adventantes Germanice nationis mihi noti illi incorporentur operam dabo; statutaque servabo et tenebo; hoc est penam in eisdem contentam solvam, vel in conscientia periurii penam incurram: sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

## De evitando periurio.

10 Si sepius repetitum magis cautum facit obligatum, nos ne, dum ansam solvere credimus, nodum magis ligare aut laqueum posuisse videamur, maximo animarum periculo obviare cupientes, salubriter statuimus et ordinamus, ut nullus nostre nationis scolasticus prefato iuramento se astringens periurium ipsum<sup>a</sup> ex<sup>fol. 4r.</sup> qua transgressione incidat, si modo penam statutis adiectam, que profecto tantilla est, persolvat. Quam si solvere temere neglexerit, saltem in sua conscientia reatum periurii absque qualibet declaratione se incur-  
15 risse noscat.

## De celebratione divinorum et festivitibus nationis et observantia ipsorum.

Quia ubi Christus non est fundamentum nullius boni operis est super edifitium, ideo officii intenti  
20 salutaribus piisque ducti consiliis, et que Dei sunt sollicite considerantes, ad divini nominis decus et gloriam totiusque curie celestis laudem, omnium fidelium defunctorum salutem presenti edicto inviolabiliter duximus statuendum, quod diebus et festivitibus infrascriptis universi et singuli de natione nostra scholastici, (demptis tantummodo rectoribus, quos de natione nostra esse contigerit, nam illos durante eorum officio ad hunc articulum, exceptis festivitibus resurrectionis, nativitatis et epiphanie Domini volumus non teneri,) proclamate<sup>a</sup>  
25 infrascriptarum solemnitatum<sup>b</sup> in scolis et auditoriis publicis per generalem bidellum indicto, debeant sub pena unius Bolognini fisco nationis adicienda in ecclesia sancti Fridiani extra portas sancti Mamme, que ecclesia Saccorum vulgo nuncupatur, vel alia ecclesia, de qua natio duxerit ordinandum, personaliter convenire, ut ibi missarum intersint celebrationi.

30

## Festivitates per nationem celebrande.

Nativitas Domini nostri Iesu Christi.

Epiphania Domini; quia vero eo die solita est fieri procuratorum electio et presentes dumtaxat eligi debent, prout infra in statuto desuper confecto plenius continetur, ne igitur minus idonei eligantur et fraudi  
35 via precludatur, volumus, ut quilibet<sup>c</sup> nationis nostre scolasticus, iusta et legitima cessante causa, qui electioni procuratorum non interfuerit, eandem quam procurationis officium recusantes penam persolvant.

Purificatio beatissime Marie semper virginis.

Dominica palmarum.

Cena Domini, quo die scolastici nationis nostre corpus Domini nostri Iesu Christi reverenter assumant.

40

Resurrectio Domini.

Penthecoste.

Assumptio gloriose virginis Marie, qua die propter frequentiam populi in ecclesiam sancti Fridiani concurrentis volumus ut<sup>a</sup> missa tantum legatur.

*fol. 4v.*

45

<sup>a</sup> cf. pag. 6, 42.<sup>b</sup> solemnitatem. *cod.*<sup>c</sup> quisibet. *cod.*



Omnium sanctorum festivitas.

Commemoratio omnium defunctorum, qua die ordinamus, ut vigilie mortuorum ante missam decantentur vel alta voce perlegantur.

Katherine festivitas, nationis nostre dive tutelaris.

Et in predictis festivitibus genialem corporum voluptatem, quam populares collationem vocant, dari prohibemus; sed quia prisca et antiqua fuit consuetudo, ut in die epiphanie Domini, in quo procuratorum electio fieri est solita, ientatio ex bellariis sive saccaratis cibariis in monumentum et memoriam procuratorum munus suum finientium et creandorum reverentiam, nostre quoque fraternitatis veram confirmationem exhiberetur, recte volumus, ut post concionationem per unum ex procuratoribus eo die ad commilitones dicteque nationis scholasticos habitam prefata ientatio paretur exhibeaturque. Ne autem tale symposium nationi prefate dispendiosum sit et detrimentosum, volumus et statuimus, ut tantummodo summa trium aureorum Renensium in re tali cibaria vel minor, prout conventus se habuerit, expendatur vel consumatur; si autem expensi ratio largior et maior fuerit, illud impensis procuratorum factum esse intelligatur et censeatur.

Volumus insuper et ordinamus, quod in festivitate purificationis Virginis gloriose procuratores candidelas de pecunia nationis coëmant, quarum una, si rubra fuerit cera, tres, sin autem alba, duas et dimidiam habeat uncias; que quidem candeles singule singulis prefatis scholasticis divinis officiis presentibus distribuuntur et has quidem usui suo applicent, candeles autem famulis dominorum scholasticorum nationis nostre distribuende fiant ex una libra cere sedecim; supervenientibus autem personis dentur candeles parve, quarum sex et viginti unam conficiant libram. Procuratoribus etiam iniungimus, ut quatuor vel sex candelas in altari pro candelabris constituendas coëmant et quelibet semilibris sit, item cereos seu funalia, qui in elevatione corporis Christi accendi solent, solerter reficere curent et contendant, et prefati cerei pondo librarum octo fiant et emanent ad laudem eius, qui vivit in secula seculorum. Amen.

fol. 5r.

De visitatione infirmorum et exequiis defunctorum.

25

Qui elementiam non habet nec indutus est viscera misericordie et lacrimarum, quamvis religiosus sit, Christi legem non adimplet. Cum itaque humanum sit humanis casibus ingemiscere, hac de causa fraterne charitatis amore commoti, volumus, quemcunque ex natione nostra valitudinarium seu adversa valitudine laborantem ut prefate nationis nostre procuratores nomine omnium sic detentum egritudine adeant, visitent et consolentur, qui sane procuratores, etsi morbum a prefato valitudinario minime propulsare valent, ut tamen illorum presentia hilari refocillatus valitudinem adversam longe melius tolleret et solabiliter pacia-  
tur. Item si talem morbo laborantem rerum inopia premi pecunieque esse indigum contigerit, volumus insuper, ut procuratores ex singulis de natione seu viritim necessariam pecuniam querant solerterque pro illius comeatu parent.

35

Sed si animam exalaverit ad Dominumque migraverit et in matricula nationis exaratus est, statuimus et ordinamus, ut funus ipsius caterva de natione predicta scholasticorum ad sacellum ubi sepulchri electionem dum adhuc in humanis erat elegit honorifice et pompabiliter efferatur, et presentis auctoritate statuti quemcunque scholasticum ad funus huiusmodi non venientem, causa legitima cessante, in duobus Bolognini nationi applicandis mulctamus; postea vero infra dies numero octo a die mortis computandos supputandosque pro anima seu manibus defuncti parentalia ritu funebri servato peragentur. Item omnes nationis nostre scholastici ex mandato procuratorum facto 'proclamate' sacris et piis officiis ob defuncti memoriam celebrandis intersint vel interesse debeant sub pena iam supra expressa et specificata.

45



## De discordiis sopiendis inter scolares nationis nostre.

Cum apprime utile sit et honestum, ne contumelia seu infamia dissencientium nationis nostre scolasticorum passim spargatur, nos quieti occurrere, iurgiorum amputare materiam, et scandalis obviare cupientes, 5 prohibemus, ut nullus alium de natione ipsa scolarem pro quavis iniuria reali vel personali primo loco in ius vocare aut coram quovis iudice accusare presumat, sed controversiam prius procuratoribus nationis exponat; contrafactiens quadraginta Bologninos nationi applicandos solvat.

Sed quia pax et concordia duo sunt publicarum rerum fundamenta dissensusque et contentio *fol. 5v.* plerumque dissolutionem gentis inducunt, nos discordiarum faces restringere volentes, volumus et ordinamus, 10 qui cum procuratoribus inter aliquos nationis nostre scolasticos controversiam seu discordiarum causas esse innotuerit, illos adire, simultatis odiique suspensiones tollere studeant, nihilque quod ad eterne benivolentiae amorisque conservationem pertinet obmittant. Quod si tales reconciliande gratie conditionem ambo diffugiunt nec flecti possunt, iniuriam sibi illatam ut remittant compelli minime debeant. Si autem partes dissencientes coram procuratoribus aut arbitratoribus experiri controversiamque quam habent eorum iudicio sub- 15 mittere malint, tunc quelibet pars unum ex natione scholarem eligat, et procuratores tertium superaddant, qui tamquam arbitratores seu amicabile compositores spacio unius mensis a die nominationis ipsorum computando summarie de plano sine strepitu et figura iudicii, omni iuris solemnitate omissa, componere et pronuntiare debeant ipsam controversiam et discordiam dirimendo. Et quod dicti arbitratores vel maior pars pronuntiaverit, partes efficaciter adimplere debeant cum effectu. Demum si alter eorum se censure 20 procuratorum aut arbitratorum subicere paratus sit, alter vero recusat, is pertinacie penam luat et X Bologninos nationis fisco applicandos solvat.

## Ut scolares creditoribus satisfaciant.

25 Qui negligit famam suam crudelis est; quam ob rem volumus, ut scolastici nationis nostre, qui es alienum contraxerunt, antequam e Bononia alio se transferant, creditoribus suis citra controversiam satisfaciant. Sin autem prefati scolares nomina sua discedentes solvere minime curaverint et illorum creditores ad prefatos procuratores querelam facerent seu reclamaverint, extunc, si debitum liquet, ad eum, si eius copia haberi potest, alioquin ad eius parentes vel propinquos monitorie littere nomine tocuis et sub sigillo 30 nationis scribentur. Demum si contumaciter resistunt, ad superiores, post ulteriorem creditorum instantiam, prefatorum es alienum non dissolventium, cuiuscunque status sint aut quacunque prefulgeant dignitate, adhortatorie littere scribantur, ut actutum ad satisfactionem compellantur, ne ex noxia seu culpanda negligentia unius vel paucorum dispendium paciatur et incomodum frequens copia et multitudo bonorum.

35

## De promovendis ad dignitatem episcopalem.

Cordi nobis est, et ad id nostrarum mentium sedulo destinavimus affectum, ut que salubriter *fol. 6r.* ordinamus in iugi maneant observantia, attendentes, quod pro divinatorum celebratione, funeralibus exequiis, cereis aliisque ornamentis ad divinum cultum spectantibus sumptus et impense fiunt non mediocres: propterea etiam prisci et superiores nostri pro huiusmodi sumptibus erogandis quemlibet nationis nostre scholarem 40 ad studium Bononiense venientem pro qualibet marca reddituum priorum in certa summa, dum inmatriculari vellet, danda, gravarunt; prout in instrumento de anno Domini millesimo ducesimo confecto plenius continetur et antiqua testantur statuta. Nos tamen gravamen et contributionem huiusmodi priorumque reddituum obventionumque taxationem relaxavimus, et pro inmatriculatione quid dare velit in 45 cuiusque liberali arbitrio posuimus, ob hoc autem emolumenta decrescunt in diesque decrescere possunt.



Dignum prorsus et congruum arbitantes, si emolumenta quoque aliunde ad onera et sumptus divinorum ut premittitur celebrandorum subeunda suggerantur; deliberatione provida duximus statuendum, si quem nationis nostre scolasticum ad episcopalem apicem superna dispositione contigerit vocari, quam primum congratulatorias acceperit litteras, quas natio sub proprio sigillo mittere, cum alicuius assumptio vel electio innotuerit, curet, extunc talis sic promotus vel electus munusculum quoddam sub prestiti iurisiurandi 5 religione, cum oportune poterit, pro sua felici inthronizatione et auspicio et divino cultu ornando transmittere debeat et teneatur. Tale donum deinde et nomen donatoris per procuratores in matriculam in locum ad hoc specialiter designatum describatur.

## De doctorandis.

10

Habita consideratione premissorum statuimus et ordinamus, si aliquis nationis nostre scolasticus in utroque vel altero iurium licentiam aut doctoratus insignia susceperit, sedecim Bologninos pro divino cultu ornando erogare debet; volumus tamen, ut singuli nationis nostre scolastici eum doctorandum, modo velit seu procuratores super hoc requisiverit, ad locum, in quo insignia dari solent, comitentur, nec non ex illo 15 prefato loco domum suam propriam magna comitante caterva perducere debent, sub pena unius Bolognini, et nomen promoti, dies, annus et mensis in matriculam nationis in sempiternam rei memoriam per procuratores describantur.

fol. 6v.

\* Scolastici convocationibus per procuratores factis comparere debent.

20

Quia quod omnes tangit ab omnibus approbari debet, volumus et ordinamus, ut, quociens scholaris nationis nostre in quacunque convocatione seu conventu factis per procuratores ex quibuscunque causis non comparuerit personaliter, tociens causa cessante duos Bologninos fisco nationis adiciendos solvere debet, rectores tamen universitatis, quos in futurum de natione nostra eligi contigerit, pena huius statuti durante eorum 25 officio volumus non teneri, nisi forte procuratores ipsos rectores vel aliquem ipsorum propter aliquam causam arduam specialiter convocandos duxerint vel convocandum.

De vocatione nobilium ad universitatem congregatam per procuratores facienda, cum opus 30 et expediens eis videbitur.

Imperatores legibus suis decreverunt, quod concessa in favorem alicuius in eius lesionem non debeant redundare. Sed cum universitas scholarium iuristarum studii Bononiensis mater nostra nationem nostram membrum eius precipuum speciali privilegio decoravit, videlicet ut nobiles nationis nostre ob prerogativam natalium a iuramento, quod a scholaribus aliis, cuiuscunque nationis vel conditionis existant, 35 rectori est prestandum, penitus sint immunes: sane ne tale privilegium a natione nostra quondam non sine magno labore impetratum et obtentum in nostram redundet lesionem, quod contingere posset, universitate congregata dictis nobilibus absentibus aliqua enim nostre nationi et honori ipsius preiudicialia tractari et ordinari possint, que ipsis presentibus non fuissent verisimiliter ordinata, sollicita meditatione et matura deliberatione premissa statuimus, ut nobiles prefati sub pena viginti Bologninorum debeant convocationi, 40 congregationi seu conventui universitatis interesse, dum tamen ipsi a procuratoribus seu eorum altero specialiter fuerint moniti et vocati, et procuratores, quociens eorum presentia utilis et expediens visa fuerit, illos nobiles vocare ad universitatem debent et tenentur.

45



De revocatione statutorum antiquorum et ut statuta bis in anno per procuratores legantur.

Officiose excusationi, quam ignorantie cecitate quidam pretendere satagunt, materiam precidentem, revocamus atque cassamus omnia statuta, provisiones et ordinamenta hactenus per nationem nostram edita, et solum ea, que in hoc volumine continentur, volumus nostre nationis fore statuta et inviolabiliter observari, prout et sicut in eis continentur, precipientes et mandantes, ut singulis annis bis, in die videlicet epiphanie Domini procuratores summarie omnia statuta presenti volumine inserta, et in die penthecoste integraliter publice per se vel per alios coram tota natione congregata perlegere debeant et teneantur.

De editione et correctione et mutatione statutorum, gratis et dispensationibus contra illa.

Ne ea, que ad perpetuam et publicam utilitatem ordinata sunt, mutatione reprehensibili varientur, nec ob privatum commodum, que comune respiciunt, violentur, cum et in rebus novis constituendis evidens debeat utilitas apparere, statuimus, quod nostrae nationis statuta facta vel facienda vel ipsorum aliquod in totum vel in parte non possit tolli, corrigi vel mutari, vel peti dispensatio, gratia vel privilegium contra illa, nisi primo super hoc petitione seu supplicatione per tres de natione scolares procuratoribus porrecta et per ipsos procuratores concorditer approbata, post triduum et non ante, convocata ad hoc natione per ipsos procuratores; et ea congregata, supplicatione ibi lecta, et saltem per duos de natione arenga et consilio precedentibus, quo facto partito cum fabis albis et nigris, si per totam nationem vel duas partes ipsius obtentum fuerit, fiat dicta mutatio, remotio vel correctio, seu dispensatio, gratia vel privilegium concedatur. In novis autem statutis edendis vel faciendis additionibus ad antiqua satis sit, etiam non servata solemnitate predicta, maiorem partem nationis simul congregatae invicem concordare.

#### De arca nationis.

Postremo duximus statuendum, quod natio nostra capsam seu arcam habeat in ecclesia sancti Fridiani vel ubi natio divina celebrari facit, que duabus diversis clavibus claudatur, quarum unam teneat unus ex procuratoribus, et alter aliam. Et in dicta capsam sigillum et omnia bona nationis ad divinum cultum spectantia debent conservari. Statutorum liber et matricula penes procuratores, dum tamen diligentem curam habeant ne amittatur, remaneat. Possunt etiam procuratores communiter vel divisim quamlibet pecuniarum summam ad nationem spectantem, dummodo quinquaginta aureos non excedat, retinere et in fine sui officii rationem de illa facere. Quod si ad eam summam, quinquaginta videlicet aureorum, accesserit, ex tunc nationem convocare debent, ut ea summa in fixos, veros et perpetuos redditus nationis vel in alium usum, prout toti nationi videbitur, expendatur. Oneramus insuper procuratores, ut tempore pestis aut guerrarum capsam predictam, inclusis etiam libris, videlicet statutorum et matricula, cum ceteris rebus omnibus, super quibus inventarium facere teneantur, ad locum tutum, videlicet monasterium sancti Dominici, vel alium portari faciant, resque nationis, ut prefertur, capsam clausam et sigillatam caute et solerter deponant.

De electione et officio et potestate procuratorum et iuramento per eos prestando.

Ad corporis integritatem et conservationem solidam opus est capite, cuius providentia et circumspectione matura totum corpus salubriter gubernetur. Eapropter statuimus et ordinamus, quod singulis annis in die epiphanie Domini assumantur de natione nostra Teutonicorum duo scolastici idonei, maiores

<sup>a</sup> Ephiphanie. *cod.*  
Acta nationis Germanicae.



viginti annis, presidentes seu prepositi, qui procuratores nationis prefatae appellentur, ut prisca consuetudo servavit, quorum officium duret per annum continuum, donec, scilicet sequenti anno, ad prelibatum officium aliorum assumptio facta fuerit cum effectu.

Qui procuratores habeant nostram nationem per se vel nationis bidellum convocare pro quibuscunque causis dictam nationem tangentibus, prout eorum arbitrio videbitur oportunum, et statuta ipsius nationis servare et facere, prout ad quemcunque pertinet observari. Quique paramenta, libros, pecunias et bona quelibet nationis, de quibus inventarium alterius manu vel per notarium publicum scriptum facere teneantur, fideliter debeant conservare, et teneantur honores, iura et utilia ipsius nationis ubicunque, quando-  
cunque et coram quocunque eis visum fuerit, proponere, petere, exigere et procurare, damnosa et nociva evitare et illa pro posse impedire. Et finito suo officio tempore consueto, resignent paramenta, libros, pecunias et alia bona procuratoribus suffectis et sindicis ad hoc deputatis. Et de omnibus habitis, perceptis, conservatis et quocunque distracto et expenso eisdem plenam et sufficientem debeant reddere rationem. De  
fol. 8r. qua resignatione et redditione rationis per alterum ex procuratoribus conficiatur scriptura manu eiusdem scripta, prout infra plenius explicatur.

Districte inhibentes, ne quis per se vel alium, publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis modo vel colore se procuret<sup>a</sup> eligi vel non eligi, surrogari vel non surrogari in procuratorem nationis predictae. Contrafacientes in sedecim Bologninis mulctamus.

Assumantur autem dicti procuratores hac forma: Procuratores, qui pro tempore sunt, proponant<sup>b</sup> et nominent, ita videlicet, quod quisque unum ex natione nostra presentet<sup>c</sup>, qui electioni personaliter intersit, quem crediderit dicte nationi expedire, qui per nationem vel maiorem partem, posito super hoc partito per 20 fabas albas et nigras, approbetur. Sic approbati et recepti in presentia nationis statim debent electioni consentire et coram ipsa natione sub forma infrascripta iurare. Et mox novi electi singuli duos syndicos, quos idoneos reputaverint, nominent et deputent, qui rationi et bonorum resignationi a predecessoribus suis recipiendis pariter intersint. Si autem electus recusaverit vel neglexerit onus procurationis huiusmodi in se recipere vel iurare ut predicatur, iusto cessante impedimento ab electo statim coram tota natione exponendo, 25 quod per nationem ipsam vel maiorem partem legitimum contigerit approbari, alius mox nominetur et proponatur, a natione sit eo ipso exclusus, et penam duorum ducatorum aureorum irremissibiliter nationi applicandorum hoc ipso se noverit incursum; nec aliter iniuste recusans ad nationem restituatur, nisi pena soluta concordi totius nationis aut maioris partis consensu approbatus tum denuo receptus fuerit.

#### De surrogatione procuratorum.

Si tamen rationabili causa superveniente procuratorum aliquis sui officii anno pendente voluerit recedere de studio non reversurus suo durante officio, causam college et sindicis aut quatuor scolasticis senioribus dicte nationis nostre exponat; que si rationabilis videbitur, coram eisdem sufficienti reddita ratione, ab officio absolvatur, et ipse in locum pro residuo tempore idoneum substituat, vel ab illis sindicis et 35 senioribus substituat et surrogetur. In qua surrogatione ea, quae de consensu, iuramento vel excusatione in primaria electione dicta sunt, locum habere volumus et servari. Si tamen copia<sup>d</sup> redeundi daretur, spatio saltem trium mensium, debeat ille recedens locum suum primum sine controversia vindicare et onus procurationis huiusmodi in se reassumere, ne fraus aliqua hinc nostro statuto fiat seu impostura.

Ut procuratores rationem, nomina<sup>d</sup> et cognomina sua et tempus assumptionis ipsorum in matriculam nationis scribant.

Rursus ex dictis procuratoribus alter ad minus rationem modo prescripto factam, nomen suum et cognomen, annum quoque a nativitate Christi supra millesimum, mensem et diem assumptionis ad procu-

<sup>a</sup> procuret. cod.

<sup>b</sup> proponent. cod.

<sup>c</sup> presentem. cod.

<sup>d</sup> cum nomina etc. cod.



ratoris officium, nec non pontificis maximi ex tunc sedentis et Romanorum regis vel imperatoris regnantis, et nomina et qualitates supervenientium de novo dictam nostram nationem intrantium, et quantum quisque novicius in ingressu nationis eisdem procuratoribus persolverit, diligenter in librum nationis, quem matriculam appellant, scribat seu scribi bonis characteribus et litteris procuret.

5

Forma iuramenti procuratorum.

Ego N. assumptus ad procurationis officium nationis dominorum Teutonicorum scolarium studentium Bononiae in iure canonico vel civili iuro, quod legaliter, fideliter et sollicite huiusmodi officium exercebo, 10 statuta dicte nationis, prout ad me pertinet, et maxime illud, quod providet de celebratione divinorum certis festivitibus, quod incipit: Quia ubi Christus<sup>a</sup> servabo et adimplebo, honores, iura et utilitates dicte nationis et scolarium eiusdem procurabo, damna, nociva et scandala ipsius nationis pro posse impediam et vitabo, in fine mei officii, ut est consuetum, de habitis, receptis et expensis reddam rationem plenam et sufficientem, et libros, paramenta, pecuniam et alia bona dicte nationis, que tunc erunt vel esse debebunt, sub mei 15 custodia ipsi nationi vel cui seu quibus comiserit assignabo; sic me Deus adiuvet et haec sancta ipsius evangelia.

Ut statutum quod incipit .Assumantur<sup>c</sup> cum sequentibus ante electionem<sup>a</sup> procuratorum perlegatur, et procurator semel functus officio in futurum sit immunis.

20

Et statuta omnia tangentia potestatem et officium procuratorum in presentia nationis die faciende electionis procuratorum perlegantur, antequam eligendi proponantur<sup>b</sup> et nominentur. Recte tamen volumus et statuimus, ut nullus nostre nationis scholaris, qui ad officium aliquod annuale dicte nationis nostre electus *fol. 9r.* fuerit idemque acceptaverit, ad illud imposterum eligi seu ad acceptandum compelli poterit ullo modo.<sup>d</sup>

25

Statutum de pretio pro doctoratu dando.

Eodem affectu, quo priores publice nationis nostrae utilitati consulere volentes, statuimus, ne quis scholasticorum in album adscriptorum in hoc gymnasio Bononiensi titulis doctoratus insigniri petens in utroque iure amplius triginta, in altero viginti ducatis aureis, licentiam vero accepturus, in altero quindecim, in utroque viginti, his, quorum insigniendi munus est, elargiatur. Quippe cum illud maxime re nostra interesse, ne quis inutiles sumptus faciat, intelligeremus, neque is magis honoratus, qui plus expendisset, aut minus, 35 qui parum, videretur, deinde eius rei lucrum ad paucorum commodum spectat, committendum non putabamus, ut quod compendio assequi liceret, in eo dispendium fieri sineremus. Accedebat eo, quod fere eius rei gratia aliarum nationum scholasticos eiusmodi titulos ambientes alio migrare videbamus, ne hic quinquaginta ducatos aureos (hec erat in utroque iure insigniendis imperata summa) aut triginta (quae erat in altero) profunderent, cum aliubi minori sumptu ad idem honoris fastigium accedere possent. Si quis tamen 40 fuerit, cui necesse sit hic accipere titulos, neque id minoris possit, is ad nationem ac procuratores, ubi

<sup>a</sup> electioni. *cod.*

<sup>b</sup> proponentur. *cod.*

<sup>c</sup> vide pag. 5, 19.      <sup>d</sup> vide pag. 10, 18.      <sup>e</sup> Huc usque scriptus codex anno 1497. Insequens rubrica ab alio scriptore anno 1516. scripta est; quae autem subsequuntur inde a titulo .Statutum de procuratorum convivio abrogando<sup>e</sup> tertia manu 45 exaratae, ad primam saeculi XVI. medietatem pertinent.



audita causa cognoscatur, referat. Qui contra fecerit, ei decem ducatorum auri multam nationis fisco pendendam irrogamus.

Sancitum anno post natum Christum M. D. decimo sexto, mensis Iulii octava die.

Statutum de procuratorum convivio abrogando.

5

Cum nihil aeque nos deceat atque hanc nostrae nationis literatam sodalitatem, quae a maioribus nostris optimo consilio caepta ac inita, et plurimorum annorum serie subinde aucta, ad haec usque tempora iugiter producta est, summa vi conservare, fovere atque ab interitu et iniuriis asserere, quod quidem tum demum efficiemus, cum, quae et ornamento ac laudi huic nostro sodalicio et ex eius re esse possunt, nobis curae erunt hisque repugnantia omnibus quod aiunt nervis ab eo propulsaverimus. Cum igitur paucis sane annis mos hic irrepserit, ut qui in huius collegii primores et hetaeriarchas (quos vulgo procuratores appellant) lecti essent, lautissimum suis sumptibus eiusdem nationis hominibus convivium darent hincque cum privatae fol. 9<sup>v</sup>. tum publicae nationis utilitati plurimum dispendiorum fluxisse compertum sit; siquidem eorum sumptuum, quos in huiusmodi convivium fieri solitum erat, magnitudo plerosque ad haec munia obeunda maxime idoneos 15 deterrebat, ut omni conatu a se hanc provinciam amolirentur, atque ideo huius magistratus electioni contra legem superius scriptam non interessent, ne ex eo plus illis incommodorum quam aut honoris aut utilitatis accederet, tum nonnullos eo potissimum nomine huic sodalitati nomina dare denegasse expertum est. Ad haec, quod non contemnendum amicitiae detrimentum est, non semel hinc odiis dissidiisque ansam datam, notissimum est; propterea his aliisque quamplurimis incommodis, quae et nostrae nationis magno celebrique 20 nomini derogant et eiusdem utilitati plurimum obsunt, remedium invenientes, hac lege sancimus, ne quisquam dehinc heteriarcha, aut, ut vulgato vocabulo utamur, procurator creatus huiusmodi epulum, quod vulgo ab eorum magistratu procuratorium nuncupatum est, faciat. Ei vero, qui huic legi non paruerit, duorum ducatorum penam irrogamus.

25

Decretum de noviciis in numerum referendis.

Maiores nostri primi, qui sodalitatem hanc constituerunt, institutis quoque illam et decretis constrinxerunt. Qua re et sapientiae et in posteritatem suam benevolentiae significationem praeclaram reliquerunt. Cum enim utile imprimis genti nostrae et honorificum perspexissent, collegium institui praeter aliarum morem 30 nationum, ut et certum illud, stabile, firmum quam longissime permaneret, legibus scriptis fundandum sibi et communiendum existimaverunt. Nec fefellit viros optimos ac Germani nominis amantissimos spes et opinio sua. Duravit enim sine ullo prorsus impedimento, sine ulla perturbatione societas instituta, at non sine incremento, non sine laude et gloria nostra, usque dum nuper adeo quidam — nimiane sapientia an religione? — exorirentur, qui cursum illum perpetuum interrumperent et quadam superstitione ducti advenientium 35 animos iuvenum a decretorum nostrorum observatione et ab illa veteri congregatione alienarent. Constat enim, constat inter omnes, unus aliquis ex istis societatem hanc defugiens quam multis causam dederit recusandi. Qua quidem ex re quis non prospicit, paulo post non perturbationem collegii nostri (iam enim ea facta est), sed omnino dissolutionem, dissipationem, eversionem atque interitum consecuturum? Ut igitur novo morbo novo remedio subveniamus labentique et inclinatae rei nostrae publicae praesidium feramus, 40 fol. 10<sup>v</sup>. statuimus atque decernimus, ut, quicumque ad ius discendum Bononiam iam ante venit aut postea venerit, praetermiserit spacio bimestri nomen in numerum nostrum dare, a collegio nostro, a privilegiorum omnium communione exclusus, nullo deinceps tempore recipiatur. Decet enim nos maiorum nostrorum iudicia atque auctoritatem tueri, ut sapienter inventorum utiliterque institutorum ipsi quidem fama et gratia, nos vero fructu honestissimo non defraudemur.

45



## De sessione procuratorum.

[Q]uoniam rationi et aequitati consentaneum esse duximus, ut quorum fidei et industriae rerum collegii nostri omnium cura atque administratio commissa esset, eisdem primus quoque ceteris in rebus locus  
 5 a nobis ac honor tribueretur, praesertim cum iidem multis principalibus favoribus atque privilegiis hactenus aucti et ornati sint, ut sane quam iniqui videri possemus, si quem imperialis indulgentia procuratoribus nostris honorem ab alma academia Bononiensi ceterisque hominibus exhiberi mandasset, eundem nos illis denegaremus, quocirca statuimus atque ordinamus, ut nationis nostrae procuratores sive electi sive substituti principem in collegii nostri sodalium conventu sessionem ac locum inter eos obtineant. Quem honorem  
 10 nemo nostrorum hominum, quocunque statu, dignitate, seu conditione praeditus, eis in posterum praeripere audeat, nec quisquam, quod sibi quorundam procuratorum benevolentia ac humanitate antehac datum est, id pro iure deinceps usurpare praesumat. Quod si vero contingeret, ut nationis nostrae Germanicae honestandae causa ii conventui nostro interessent, qui nulla iusiurandi religione aut societatis vinculo collegio nostro coniuncti essent, dummodo iidem vel doctores sint vel principum consilarii vel in alio quopiam dignitatis  
 15 gradu constituti, eos tanquam hospites accipiendos ac omnium honorificentissimo loco etiam ante procuratores collocandos esse decernimus. Sed et eos collegii nostri sodales hospitem numero ac iure habendos censemus, qui cum ab academia Bononiensi aliquando discesserint, postea principum consilarii effecti, in aliqua forte legatione sua Bononiam diverterent et ad nostram congregationem accederent. Postremo hoc decretum ita accipi volumus, ne quid vel procuratorum nostrorum favoribus atque immunitatibus erga alios praeiudicare vel  
 20 ceterorum, qui procuratores nostros imperiali nationis nostrae privilegio antecedunt, iuribus detrahere videamur.

## \* Qui in procuratores eligi possint.

fol. 10v.

[O]fficio nostro atque religioni convenit, sapienter utiliterque maiorum nostrorum instituta non modo  
 25 sancte accurateque observare, sed iuvare quoque ac aemulari fideliter. Unde, cum ex variis collegii nostri decretis deprehendamus, antecessoribus nostris in primis curae atque studiosum fuisse, ut procuratorum electio quam maxime ex honore atque dignitate cum nationis, tum ipsius officii perageretur, eo quod inde non solum rerum nostrarum profectus dependeat, sed totius etiam reliqui corporis ac singulorum autoritatis cen-  
 30 sura existimatioque sumatur, nos sollicitudinem eorum atque desiderium (uti decet) adiuvere cupientes, pari affectu atque erga rempublicam nostram amore ducti, addendum statuimus, quod in eiusmodi magistratuum nostrorum creatione, uti indolis atque virtutis praecipua habenda est ratio, sic enixe caveatur, ut ii demum muneri huic praeficiantur, qui iuxta almae universitatis statutorum dispositionem publico consiliariatus officio in eadem perfungi possint, ne alias eorum publica repulsa collegio nostro gravis, nobis omnibus verecunda, magna cum autoritatis opinionisque iactura accidat. In caeteris vero nationis nostrae privatis conventibus  
 35 officiisque debito eorum honori, prout cuiusque dignitas eruditionisque gradus exigit, constitutione hac nil quicquam detractum volumus.

## De custodia rerum nationis ac traditione.

[E]odem affectu atque sollicitudine profectum collegii nostri existimantes, tum superioribus cladibus atque iactura admoniti, statuimus, ut in posterum res nationis nostrae, instrumenta, libri idque genus omnia alia in publicam custodiam apud S. Dominicum in libraria, loco atque receptaculo ad hoc deputato, reponantur, reservatis penes procuratores statutorum, matriculae nec non rationum exemplaribus, quae ab ipsis



*fol. 11<sup>v</sup>* fideli cura atque industria custodita, nemini cuiquam exhibeantur comunicenturve. Sed finito eorum officio, successoribus suis noviter electis in presentia dominorum seniorum atque sindicorum nec non notarii iuxta inventarii desuper confecti tenorem atque ordinem omnia supradicta contradere debent. Quibus sic rite peractis, novicii procuratores cistae atque repositorii claves, secundum antiquam statutorum ordinationem sigillatim diversas, ad se recipiant serventque. Nec extra praefatum actum cuiquam dictam cistam atque repositorium reserandi facultas sit, nisi urgenti de causa nationis nostrae commodum exegerit, ubi simili modo a nostris procuratoribus in praesentia seniorum atque pro tunc sindicorum id peragi debet, transgredientibus periculi poena imminente; hoc enim modo, praeterquam quod nationis nostrae collegio securitatis nomine consulitur, procuratores quoque nostri magna sollicitudine atque periculo sublevantur.

10

Quorum arma in libro insigniorum nationis depingi debeant et qua conditione.

Naturalis ratio ac aequitas exposcit, ut, qui oneribus incommodisque alicuius reipublicae subiacent, emolumentis quoque atque beneficiis eiusdem prae aliis gaudere debeant. Quam ob rem cum nuper insignium<sup>a</sup> liber publico nationis nostrae consilio institutus sit, in quo stemmata clarorum virorum de natione bene meritorum pro cuiusque munificentiae grata memoria depingerentur, ea in re modum ordinantes statuimus, ut, si quis de nationis nostrae sodalibus natales suos in hoc volumine celebrari cupiat, unius coronati elargitione id ei permittatur, ab extraneis autem minus duplo non recipiatur, idque de peregrinis aut alias ratione professionis suae in collegio non agentibus intelligimus. Qui enim nostrae sunt facultatis ac voluntarie a consortio nostro abstinent, cum aditus iis pateret, eos communione nostra hac quoque in parte indignos iudicamus, nec aliquo precio recipi permittimus. Atque haec non eo accipi volumus, quasi modum aut legem liberali quorundam et praecipue virorum illustrium munificentiae dederimus, sed potius ut dubiis ambiguitatibusque, quae super his inciderant, nos atque posteros nostros liberarem.

De insigniis procuratorum.

25

*fol. 11<sup>v</sup>* [U]su quodam satis longo inoleverat, ut procuratorum insignia iuxta administrationis suae rationem in albo nostro depingerentur. Quod cum parum decens ac venustum visum sit, ea ab re, ut in posterum absterneatur, ediximus. Ne autem in officio successores de nobis conqueri possint, quasi ex antiquo iure eis quid diminutum esset aut minorem magistratibus nostris honorem gratiamque, quam maiores illis suis exhibere videremur, permittimus, ut in publico nationis nostrae insigniorum libro arma procuratorum nostrorum electorum (nisi substitutus maiori tempore officio functus esset) posthac depingantur. Decet enim ac aequum est, ut, quorum fidem industriamque in collegii nostri negotiis experti sumus, eorum quoque gratam memoriam apud nos reservemus.

35

[R]ectissime a maioribus nostris dictum est, ut etiam ex omnium antiquorum scriptorum monumentis nemini non constat, nullam in omni quacunque demum republica pestem esse maiorem, nihilque humanae vitae et societati detestabilius, quam animorum discordiam, dissensiones et similitates; e contra vero ad eiusdem protectionem, tutelam et emolumentum nihil esse utilius, nihil commodius magisque aptum, quam eam ipsam (ex qua constituitur) concordiam atque consensum. Cum igitur haecenus longo temporis cursu inter procuratores nationis nostrae eiusdemque singulos fere scholares de loco, sessione et praecedentia

<sup>a</sup> Sic hoc loco cod.

<sup>b</sup>) Primae litterae spatium patet, cui in margine minio littera L adscripta est. Incipit novus articulus, cuius titulus deest. 45



dictorum procuratorum multae, magnae ac gravissimae contentiones, altercationes, odia et simultates passim hinc inde subortae sint, ac eo usque processerint, quod maximam communi nationi nostrae minarentur iacturam et ruinam, ne igitur peioribus vel gravioribus periculis ullus concedatur locus, opus certe quam maxime fuit, ut et tempori et rebus nationis nostrae aequanimiter succuratur consulaturque. Quapropter  
5 communi voto ac suffragiis omnium iam saepius dictae nationis nostrae scolarium et membrorum unanimi consensu conclusum est, quod in posterum in praecedentia vel sessione procuratorum nationis nostrae talis et eiusmodi ordo observetur: quod si scilicet posthac duo procuratores a natione nostra de novo fuerint electi, tunc volumus, ordinamus, statuimus atque disponimus, quod in publicis conventibus, actibus et instrumentis primus locus primaque sessio illi decernatur et attribuat, qui pro maiori annorum numero vel  
10 temporis spatio membrum et scolarem nationis nostrae egerit, hoc tamen semper observato, ut uterque plane eiusdem habeatur auctoritatis et existimationis, ita ut nihil penitus inter eos vel officii vel potestatis constituatur discriminis vel aliqua ponatur differentia. Si tamen contingeret, quod maioris status, dignitatis vel ordinis quidam cum tali, qui pro maiori tempore in natione nostra fuisset, eligeretur, tunc tempore priorem hortamur, ut alteri modestiae et civilitatis gratia cedere velit.







II.

P R I V I L E G I A .







## 1.

*Privilegium a Carolo Quinto imperatore nationi Germanicae Bononiae studio incumbenti datum.**Ex originali (A) in actorum nationis Germanicae, quae in bibliotheca comitis Malvezzi-Medici Bononiae servantur, fasciculo 10.**Copia anni 1580 (B) in primo volumine matriculae fol. 98<sup>v</sup>. (Actorum fasciculo 18).**Typis expr. extat in libro: Privilegia a sacrat. imperat. et ss. Romanorum pontificibus nationi Germanicae in Bonon. Gymn. indulta. Bononiae 1599. pag. 4; editio anni 1673. pag. 5, anni 1727. pag. 5.**Bononiae, 25. Februarii 1530.*

Carolus<sup>1</sup> Quintus, divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, ac Germaniae, Castellae, Legionis, Arragoniae, utriusque Siciliae, Hierusalem, Hungariae, Dalmatiae, Croaciae, Navarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, Gallitiae, Maioricarum, Hispalis, Sardiniae, Cordubae, Corsicae, Murtiae, Giennis, Algarbii, Algezirae, Gibraltaris, insularum Canariae et Indiarum, ac terrae firmae maris Oceani etc. rex, archidux Austriae, dux Burgundiae, Lotharingiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Lymburgiae, Lucemburgiae, Geldriae, Calabriae, Athenarum, Neopatriae, Wirtembergae etc., comes Flandriae, Habsburgi, Tyrólis, Barchinonae<sup>a</sup>, Arthois et Burgundiae, comes Palatinus Hannoniae, Hollandiae, Seelandiae<sup>b</sup>, Ferreti, Kiburgi, Namurci, Rossilionis, Ceritaniae et Zutphaniae, Iantgravius Alsatae, marchio Burgoviae, Oristani, Gotzani, et sacri Romani imperii, princeps Sueviae, Cathalaniae, Asturiae, dominus Phrisiae, marchiae Sclavonicae, Portus Naonis, Biscayae, Molinae, Salinarum, Tripolis et Mechliniae etc. notum facimus tenore praesentium universis, tametsi omnes et singulos sacri Romani imperii subditos et fideles gratia et benevolentia prosequi consueverimus, illos tamen precipue singulari munificentia et liberalitate favoribusque specialibus afficere debemus, quorum studium ac disciplina et imperii ornamento et communi reipublicae commodo destinatur, ut nostro munere gaudentes otio et quiete speratos de ipsis fructus commodius praestare possint. Hinc est, quod, cum maiestati nostrae procuratores et scholastici legumque professores nationis Germanicae humili debitaque instantia supplicarint, quatenus ipsorum collegium et statuta scholarium iuris Germanicae nationis Bononiae confirmare et sequentes articulos innovare, roborare ac de novo concedere, videlicet quod ii, qui praesunt, potestatem et auctoritatem ius dicendi inter eos qui in illo collegio continentur habeant, et quod externus, aliique, si quem e collegio convenire vellet, ei necesse esset coram magistratibus collegii experiri, etiam quod rector aut syndicus cessante collegii Germanici magistratu<sup>c</sup> eam iurisdictionem ad se transferre non posset; deinde, ut illi de collegio nulli ex universitate, sive rectori vel sindico, praeterquam suis magistratibus, sacramento obstringerentur, et quod magistratus, quos procuratores

30

<sup>a</sup> Barchmonae. A.<sup>b</sup> Seelandiae. A.<sup>c</sup> magistratu deest A; additum ex B.<sup>1</sup> Hoc verbum et litterae Q. R. G. A. et H. asteriscis notatae aereo incausto scripta sunt.



vocant, proximum post rectores universitatis et episcopos, principes, prothonotariosque apostolicos, locum tum in publicis tum in privatis actibus<sup>a</sup> teneant, quemadmodum haec omnia olim in usu habuerunt, et vetustate temporisque diurnitate fuerunt corroborata; nec non ipsum collegium in nostri et imperii sacri protectionem et salviguardiam recipere, praeterea procuratores illius palatinatus privilegio ornare, ipsisque arma ferendi, sicuti universitatis rector habet, ius et facultatem concedere et elargiri gratiosius dignemur. 5 Nos igitur huiusmodi supplicationi benignius annuentes, attendentes etiam, quod talia statuta iustissimis ex causis sunt nata, et ut ampliori nostra munificentia laudabilium studiorum profectus opportune iuветur, motu proprio, ex certa scientia, deliberate et consulto, auctoritate nostra Romano-Caesarea, praefatum collegium scholarium iuris Germanicae nationis Bononiae approbantes, omnia et singula eorum supra narrata statuta et privilegia, quae longe retroactis annis laudabili consuetudine observata fuere, et tandem per 10 successum vetustatemque temporum, tum insuper bellorum, tum civilium discordiarum causa deperdita consumptaque extiterant, ratificamus, innovamus, confirmamus et de novo concedimus. Et insuper de singulari nostrae benignitatis gratia praefatum collegium Germanicae nationis ac procuratores et scholasticos una cum eorum bonis ac rebus Bononiae existentibus in specialem nostram et imperii sacri protectionem, tuicionem et salviguardiam recepimus et assumpsimus tenoreque praesentium assumimus et recipimus gra- 15 tiosius, atque praefatos collegii Germanici procuratores pro tempore existentes, scilicet quo in officio sunt, ut ad munus suum procuracionemque libentius obeundam insigniori ornamento alliciantur, motu proprio, ex certa scientia, sano consilio et imperiali plenitudine potestatis, sacri Lateranensis palatii aulaeque nostrae et imperialis consistorii comites fecimus, creavimus, excepimus, nobilitavimus, extulimus, et tenore praesentium facimus, creamus, erigimus, nobilitamus et gratiose insignimus, decernentes et hoc imperiali statuente edicto, 20 ut ipsi inantea, quo tempore in predicto officio fuerint, omnibus privilegiis, iuribus, immunitatibus, honoribus, consuetudinibus et libertatibus frui debeant et gaudere, quibus Lateranensis palatii comites hactenus freti sunt, seu quomodocumque<sup>b</sup> potiuntur consuetudine vel de iure, quodque possint et valeant facere et creare notarios seu tabelliones et iudices ordinarios ac universis personis, quae dignae, abiles et idoneae sunt, notariatus seu tabellionatus et iudicatus ordinarii officium concedere et dare, et eos ac eorum quemlibet 25 auctoritate imperiali de predictis per pennam et calamarium (prout moris est) investire, dum tamen ad practicam<sup>c</sup> et executionem abiles et idoneos invenerint, super quo eorum conscientias oneramus, dummodo tamen ab ipsis notariis publicis seu tabellionibus et iudicibus ordinariis ab ipsis faciendis et creandis, ut praemittitur, et eorum quolibet, vice et nomine nostro ac sacri imperii, et pro ipso debitum fidelitatis recipiant corporale et proprium iuramentum in hunc, qui sequitur, modum; videlicet, quod erunt nobis et 30 sacro Romano imperio et omnibus successoribus nostris Romanis imperatoribus et regibus legitime intrantibus fideles, nec unquam erunt in consilio, ubi nostrum periculum tractetur, sed bonum et salutem nostram defendent et fideliter promovebunt, damna nostra pro sua possibilitate avertent; praeterea instrumenta tam publica quam privata, ultimas voluntates, quaecunque iudiciorum acta et omnia alia et singula, quae illis et cuilibet ipsorum ex debito dicatorum officiorum fienda occurrerint vel scribenda, iuste, pure, fideliter, omni 35 simulatione, falsitate, machinatione et dolo remotis, scribent, legent et facient, non attendendo odium, pecuniam, munera vel favores, aut alias passiones. Scripturas vero, quas debent in publicam formam redigere, in membranis mundis, non cartis abrasis neque papiis, fideliter conscribent, facient atque dictabunt, causas hospitalium et miserabilium personarum, nec non pontes et stratas publicas pro viribus promovebunt; sententiasque et dicta testium, donec publicata fuerint et approbata, fideliter retinebunt, et omnia alia et 40 singula recte et iuste facient, quae ad dicta officia quomodolibet pertinebunt consuetudine vel de iure, quodque huiusmodi notarii publici seu tabelliones et iudices ordinarii per ipsos creandi et faciendi possint per totum Romanum imperium et ubilibet terrarum facere, scribere et publicare contractus, instrumenta,

<sup>a</sup> actionibus. B.<sup>b</sup> quomodoque. A.<sup>c</sup> corr. ex ,praticam'. A.



ultimas voluntates, decreta et auctoritates interponere in quibuscunque contractibus requirentibus illa vel illas, ac omnia alia facere, exercere et publicare, quae ad dictum officium publici notarii seu tabellionis et iudicis ordinarii pertinere et spectare noscuntur. Insuper eadem auctoritate, ex certa scientia, motuque simili eisdem procuratoribus concedimus et elargimur, quod possint et valeant legitimare naturales, bastardos, 5 spuriis, manseres, nothos, incestuosos, copulative vel disiunctive, aut ex quocunque illicito et damnato coitu procreatos sive procreandos, viventibus vel mortuis eorum parentibus, illustrium tamen principum, comitum, baronumque filiis dumtaxat exceptis, et eos ad omnia iura legitima restituere et reducere omnemque geniturae maculam et quemlibet alium defectum<sup>a</sup> penitus abolere, ipsos restituendo ad omnia et singula iura successio-  
 10 ab intestato, cognatorum et agnatorum honores et dignitates et ad quoscunque alios actus legitimos, acsi essent de legitimo matrimonio, ut supra dictum est, nati, dummodo legitimationes huiusmodi per eos ut praemittitur fiendae non praeiudicent filiis legitimis et heredibus; non obstantibus in praedictis quibuscunque legibus, decretis, statutis, consuetudinibus et aliis quibuscunque in contrarium facientibus; quibus omnibus et singulis motu proprio, ex certa scientia, de plenitudine nostrae potestatis, in quantum huic nostro indulto  
 15 contravenient<sup>b</sup>, vel quovis modo contravenire vel obstare possint, pro hac vice derogamus et derogatum<sup>c</sup> esse volumus. Ulterius etiam eadem auctoritate memoratis procuratoribus collegii Germanici concedimus et elargimur facultatem et ius ferendi arma seu enses, tam durante eorum officio procuraturae, quam cessante, donec uterque eorum in dicto studio seu civitate Bononiensi extiterit, quemadmodum universitatis rector habet. Mandamus igitur omnibus et singulis nostris et imperii sacri fidelibus et subditis dilectis,  
 20 cuiuscunque status, gradus, praecminentiae et conditionis<sup>d</sup> fuerint, ut supradicta omnia inviolabiliter observent et ab aliis observari faciant. Nulli ergo hominum liceat hanc nostrae ratificationis, confirmationis, innovationis, roboris, de novo concessionis, privilegii, gratiae, indulti paginam infringere vel ei quovis ausu temerario contraire, sub nostra et imperii indignatione et poena quinquaginta marcharum auri puri toties, quoties contrafactum fuerit, quarum medietatem imperiali nostro fisco seu errario, reliquam vero partem iniuriam passi  
 25 sive passorum usibus decernimus applicandam, harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum et sigilli nostri<sup>e</sup> appensione munitarum. Datum Bononiae, die vigesima quinta mensis Februarii, anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo, imperii decimo, ac aliorum regnorum nostrorum decimo quinto.

Carolus.\*

Ad mandatum caesareae et catholicae maiestatis proprium All. Valdesius. Registrata Obernburger.

30

2 et 3.

*Privilegia, quae Clemens VII. et Paulus III. papae nationi Germanicae dederunt.*

*Ex copiis saec. XVI. in secundo volumine matriculae (actorum fasc. 19) fol. 3v. et in primo volumine annalium (actorum fasc. 24) fol. 210. Clementis privilegium typ. expr. exstat loc. cit. pag. 8.*

35

*Bononiae, 31. Ianuarii 1533; (1541).*

Clemens<sup>1</sup> papa VII.<sup>aa</sup> Motu proprio etc. Cum, sicut accepimus, carissimus<sup>bb</sup> in Christo filius noster Carolus Romanorum imperator semper augustus, volens collegium scolarium<sup>cc</sup> nationis Germanicae univer-

40 <sup>a</sup> defectum. A. <sup>b</sup> convenient. A. <sup>c</sup> derogatum. A. <sup>d</sup> conditionis. A. <sup>e</sup> Autographum Caesaris. A.  
<sup>aa</sup> Paulus papa tertius. B. <sup>bb</sup> charissimus. B. <sup>cc</sup> scolarium iuris. B.

<sup>1</sup>) In dorso diplomatis haec verba manu saec. XVIII. scripta leguntur: „Quando Carlo V era in Bologna per la sua incoronazione. Era in questa pergamena un sigillo grande, con oro e cordoni parimenti d'oro: che fu distrutto dai barbari, e questo stato comprato in piazza con altre pergamene appartenenti a codesto collegio Germanico“.

<sup>2</sup>) Sequitur diploma Clementis papae (A), quod ad maximam partem cum illo Pauli (B) convenit. In notis textui additis  
 45 omnia ista loca indicuntur, ubi B aliis quam A aut verbis utitur aut litteris.



sitatis Bononiae<sup>a</sup> speciali munificentia et liberalitate complecti, motu proprio et ex certa eius scientia, etc., auctoritate<sup>b</sup> sua caesarea<sup>c</sup> institutionem<sup>d</sup> collegii huiusmodi ac illius status<sup>e</sup>, inter alia, quod illius<sup>f</sup> scolares nulli ex ipsa universitate Bononiensi, sive rectori vel sindico, praeterquam suis magistratibus, quos procuratores vocant, iuramento astringantur, et ipsi magistratus seu procuratores post<sup>g</sup> rectores ipsius universitatis, episcopos, principes<sup>h</sup> ac prothonotarios<sup>i</sup> apostolicos locum<sup>k</sup> tam publicis<sup>l</sup> quam<sup>m</sup> privatis actibus tenerent, et 5 ius dicendi inter ipsius collegii scholares habeant<sup>n</sup>, et ipsi<sup>o</sup> scholares coram eisdem magistratibus<sup>p</sup> conveniri debeant; nec<sup>q</sup> rector aut syndicus dictae universitatis cessante collegii Germanicae nationis<sup>r</sup> magistratu huiusmodi iurisdictionem ad se transferre possit<sup>s</sup>, disponentes<sup>t</sup>, quae olim honestis de causis edita et longe retroactis<sup>u</sup> temporibus laudabili consuetudine observata fuerunt<sup>v</sup>, ac per successionem et vetustatem temporis nec non turbines<sup>w</sup> bellorum in usu esse destiterunt<sup>x</sup>, innovavegit et de novo concesserit<sup>y</sup>, ac collegium ipsum 10 illiusque procuratores et scholares una cum eorum bonis Bononiae existentibus in specialem suam<sup>z</sup> et sacri imperii protectionem, tuitionem et salviguardiam receperit, nec non motu et scientia similibus ac imperiali plenitudine potestatis procuratores ipsius collegii pro tempore existentes sacri Lateranensis palatii aulaeque suae imperialis consistorii comites creati decreverit<sup>aa</sup>, et imperiali edicto statuerit, ut ipsi omnibus privilegiis, iuribus, immunitatibus, honoribus, consuetudinibus et libertatibus frui debeant et gaudere, quibus Latera- 15 nensis palatii comites hactenus frui<sup>ab</sup> erant, seu quocumque nomine potiebantur, vel iure<sup>bb</sup> vel consuetudine, quodque notarios, tabelliones<sup>cc</sup> ac milites<sup>dd</sup>, iudices ordinarios creare, ac recepto fidelitatis debito iuramento<sup>ee</sup>, notariatus, tabellionatus et iudicatus ordinarii officium concedere<sup>ff</sup>, nec non naturales, bastardos, spurios, manseres, nothos, incestuosos, copulative vel disiunctive, aut ex quocumque illicito et damnato coitu procreatos sive procreandos, viventibus vel mortuis eorum parentibus, legitimare et ad omnia naturae iura re- 20 stituere, reducere, omnemque geniturae maculam et quemlibet alium defectum penitus abolere, quodque procuratores ipsi tam durante eorum procuratoris officio quam cessante, quamdiu alter<sup>gg</sup> ipsorum in ipso studio<sup>hh</sup> civitatis Bononiensis permanserit, ius deferendi arma seu enses, prout et quemadmodum rector ipsius universitatis defert<sup>ii</sup>, deferre possit<sup>kk</sup>, prout in literis ipsius Caroli imperatoris desuper confectis plenius continetur: Nos, qui literarum studiis insistentibus generosos favores libenter impendimus<sup>ll</sup>, collegium scholarium 25 nationis huiusmodi<sup>mm</sup>, quod specialis dilectionis<sup>nn</sup> affectu in visceribus gerimus, caritatis paterno affectu confovere, ac dictarum literarum veriore tenorem pro expresso haberi volentes, innovationem, concessionem, receptionem, creationem, statuta ac decreta<sup>oo</sup> Caroli imperatoris huiusmodi, ac illa concernenda<sup>pp</sup> in literis contenta<sup>qq</sup>, cum oportuna iuris et facti defectuum suppletionem, ex certa nostra scientia approbamus et confirmamus, ac illis apostolicae firmitatis robor adiicimus, eaque firmiter observari, ac procuratoribus et scholaribus 30 collegii huiusmodi pro tempore existentibus suffragari debere decernimus, et nihilominus pro potiori cautela ea omnia et singula, prout per dictum Carolum imperatorem concessa sunt, ita quod iis<sup>rr</sup> omnibus perpetuis futuris temporibus uti, potiri et gaudere libere et licite possint<sup>ss</sup>, perpetuo<sup>tt</sup> concedimus et assignamus, ac concessa et assignata existere, et sic in praemissis omnibus iudicandum fore, sublatum etc. irritumque etc.<sup>uu</sup> decernimus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, legibus imperialibus, statutis etc. 35 etiam municipalibus reformationibus, decretis etiam iuramento etc. roboratis, nec non privilegiis et indultis apostolicis, sub quibuscumque tenoribus et formis ac cum quibusvis<sup>vv</sup> clausulis et decretis quomodolibet con-

<sup>a</sup> studii Bononiensis. B.    <sup>b</sup> auctoritate. B.    <sup>c</sup> imperiali. B.    <sup>d</sup> institutione. A.    <sup>e</sup> statuta confirmavit, ac nonnulla eis etiam de novo concesserit. B.    <sup>f</sup> eius collegii. B.    <sup>g</sup> proximum post. B.    <sup>h</sup> et episcopos ac principes. B.    <sup>i</sup> prothonotariosque. B.    <sup>k</sup> locum teneant. B.    <sup>l</sup> in publicis. B.    <sup>m</sup> potestatem habeant. B. 40 <sup>n</sup> ipsique. B.    <sup>o</sup> sive procuratoribus ab iis qui extra collegium sunt. B.    <sup>p</sup> quodque.    <sup>q</sup> deest A.    <sup>r</sup> non possit. B.    <sup>s</sup> disponente A; deest B.    <sup>t</sup> quae olim quidem longis retroactis. B.    <sup>u</sup> longa A.    <sup>v</sup> fuerant. B.    <sup>w</sup> turbinis. B.    <sup>x</sup> desiderant; ipse vero auctoritate sua caesarea innovavit. B.    <sup>y</sup> concessit. B.    <sup>z</sup> sui. B.    <sup>aa</sup> creaverit ac decreverit ac. B.    <sup>bb</sup> freti. B.    <sup>cc</sup> de iure. B.    <sup>dd</sup> seu t. B.    <sup>ee</sup> deest B.    <sup>ff</sup> iuramento deest A.    <sup>gg</sup> et eos de illis imperiali auctoritate per penam et calamare ut moris est investire. B.    <sup>hh</sup> ambo vel alter. B.    <sup>ii</sup> seu universitate Bononiensi. B.    <sup>jj</sup> deferre. B.    <sup>kk</sup> possint. B.    <sup>ll</sup> Nos qui literarum studia gratis et privilegiis libenter decoramus. B.    <sup>mm</sup> Germanicae. B.    <sup>nn</sup> speciali dilectione. A.    <sup>oo</sup> statutis et decretis. B.    <sup>pp</sup> concernentibus. B.    <sup>qq</sup> contentis. B.    <sup>rr</sup> in iis. A.    <sup>ss</sup> possit. A.    <sup>tt</sup> possint etiam apostolica auctoritate perpetuo. B.    <sup>uu</sup> sublatis etc. decernimus. B.    <sup>vv</sup> quibuscumque. B. 45



cessis, approbatis et innovatis, quibus omnibus in literis latissime extensis<sup>a</sup>, etiam si de illis etc., specialiter et expresse derogamus caeterisque contrariis quibuscunque, cum<sup>b</sup> clausulis optimis. Fiat ut petitur<sup>c</sup>.

Et cum absolute a censuris ad effectum, et cum approbatione, confirmatione, supplicatione<sup>d</sup>, concessione, derogatione<sup>e</sup>, decreto de ac pro omnibus et singulis supradictis latissime extenditur<sup>f</sup>, perpetuo in forma  
5 gratiosa et cum deputatione executorum opportuna, etiam sub censuris et penis ecclesiasticis, cum potestate aggravandi etc. Invocato etc. ad hoc auxilio brachii saecularis, ac derogatione constitutionum<sup>g</sup> de una, et concilii generalis de<sup>h</sup> dietis, si opus fuerit, et quod praemissorum omnium, etiam tenore dictarum litterarum, ac aliorum numerorum<sup>i</sup> maior, verior<sup>k</sup> et amplior specificatio et expressio fieri possit in literis<sup>l</sup>, et literae expediendae duntaxat de nova confirmatione dictarum institutionum et statutorum, quatenus licita et honesta  
10 et sacris canonibus non contraria contineant, et quoad praecedendum sine praeiudicio et quoad comitatum, de illo in forma, cum facultate legitimandi sine praeiudicio venientium ab intestato, et quoad delationem armorum de illarum licentia, sub honesta toga<sup>m</sup>. Fiat F.

Datum Bononiae, pridie kalendas Februarii, anno decimo. —

Sumptum ex registro supplicationum apostolico. Collationatum per me Ludovicum de Heredia, eiusdem registri magistrum.

15

## 4.

*Diploma summi pontificis Pii IIII. nationi Germanicae datum.*

*Ex copia saec. XVI. in secundo volumine matriculae (actorum fasc. 19). fol. 4v. Typ. expr. loc. cit. pag. 11.*

20

*Romae, apud s. Petrum, 26. Aprilis 1560.*

Sacri apostolatus ministerio meritis licet imparibus divina dispositione praesidentes, ad ea libenter intendimus, per quae litterarum studia, utpote communi reipublicae commodo destinata, per quae preciosum acquiritur sapientiae donum, undique floeant et augeantur, et quae eis et eorum collegiis ac scholaribus  
25 proinde concessa dicuntur, ut illibata persistent, et salutarem pertingant et consequantur effectum, libenter, cum a nobis petitur, apostolico munimine roboramus, et alias desuper disponimus, prout rerum, temporum, personarum et nationum qualitatibus pensatis conspiciamus in Domino salubriter expedire. Sane pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Gasparis Udalrici, comitis de Reinstein, et domini in temporalibus de Blanckenburg, nec non Caroli a Schwendi, procuratorum collegii scholarium nationis Germanicae in utroque  
30 iure Bononiae studentium, nobis nuper exhibita petitio continebat: quod, licet alias postquam pro parte tunc procuratorum collegii scholarium huiusmodi clarae memoriae Carolo Quinto olim Romanorum imperatori semper augusto, tunc in humanis agenti, supplicato, quatenus sua maiestas dictum collegium et illius statuta confirmare dignaretur, idem Carolus imperator volens Romani imperii subditos et fideles gratia et benevolentia prosequi, et illos praecipue, quorum studium et disciplina eidem Romano imperio ornamento et  
35 communi reipublicae commodo destinabantur, singulari munificentia et liberalitate favoribusque specialibus prosequi, ac laudabiles studentium profectus iuvare, huiusmodi supplicationibus inclinatus, auctoritate sua caesarea approbando et confirmando dictum collegium, antiqua illius statuta et privilegia, quae longe retroactis annis fuerant laudabili consuetudine observata, quamvis postea vetustate temporum consumpta, insuper et bellorum et discordiarum civilium causa vel alias deperdita, inter alia continentia, quod ii, qui praecerant,  
40 potestatem et auctoritatem ius dicendi inter ipsius collegii scholares seu personas haberent, externi autem aliive, si quem scholarium huiusmodi convenire voluissent, illum coram magistratibus ipsius collegii, quos

<sup>a</sup> extendendis. B.      <sup>b</sup> cum cl. opt. deest B.      <sup>c</sup> deest B.      <sup>d</sup> supplicatione. B.      <sup>e</sup> deest B.  
<sup>f</sup> extendendis, et cum nova creatione in comites palatinos apostolica auctoritate cum facultate creandi notarios etc. et legitimandi bastardos etc. eadem auctoritate in forma latissime extendenda perpetuo. B.      <sup>g</sup> constitutionis. B.      <sup>h</sup> de duabus dietis. B.      <sup>i</sup> necessariorum. B.      <sup>k</sup> vera. B.      <sup>l</sup> quae etiam super singulis clausulis et gratis seorsum expediri possint, etiam per breve vel aliter prout impetrantibus commodius videbitur. (1541.) B.      <sup>m</sup> toga. A.



procuratores dicunt, in ius vocare seu cum eo experiri deberent, ita quod rector aut syndicus universitatis studii Bononiensis cessante collegii Germanici huiusmodi magistratu iurisdictionem in ipsos de dicto collegio ad se transferre non posset, deinde ut ipsi de dicto collegio Germanico nulli ex dicta universitate, etiam illius rectori vel syndico huiusmodi, praeterquam eorum magistratus, huiusmodi sacramento obstringerentur; quodque magistratus seu procuratores collegii huiusmodi proximum post rectores dictae universitatis, nec 5 non episcopos, principes prothonotariosque apostolicos locum tam in publicis quam in privatis actibus teneant, quemadmodum haec omnia antea in usu habuerant, eademque vetustate ac temporum diuturnitate roborata fuerant, ratificaverit, innovaverit et de novo concesserit; et insuper singulari benignitatis gratia sua eosdem collegium et procuratores ac scholares una cum eorum bonis et rebus Bononiae existentibus in specialem suam et eiusdem imperii protectionem, tuitionem et salviguardiam receperit et assumpserit, nec 10 non praefatos procuratores pro tempore existentes, scilicet tandiu, quamdiu in huiusmodi officio existerent, ut ad munus suum procuracionemque libentius obeundam insigniori ornamento allicerentur, motu proprio et ex certa sua scientia et imperiali plenitudine potestatis sacri Lateranensis palatii aulaeque suae caesareae et imperialis consistorii comites fecerit, creaverit, nobilitaverit et erexerit, decreveritque et imperiali statuerit edicto, ut ipsi ab illa hora inantea, quamdiu in dicto officio essent, omnibus privilegiis, iuribus, immunita- 15 tibus, honoribus, consuetudinibus et libertatibus, quibus Lateranensis palatii comites catenus potiti fuerant, seu quomodolibet potiebantur, de consuetudine vel de iure, uti, potiri et frui possent; ita quod ad eorum instar notarios seu tabelliones et iudices ordinarios creare et facere, ac universis personis, quae dignae, habiles et idoneae essent, notariatus seu tabellionatus et iudicatus ordinarii officia concedere et dare, eosque et eorum quemlibet auctoritate imperiali de praedictis per pennam et calamare, recepto tamen ab eis 20 debito fidelitatis in similibus praestari solito iuramento, prout moris est, investire, dum tamen eos ad practicam et executionem habiles et idoneos invenerint, super quo eorum conscientias oneravit; nec non naturales, bastardos, spurios, nothos, incestuosos copulative vel disiunctive, ex quocunque illicito et damnato coitu procreatos seu procreandos, viventibus vel mortuis eorum parentibus, illustrium tamen principum, comitum baronumque filiis duntaxat exceptis, legitimare, eosque ad omnia iura legitima restituere et re- 25 ducere, omnemque geniturae maculam et quemlibet alium defectum penitus abolere, ipsosque ad omnia et singula iura successorum et hereditatum, bonorumque paternorum et maternorum, feudaliu[m] et emphyteuticorum, etiam ab intestato, cognatorum et agnatorum honores et dignitates, et ad quoscunque alios actus legitimos, acsi essent de legitimo matrimonio procreati, restituere, dummodo legitimationes huiusmodi per eos, ut praemittitur, fiendae filiis legitimis et heredibus non praeiudicarent, libere et licite valerent; et in- 30 super praefatis procuratoribus dicti collegii Germanici deferendi arma seu enses, tam durante eorum officio procuratorio quam cessante, donec ipsi vel alter eorum in dicto studio seu civitate Bononiensi degeret ad rectoris dictae universitatis instar licentiam et facultatem respective concesserit et elargitus fuerit; et postmodum foelicis recordationis Clemens VII. et deinde Paulus tertius, nec non Iulius tertius, Romanorum pontifices, praedecessores nostri, praemissa omnia et singula praefatis collegio et illius procuratoribus ac scholaribus 35 apostolica auctoritate sub certis modo et forma confirmaverint seu confirmari concesserint, prout in singulis tam praedictorum apostolicis forsitan, quam Caroli imperatoris praedictorum imperialibus desuper confectis literis seu supplicationibus eisdem praedecessoribus porrectis signatis plenius continetur; et quamplures dictae nationis scholares dulcedine gaudenti privilegiis huiusmodi allecti ad civitatem praedictam in dies confluant, illaque ex hoc reddatur illustrior et non modicum sentiat commodum; nec non scholares ipsi, quotiescunque 40 rector dictae universitatis consilium convocat seu senatum habet, in eo sponte et voluntarie non minori fide et diligentia, quam illi, qui ad hoc iuramento necessitate adiguntur, tanquam membra praefatae civitatis compareant, suaque munera et officia libenter et fideliter obeant, et in possessione pacifica vel quasi horum praemissorum omnium fuerint et sint de praesenti. Attamen ut illa eo firmiorem obtineant roboris firmitatem, quo apostolicae sedis patrocinio saepius fuerint communita, Gaspar et Carolus procuratores collegii 45



nationis huiusmodi certa spe ducti, quod nos non minoribus quam fecerint Carolus Quintus imperator ac Clemens et Paulus nec non Iulius praedecessores praefati, verum eorum vestigiis inhaerendo amplioribus nostris et eiusdem sedis eos ac collegium et illius scholares huiusmodi amplexuri simus muneribus gratiarum, desiderant pro potioris cautelae suffragio, et ut firmiter observentur, ea omnia ipsis et eorum successoribus etiam per nos approbari. Nos, qui huiusmodi literarum studia et scholarium collegia nostris potissimum temporibus ubique invalescere sincero desideramus affectu, praefatos Gasparem et Carolum et eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum (ad) praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes et absolutos fore censentes, ac singularum literarum praedictarum tenores praesentibus pro expressis habentes, eorundem Gasparis et Caroli procuratorum supplicationibus et piis desideriis in hac parte inclinati, approbationem, confirmationem, ratificationem, innovationem, novam concessionem, creationem, nobilitationem, decretum, statutum, facultatem et largitionem Caroli imperatoris, nec non alias confirmationes, concessionem Clementis, Pauli et Iulii praedecessorum huiusmodi, et singulas illorum literas praedictas, ac prout illas concernunt praemissa, et alia omnia in eis ac etiam dictis supplicationibus contenta et inde secuta, quaecunque apostolica auctoritate praedicta, tenore praesentium ex certa scientia approbamus et confirmamus, illisque perpetuae et inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos tam iuris quam facti defectus, si qui forsitan intervenerint, in eisdem supplemus, et illa omnia valere nec non valida et efficacia existere suosque plenarios effectus integre sortiri et inviolabiliter observari debere, ipsosque nunc et pro tempore existentes procuratores illis omnibus libere uti et gaudere et desuper ullo unquam tempore a quoquam molestari, perturbari aut inquietari non posse neque debere, decernimus. Et pro potiori cautela collegium scholarium Germanicae nationis huiusmodi, quatenus opus sit, de novo auctoritate et scientia similibus perpetuo erigimus, et sub eiusdem nostra et successorum nostrorum Romanorum pontificum et beati Petri et sedis praedictae protectione suscipimus, et eidem sedi immediate subiicimus, ac nunc et pro tempore existentes procuratores praefatos sacri palatii comites, etiam cum potestate dicta auctoritate apostolica similiter quascunque personas, quae sufficientis literaturae ac in practica sufficientes et idoneae fuerint, notarios publicos et tabelliones ac iudices ordinarios, recepto prius ab eis debita fidelitatis et alias in forma solito iuramento, creandi, faciendi et constituendi, ac de notariatus, tabellionatus et iudicatus ordinarii officiis supradictis per pennam et calamare alias, ut moris est, investiendi cum facultatibus solitis. Et insuper sine praeiudicio venientium ab intestato naturales, bastardos, spurios, nothos, incestuosos et alios supradictos, ut praefertur, procreatos et procreandos, viventibus vel mortuis eorum parentibus, ac filiis legitimis et naturalibus ac aliis ab intestato succedere debentibus extantibus vel non extantibus, ad id citatis vel non citatis, alias, ut praefertur, legitimandi, restituendi, reducendi, ac maculam et defectum praedictos ab eis tollendi et abolendi, ac eos ad iura, successiones, hereditates, dignitates et officia secularia, publica, privata ac alia praemissa, ut praefertur, restituti, de novo facimus, creamus et nobilitamus, aliaque omnia et singula praemissa, prout supra eis innovamus ac de novo modo et forma praemissis concedimus.

Quodque pro salubri directione, gubernio et manutentione collegii nationis praedictae tam illius procuratoribus quam scholaribus, nunc et pro tempore existentibus, quaecunque statuta, ordinationes, constitutiones et decreta sacris canonibus non contrariantia condendi ac edendi, illaque postmodum seu iam condita et edita mutandi, alterandi, reformandi et, si videbitur, annullandi et alia faciendi et constituendi, quae postquam condita, edita, mutata, alterata, reformata, annullata et constituta fuerint, cum omnium iuris et facti defectuum, si quos tunc intervenire contingat in eisdem, suppletionem praedicta auctoritate apostolica eo ipso confirmata et approbata ac roborata validaque et efficacia sint et esse censeantur, suosque plenarios effectus sortiri, et ab omnibus, quos illa concernunt et concernere poterunt, quomodolibet in futurum inviolabiliter observari debeant. Decernentes ita, per quoscunque iudices, quavis auctoritate fungentes, sublata eis



quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et diffiniri debere, irritum quoque et inane, si secus super iis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Et insuper eisdem modernis et pro tempore existentibus procuratoribus unum, quem e scholaribus dicti collegii pauperem esse, et nihilominus praevis lucubrationibus, studio utriusque vel alterius iuris operam diligenter navasse, adeo ut ad doctoratus vel licentiatursae gradum in utroque vel altero iurium huiusmodi assequen- 5 dum se reddiderit idoneum, sciverint, ut ex amara literarum radice dulces aliquos recolligat fructus, et ne, unde sumptus et expensas, quos in dicta universitate graduandos necessario ibidem subire oportet, non habens, condigno frustretur honore, pro tempore collegio, doctoribus et aliis collegialibus praedictae universitatis, qui illum solito more praecedente examine praevis idoneum et sufficientem repertum, ad in utroque vel altero iurium huiusmodi, in quibus seu quo tunc studuerit, doctoratus vel licentiatursae gradum absque aliqua im- 10 pensa ac regalium seu iurium propterea debitorum et quomodolibet solvi seu etiam donari consuetorum solutione, et alias gratis ubique promovere et doctorem seu licentiatum facere, creare, constituere et ordinare, sibi doctoratus seu licentiatursae consueta insignia cum solitis facultatibus concedere teneantur et debeant, doctorandum vel licentiantum et ad praemissa omnia admittendum praesentandi et nominandi omniaque et singula alia in praemissis et circa ea quomodolibet necessaria et opportuna faciendi et exercendi, quae 15 in praemissis et circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, plenam licentiam et liberam facultatem et auctoritatem concedimus et indulgemus. Mandantes dilectis filiis modernis et pro tempore existentibus praedictae civitatis Bononiensis legato sub excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris ac quingentorum ducatorum auri poenis, totiens quotiens praemissa non observaverint, adimpleverint et executi fuerint sive adimplere et exequi distulerint vel eis non paruerint, per non observantes, adim- 20 plentes et exequentes seu differentes vel non parentes incurrendis, pro una camerae apostolicae et altera medietatibus pecuniariae poenae huiusmodi praefato collegio irremissibiliter persolvendis, vicelegato, gubernatori ac praedictae universitatis rectori, syndico, doctoribus et aliis collegialibus et aliis, ad quos spectat et spectabit, quomodolibet in futurum. Quatenus dictis procuratoribus et scholaribus nunc et pro tempore existentibus efficacis defensionis praesidio assistentes, praemissa omnia et singula inviolabiliter observent, et 25 ab omnibus etiam sub censuris et poenis praedictis observari, ac pauperem promovendum pro tempore praesentatum sive nominatum huiusmodi absque regalium aliorumve iurium solutione huiusmodi, et alias gratis sic ut praemittitur graduari sive doctorari aut licentiarum faciant, non permittentes tam procuratores et scholares quam graduandum seu praesentatum aut nominatum huiusmodi aut eorum aliquem super praemissis aut eorum aliquo per quoscunque quomodolibet indebite molestari, inquietari vel perturbari, invocato 30 etiam ad hoc, si opus sit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus praemissis et quibusvis apostolicis ac provincialibus et synodalibus constitutionibus et ordinationibus, ac quacunque litis pendentia seu molestia super praemissis vel eorum aliqua forsitan hactenus orta et pendente indecisa; nec non civitatis et universitatis praedictae statutis et consuetudinibus etiam municipalibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis et literis apostolicis illis ac legato, vicelegato, 35 gubernatori, rectori, syndico, doctoribus et aliis praefatis sub quibuscunque verborum formis et tenoribus ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiam motu proprio et simili scientia et alias quomodolibet concessis, approbatis et innovatis, nec non legibus imperialibus, illis praesertim, quibus caveri dicitur expresse, quod naturales et bastardi praedicti nisi de consensu legitimorum et venientium ab intestato, aut alias sub certis modo et forma tunc expressis legitimari non possint, quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti 40 derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, expressa ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad id servanda foret, tenoris huiusmodi praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi 45



vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi relationem. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrae absolutionis, approbationis, confirmationis, adiectionis, suppletionis, decreti, erectionis, susceptionis, subiectionis, concessionis, indulti, mandati et erogationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc  
 5 attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius noverit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae M. D. LX, sexto calendas Maii, pontificatus nostri anno primo.

10

5.

*Decretum senatus Bononiensis, in quo privilegia et immunitates Germanicae nationi Bononiense gymnasium  
 alicenti conceduntur, s. d. n. Gregorii XIII. pont. max. auctoritate confirmatum.*

*Ex secundo volumine matriculae (actorum fascic. 19) fol. 7v. Typ. expr. in libello, cuius titulum supra posuimus, Bononiae, apud  
 Ioann. Rossium, 1576, et loc. cit. pag. 18.*

15

*Romae, apud S. Petrum, 8. Martii 1576.*

Gregorius papa XIII. Ad perpetuam rei memoriam. Dum uberes fructus respicimus, quos de catholica fide bene sentientes litterarumque scientia praediti viri in agro Domini in dies proferunt, ac meditatur, quam utilis et necessarius sit ipsarum litterarum usus ad homines, fugatis ignorantiae tenebris, in  
 20 via Domini dirigendos, illa libenter amplectimur, per quae vel amplissimae nationis Germanicae personis illarum cognitionem adipiscendi occasio et commoditas subministratur. Verum ut haec in civitate nostra Bononiae, quae nobis est patrium solum ac quam inter caeteras civitates in visceribus gerimus charitatis, feliciter sequantur, eo maior cura nos sollicitat. Veluti enim eius civitatis inter caeteras Italiae urbes excellentissima est conditio, sic ad eam ex inlyta Germanica natione confluentes tanquam ad alumnam vir-  
 25 tutum prae caeteris privilegiis et gratiis convenit exornari. Nuper siquidem accepimus, dilectos filios quadraginta viros, status libertatis eiusdem civitatis Bononiae reformatores, perfecta nostra in Germanorum nationem propensione adductos fuisse eam nationem in civitate praedicta eo, quo possent, officiorum et honorum genere colendi et ornandi, ac ut eam voluntatem declararent, nostra in eo accedente auctoritate, statuisset et decrevisse id, quod nullis adhuc exterarum nationum hominibus, qui Bononiense gymnasium  
 30 frequentarent, tributum fuit, prout in dicto decreto et statuto apparet, cuius tenorem de verbo ad verbum inferius adscribi fecimus. Cum autem, quae a dictis quadraginta viris statuta sunt, ut praefertur, ad omnipotentis Dei laudem, christianae reipublicae salutem ac fidem catholicam augendam praecipuumque eiusdem nationis commodum pertineant, nos privilegiorum, immunitatum et exemptionum ipsis quadraginta viris concessorum tenores praesentibus pro expressis habentes, ex certa nostra scientia statutum et decretum  
 35 huiusmodi apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus et confirmamus, ac quibuscunque Germanis, qui in dicta civitate rei litterariae operam dederint, eadem omnia privilegia, exemptiones, immunitates et commoda quaecunque, quibus iidem quadraginta viri praedicti utuntur, potiuntur et gaudent, de novo, quatenus opus sit, aliis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus per quoscunque Romanos pontifices et praesertim felicitis recordationis Pium papam IV., praedecessores nostros, universitati scholarium Germanicae  
 40 nationis concessis, nihilominus salvis et illaesis remanentibus (exceptis tamen legitimandi ex illicito coitu genitos aut alias defectum natalium patientes, et doctorandi, et creandi publicos notarios et tabelliones in eiusdem praedecessoris litteris contentis, facultatibus) concedimus et impartimur. Per quas litteras idem praedecessor inter alia voluit, universitatem scholarium dictae nationis sub sua et beati Petri protectione esse, ac eiusdem universitatis scholarium nationis huiusmodi procuratores proximum post rectores univer-  
 45 sitatis Bononiensis ac episcopos et prothonotarios apostolicos tam in publicis quam in privatis actibus,



locum habere, ipsosque procuratores sacrae aulae et palatii Lateranensis comites palatinos ac nobiles existere, prout illos creavit, eosdemque procuratores arma seu enses, tam durante eorum officio procuratorio, quam cessante, donec ipsi, vel alteri eorum in dicto studio seu in civitate Bononiensi degerent, ad instar rectoris dictae universitatis Bononiensis deferre posse, eiusdemque universitatis nationis Germanicae scholares, quotiescunque rector universitatis Bononiensis consilium convocaret, in eo sponte et voluntarie, non minori fide et 5 diligentia, quam illi, qui ad hoc iuramento et necessitate adigerentur, tanquam membra dictae civitatis comparere, suaque munera et officia libenter et fideliter obire valere.

Doctores vero, et alios collegiales praedictae universitatis Bononiensis ad promovendum quemcunque ex scholaribus universitatis nationis Germanicae, quem pro tempore eiusdem nationis procuratoribus pauperem esse, et utriusque vel alteri iurium sufficienter operam dedisse, constaret, ad doctoratus vel licentiae 10 gradum in utroque vel altero iurium, solito more, praevio examine, idoneum et sufficientem repertum, absque aliqua impensa, ac regalium seu iurium propterea debitorum et quomodolibet solvi seu etiam donari consuetorum solutione, et alias gratis ubique teneri, prout in eiusdem Pii praedecessoris litteris, quarum tenorem praesentibus, acsi de verbo ad verbum insererentur, haberi volumus, pro expresso plenius continetur. Ipsos Germanos igitur litterarum studiis in dicta civitate incumbentes ad eorundem quadraginta virorum 15 instar exemptos facimus, constituimus ac apostolica auctoritate tenore praesentium declaramus. Sicque in praemissis omnibus et singulis per quoscunque iudices ordinarios vel commissarios dictaeque civitatis de latere legatos, vicelegatos vel gubernatores ac causarum palatii apostolici auditores nec non Romanae ecclesiae cardinales sublata eis, et eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate iudicari et diffiniri debere, irritumque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate 20 scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictae civitatis et illius datiorum, gabellarum et quarumcumque aliarum dictae civitatis impositionum, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et litteris apostolicis eidem civitati, et praesertim per felicis recordationis Pium papam IV. et sedem praedictam dilectis filiis, populo et communitati Bononiensi illiusque 25 vexillifero, antianis, regimini ac moderno et pro tempore existenti camerae eiusdem civitatis Bononiensis thesaurario, et datiorum ac gabellarum, praesertim vini non soluti, dictae civitatis ac aliorum quorumcumque locorum conductoribus, administratoribus, etiam in vim contractus ex causis quantumcunque\* onerosis, etiam per nos motu simili, etiam consistorialiter iteratis vicibus, ac per modum capitulorum inter eos et dictam sedem aut illius cameram initorum, sub quibuscumque verborum formis concessis, approbatis et innovatis. 30 Quibus omnibus, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod eiusdem universitatis scholarium Germanicae nationis pro tempore procuratores, qui iuxta Pii praedecessoris praedicti voluntatem sacrae aulae et palatii Lateranensis itidem comites erunt, statim postquam ad huiusmodi procuratoris officium fuerunt delecti, fidem catholicam in manibus eiusdem universitatis Bono- 35 niensis rectoris iuxta articulos pridem a sede apostolica propositos profiteantur.

Tenor vero statuti seu decreti praedicti talis est:

Die VIII. Aprilis M. D. LXXV.

Ad eximium omnipotentis Dei beneficium, quo homines ratione ad omnia recte honesteque tractanda instruxit, hoc proxime arbitramur accedere, si quem nos ante oculos sapientia praeferentem habere voluit, 40 in cuius vitam intuentes eorum admoneremur, quibus inhaerendo nostram utilitatem dignitatemque augere possemus. Quo quidem munere Bononiensis nostra civitas singulari eiusdem Dei benignitate florere hoc tempore maxime videtur, quippe quae Gregorium XIII. pontificem maximum suo sinu editum nacta Chri-

\* quantumcunque. *cod.*



stianam rempublicam admirabili prudentia administrantem, non exiguum in eo domesticae imitationis fructum ferat. Nos enim quadraginta viri status libertatis eiusdem civitatis reformatores tanti principis facta dictaque ad nostrae gubernationis rationem ita revocamus, ut acta nostra omnia ab eius nutu atque auctoritate tanquam de praescripto aliquo profecta videri velimus. Dum igitur universam Christianorum rem divina  
 5 illius virtute sustentatam intuemur, impertitamque omnibus gentibus iustitiam eius bonitatemque admiramur, perspecta in inclytam Germanorum nationem singularis eius propensio nos in eam cogitationem adduxit, ut plane intelligamus, eam ipsam nobilissimam nationem in civitate nostra eo, quo possimus, officiorum ac honorum genere coli atque ornari debere. Quare, ut hanc voluntatem nostram declarem, maxima totius senatus nostri consensione decrevimus, quae nullis adhuc exterarum nationum hominibus, qui Bononiense  
 10 gymnasium frequentare consueverint, tribuimus, ea Germanis tantum benevolentiae causa atque honoris elargiri. Statuimus igitur, ut unicuique ex Germanica natione in academia Bononiensi litterariae cuiuscunque institutionis gratia versanti frui liceat omnibus beneficiis, commodis, immunitatibus ac privilegiis, quae ipsis senatoribus Bononiensibus a quocunque aut quoquo modo concessa reperiuntur, pateatque eadem ratio, atque eadem emolumenta communia sint in emendis vendendisque, invehendis evehendisque ac distrahendis  
 15 rebus omnibus, quae ad ipsius fructum cultumque ac omnem plane usum pertineant, quibus ipsi Bononienses senatores perfruuntur. Volumusque et mandamus, ut hoc nostrum decretum, quod ex maxima senatus nostri, si unquam ante alia, frequentia atque approbatione processit, ratum firmumque ab omnibus nostris civibus in posterum habeatur, accedente praesertim ea, quam diximus, gravissimae sanctionis instar s. d. n. Gregorii XIII. pontificis maximi auctoritate. — Factum senatus consultum per suffragia omnia.

Annibal Aurius, secretarius.

20 Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die VIII. Martii M. D. LXXVI, pontificatus nostri anno quarto. Caes. Glorierius.

## 6.

25 *Breve a papa Clemente VIII. pro confirmatione veterum statutorum cum privilegiis et praerogativis de novo concessis nationi Germanicae, domino Carolo Scheurl et domino Davide Welser Augustano consiliariis.*

*Ex copia saec. XVII. in volumine secundo matriculae nationis Germanicae, fol. 9. Typ. expressum loc. cit. pag. 23.*

*Tusculi, 12. Octobris 1592.*

30 Clemens papa VIII. Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. Singularis devotionis affectus, quem erga nos sedemque apostolicam gerere comprobamini, facit, ut petitiones vestras ad exauditionis gratiam libenter admittamus. Cum itaque dudum felicis recordationis Pius papa IV. vos sub sua et beati Petri protectione esse, ac vestros procuratores proximum post rectores universitatis Bononiensis, episcopos ac prothonotarios apostolicos, tam in publicis quam in privatis actibus, locum habere, ipsosque procuratores sacrae aulae et palatii Lateranensis comites palatinos ac nobiles existere, nec non arma seu enses  
 35 tam durante eorum officio procuratorio quam cessante, donec ipsi vel alteri eorum in studio seu civitate Bononiensi degerent, ad instar rectoris universitatis Bononiensis deferre posse, eiusdemque universitatis nationis Germanicae\* scholares, quotiescunque rector universitatis Bononiensis consilium convocaret, in eo sponte ac  
 40 voluntarie non minori fide et diligentia quam illi, qui ad hoc iuramento et necessitate adigerentur, tanquam membra dictae civitatis comparere, suaque munera et officia libenter et fideliter obire valere, doctores vero et alios collegiales dictae universitatis Bononiensis ad promovendum quemcunque ex scholaribus universitatis nationis Germanicae\*, quem pro tempore eiusdem nationis procuratoribus pauperem esse, et utrique vel alteri

45 \* Germaniae. cod.



iurium sufficienter operam dedisse constitisset, ad doctoratus vel licentiatursae gradum in utroque vel altero iurium, more solito, praevio examine, idoneum et sufficientem repertum, absque aliqua impensa ac regalium seu iurium propterea debitorum et quomodolibet solvi seu etiam donari consuetorum solutione, et alias gratis ubique teneri voluerit; et deinde piae memoriae Gregorii XIII., praedecessoris\* nostri, eadem et alia privilegia, exemptiones, immunitates et commoda, quaecumque per alios Romanos pontifices, praedecessores 5 nostros, vobis concessa, approbaverit et confirmaverit, ac scholares Germanos literarum studiis in dicta civitate incumbentes ad quadraginta virorum dictae civitatis instar exemptos fecerit, constituerit et declaraverit, prout in diversis dictorum praedecessorum desuper confectis literis plenius continetur: nos earundem literarum tenores, acsi de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insererentur, praesentibus pro expressis et insertis habentes, vestris hac in parte supplicationibus inclinati, omnia et singula privilegia, exemptiones, immuni- 10 tates et commoda vobis, ut praefertur, concessa, confirmata et approbata apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus et confirmamus illisque perpetuae et inviolabilis firmitatis robur adiciamus. Ac insuper vobis ac scholaribus Germanis pro tempore in civitate praefata literarum studiis incumbentibus, ut matriculis vestris, tam iam concessis quam in futurum concedendis, non solum per dictam civitatem illiusque statum et territorium, uti ad praesens facitis, sed etiam per totum statum ecclesiasticum illiusque dominium, uti, 15 frui et gaudere libere et licite valeatis ac valeant, auctoritate et tenore praemissis de speciali gratia concedimus et indulgemus. Nolumus tamen vos aut alios pro tempore scholares nationis Germanicae isthic degentes, quod Bononiae in pauperibus doctorali laurea gratis ornandis conceditur, vobis in aliis apostolicae sedis academiis licere, minusque eodem iure, quo in Bononiensi ditione, dum quadraginta viris eorummet indulgentia circa immunitates equiparamini, frui soletis, gaudere etiam in reliquis domini ecclesiastici partibus 20 debere ac praetendere posse. Decernentes, vos et scholares pro tempore existentes praedictos a quoquam desuper quoquomodo molestari non posse neque debere, sicque per quoscumque iudices, commissarios, quavis auctoritate fungentes, sublata eis vel eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, ubique iudicari et diffiniri debere, ac irritum et inane, quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit, attentari; non obstantibus quibuscumque constitutionibus et 25 ordinationibus apostolicis ac civitatis et status huiusmodi iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, nec non omnibus illis, quae dicti praedecessores in suis literis praedictis voluerunt non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Tusculi, sub annulo piscatoris, die XII. Octobris anno M. D. XCII, pontificatus nostri anno primo.

M. Vestrius Barbianus 30  
Ant. Ruloffius.

## 7.

Romae, apud S. Marcum, 15. Septembris 1605.

35

*Privilegium a Paulo V. papa nationi Germanicae concessum concordat mutatis mutandis ad maximam partem cum privilegio papae Clementis VIII. de anno 1592. Versus finem post verba supplicationibus . . . inclinati in hoc diplomate haec verba sequuntur: omnia et singula privilegia, indulta, concessionem, exemptiones, immunitates ac facultates quascumque ac literas apostolicas, etiam in forma brevis super his per dictos et alios quoscumque Romanos pontifices, praedecessores nostros, ac sedem apostolicam vobis concessa et concessas, 40 quatenus sint in usu et non sint revocata neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac sacris canonibus et decretis concilii Tridentini constitutionibusque apostolicis contrariantur, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo confirmamus etc.*

\* praedecessores. cod.

45



Datum Romae apud S. Marcum, sub annulo piscatoris, die 15. Septembris 1605, pontificatus nostri anno primo.

*Typ. expr. in libello: Privilegia a sacratissimis imperatoribus et ss. Romanorum pontificibus Germanicae nationi Bononiae studentibus indulta. Bononiae 1673. pag. 26.*

5

## 8.

*Romae, apud S. Mariam maiorem, 28. Novembris 1623.*

*Urbanus VIII. papa privilegia nationis Germanicae a praedecessoribus concessa et approbata, de novo approbat et confirmat, ac eadem privilegia ad ducatum Ferrariae novissime ad sedem apostolicam devolutam extendit.*

Datum Romae apud S. Mariam maiorem, sub annulo piscatoris, die 28. Novembris 1623, pontificatus nostri anno primo.

*Typ. expr. loc. cit. pag. 28.*

15

## 9.

*Romae, apud S. Mariam maiorem, 2. Iulii 1645.*

*Innocentius X. papa privilegia omnia nationis Germanicae generaliter approbat et confirmat.*

Datum Romae, apud S. Mariam maiorem, sub annulo piscatoris, die 24. Iulii 1645, pontificatus nostri anno primo.

*Typ. expr. loc. cit. pag. 30.*

25

## 10.

*Romae, apud S. Mariam maiorem, 2. Augusti 1737.*

*Clemens XII. papa privilegia, gratias et indulta nationi Germanicae a praedecessoribus Clemente VII., Paulo III., Iulio III., Pio IV., Gregorio XIII., Clemente VIII., Paulo V., Urbano VIII. et Innocentio X. concessa, apostolicae confirmationis patrocinio communitur.*

Datum Romae, apud S. Mariam maiorem, sub annulo piscatoris, die secunda Augusti M. D. CC. XXXVII, pontificatus nostri anno octavo.

*Typ. expr. in libello, cui titulus: Inlytae Germanicae nationis in alma Bononiensi universitate privilegia etc. Bononiae 1747. pag. 31.*







III.  
ANNALLES.







'Principali' nacionis statuto cavetur, quod in libello debeat conscribi annus, procuratorum *fol. 25r.*  
 et superveniencium nomina, contribucionis quantitas et expense; ex hoc ut semper sciri  
 possit, quando, sub quibus, qui venerint, quantum contribuerint, ac in quos usus pecunia sit  
 conversa. Cum autem ipse rationes inordinate hactenus in IIII libris hinc inde sint con-  
 5 scribe, et de ipsis aliqui sint vetustate consumpti, alii scripturis repleti, ut tamquam in-  
 utiles reici contingat, ne igitur nostrorum rationes antecessorum sic totaliter evanescant, et  
 statutum circa hoc debito frustretur effectu, nos Henricus Berhusel et Conradus Crusemarc  
 officii debito completi, omnes et singulas rationes, in dictis IIII libris repertas, recollegi-  
 mus, in ordinem secundum annos Domini diligentius quam potuimus reducentes, in pre-  
 10 sentem fecimus libellum reponi. Ut autem in posterum ordinate rationes scribantur, ne-  
 cessarium fore putamus, quod, durante officio, procuratores in presenti libro nichil scribant,  
 sed potius in libello de papyro; in fine vero officii vel alterius eorum completam rationem  
 reponi in ipsum faciant littera condecanti.

15

1289.

15

Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIX<sup>o</sup>, proxima ebdomada<sup>a</sup> post epiphaniam<sup>b</sup> Domini, cum fuisset congre-  
 gata nacio Theutonicorum pro electione procuratorum sue misse facienda, et ego Marquardus de Swinkulle,  
 provincie Holzaziensis et dyocesis, electus fuerim in unum procuratorem, dominus Lüdewicus [de Maguncia<sup>c</sup>],  
 qui proximus meus fuerat predecessor, facta per ipsum coram nacione eodem tempore de sua administracione  
 20 legali et plenissima ratione, michi XXXIII solidos Bononiensis monete, qui sibi in sua administracione 20  
 supererant, fideliter postea presentavit. Postea vero a supervenientibus de novo et ab eis, qui nondum  
 iuraverant, iuramento prius recepto ab ipsis secundum quod moris extitit, hanc pecuniam me confiteor  
 recepisse:

	Recepta.	Dominus Maghceius de Maguncia <sup>e</sup> dedit, iuratus,	
25	Dominus Lüdewicus de Maguncia <sup>d</sup> antecessor meus presentavit michi XXXIII solidos.	VIII solidos.	25
	Dominus Fredericus <sup>e</sup> de Vulda dedit X solidos <sup>f</sup> .	Dominus Hartmannus de Maguncia VIII solidos. Dominus Reynerus de Heligensteden X solidos.	

<sup>a</sup> dominica B.      <sup>b</sup> epiphaniam A.      <sup>c</sup> de Moguntia B., deest nomen loci ex receptis eiusdem anni supplendum A.  
 30 <sup>d</sup> hoc nomen deest B.      <sup>e</sup> Fridericus B. passim redit.      <sup>f</sup> Bononenos B.      <sup>g</sup> Moguntia B. passim.      30

<sup>1)</sup> Abhinc usque ad rationem anni 1310. omnia una eademque manu scripta sunt, nam rationes annorum 1289. usque ad 1310.  
 iussu procuratorum Henrici Berhusel et Conradi de Crusemarc ex quattuor vetustis libris transcriptas exstant.      <sup>2)</sup> Lira Bono-  
 niensis 20 solidis erat; solidus 12 denariis vel Bolognensis vel Bononenis, qui etiam parvi et parvuli nuncupabantur. M.  
 5\*



- Dominus Gehardus de Wormacia<sup>a</sup> III solidos.  
 Dominus Henricus de Cronenberg<sup>b</sup> XII solidos.  
 Dominus Burgardus de Holtzacia<sup>c</sup> VI solidos.  
 Dominus Nycolaus de Sancto Albano XII solidos.  
 5 Dominus Otto de Kurne de Holtzacia<sup>c</sup> X solidos.  
 Item dominus Hildebrandus de Molhusen X solidos.  
 Item dominus Henricus de Maguncia XXIII solidos.  
 Item dominus Bartholomeus de Levenou XXV solidos.  
 Item dominus Theodericus<sup>d</sup> de Monasterio XXI solidos.  
 10 Item dominus Engelbertus de Wistvalia<sup>e</sup> V solidos.  
 Item dominus Cunradus de Werre V solidos.  
 Summa: X libre et III solidi.

## Expensa.

- Descendo ad rationem faciendam, in quos usus predictam pecuniam expendi<sup>f</sup>:  
 Pro factura cereorum X solidos. 5  
 Item dedi libram pro comparacione candelarum.  
 Item fratribus, ubi facimus festum nostrum in die assumptionis beate Marie virginis, duas libras.  
 Item pro summa usura preparamentorum VI libras.  
 Item pro principali debito preparamentorum nostrorum 10  
 usurario dedi XIII solidos.  
 Summa: X libre et III solidi.

Racio domini Henrici de Salhunstayn, pincerne maioris Aug[ie]<sup>g</sup>, dyocesis Constanciensis.

- 15 Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXIX<sup>o</sup>, proxima ebdomada post epiphaniam Domini, cum fuisset congregata nacio Theutonicorum pro electione procuratorum sue misse facienda, et ego Henricus de Salhunstain, pincerna maioris Auge<sup>h</sup>, dyocesis Constanciensis, electus fuerim in unum procuratorem, dominus Cuno de Sancto Hemerino, qui proximus meus fuerat predecessor, facta per ipsum coram nacione eodem tempore de sua administracione legali et plenissima racione, michi III libras et III solidos Bononiensis monete, qui  
 20 sibi in sua administracione supererant, fideliter presentavit. Postea vero a supervenientibus de novo, et ab 20  
 eis, qui nondum iuraverant, iuramento prius recepto ab ipsis, secundum quod moris extitit, hanc pecuniam me confiteor recepisse:

## Recepta.

- Dominus Mazerel de Basilea, iuratus, dedit XII solidos.  
 25 Item dominus Theodericus de Stille XX solidos.  
 Item dominus Otto de Molensham<sup>i</sup> VIII solidos.  
 Item dominus Guntherus, dominus Iohannes et dominus Cunradus de Landesberch<sup>k</sup> cum magistro suo, domino Alberto, iurati, dederunt quinquaginta solidos.  
 30 Item dominus Egelolfus<sup>l</sup> de Hohenrode XII solidos.  
 Item dominus Rudolfus de Tüschalkinge XX solidos.  
 Item dominus Wernherus de Sygeberch<sup>m</sup> XX solidos.  
 Item dominus Henricus de Rüdiligen VI solidos.  
 Item dominus Iohannes de Wltkilch III solidos.  
 35 Item dominus Berhtoldus de Liebenberch<sup>n</sup> XIII solidos.  
 Item dominus Alanus de Insulis<sup>o</sup> III solidos.  
 Item dominus Henricus de Marpurga VI solidos.  
 Item recepi a quodam II solidos<sup>p</sup>, quos dedit, ut conscientiam suam exoneraret, si forte olim minus  
 40 parum contribuisset.  
 Item a domino H. de Lorlach quinquaginta solidos, quos idem habuit de quadam collecta nostre nacionis.  
 Item retinui XXIII solidos de collecta, quam fecimus super recollectione preparamentorum nostrorum, seu  
 45 redemptione eciam ab usuris.

## Expensa.

- Facta igitur racione et computacione, quantam pecuniam receperim, descendo ad rationem faciendam, 25  
 in quos usus predictam pecuniam convertissem; et primo in festo sancte Marie, videlicet annunciationis, quod habuimus extra burgos Sancti Felicis, in ecclesia Sancte Ma[rie] de Cistella, expendi V solidos cum portitoribus candelarum et candelarum.  
 30 laborum.  
 Item dedi monialibus eiusdem ecclesie XXXIII solidos.  
 Item dedi pro pensione candelarum et pro cera consumpta ibidem in eodem festo minus III solidis III libras. 35  
 Item pro vino propinando presbitero, qui nobis die illo missam cantavit ibidem, II solidos.  
 Item postea, cum divina apud nostram ecclesiam reassumpsissemus post relaxacionem interdicti papalis tocuis civitatis, durantis tribus annis, ex- 40  
 pendi pro portandis candelis, quas tunc de novo comparavimus, et candelabris ad ecclesiam nostram II solidos.  
 Item cum habuissemus quedam pignora nobis obligata pro quibusdam candelis et quadam cera furtive<sup>q</sup> 45

<sup>a</sup> Wormatia B.    <sup>b</sup> Kronenberg B.    <sup>c</sup> Holtzacia B.    <sup>d</sup> Theodericus B. *passim*.    <sup>e</sup> Westvalia B.  
<sup>f</sup> expendi A.    <sup>g</sup> Aug<sup>g</sup> = Augus A.    <sup>h</sup> sic A.    <sup>i</sup> Molensham B.    <sup>k</sup> Landesberg B.    <sup>l</sup> Egelolsus A.  
<sup>m</sup> Sygeberg B.    <sup>n</sup> Liebenberg B.    <sup>o</sup> Insuls B.    <sup>p</sup> solidos bis A.    <sup>q</sup>



- nobis in ecclesia nostra sublati, que cera et candelae pro X libris Bononiensibus extimate fuerunt, pignoribus IX libris tantummodo valentibus, XX solidos in comparatione candelarum, quas pro X libris comparavimus, superaddidi atque dedi.
- 5 Item postea in festo assumptionis beate Marie, quod apud nostram ecclesiam celebravimus, dedi pro candelis, quas tunc meus procurator et ego comparavimus, III libras et dimidiam cum II solidis.
- 10 Item postea in festo nativitate beate Marie dedi VII solidos pro vino propinando rectori citramontano, qui nobis missam festo celebraverat in eodem.
- Item in recollectione preparamentorum nostrorum ab
- 15
- usuris, que pro XXVII libris, usuris computatis, fuerant obligata, dedi III libras et V solidos.
- Item in die sancti Nycolai, cum habuimus baculum<sup>1</sup> et infulam episcopalem a Predicatoribus, dedi III solidos pro vino propinando eisdem.
- 5
- Item pro cartis istis et libris rationum emendis dedi VII solidos.
- Et ita summa, quam recepi est: XVII libre, minus VII solidis. Summa autem, quam expendi, est: XV libre minus VI solidis; et sic XL solidi minus uno solido mihi supersunt, quos in meo officio non expendi et illos coram natione procuratori meo successori integraliter represento; talem rationem de cetero faciant procuratores.
- 15

## 1290.

Racio domini Rodulphi de Muschalchingin<sup>a</sup> Aug[ust]ensis<sup>b</sup> dyocesis.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XC<sup>o</sup>, proxima ebdomada post epiphaniam Domini, cum fuisset congregata nacio Theutonicorum pro electione procuratorum sue misse facienda, et ego Radulphus de Muschalchingin

20 Aug[ust]ensis<sup>c</sup> dyocesis electus fuerim in unum procuratorem, dominus pincerna de Seldenstain, qui proximus meus fuerat predecessor, per ipsum, et facta coram natione eodem tempore de sua administratione legali et plenissima ratione, mihi II libras, que sibi in sua administratione supererant, fideliter presentavit.

fol. 25 v.

## Recepta.

- 25 Dominus Bertholdus de Kunringin, iuratus, dedit XXX solidos.
- Item dominus C[onradus]<sup>d</sup> et dominus Bertoldus frater suus, de Argentina, iurati, dederunt XVI solidos.
- Item dominus Pauler de Basilea XII solidos.
- 30 Item dominus Iohannes<sup>e</sup> de Rubiaco II solidos.
- Item dominus Ebergerus V solidos.
- Item dominus Ul[ricus] de Baravia XIII solidos.
- Item dominus Bartmannus de Bûchege<sup>f</sup> XXVI solidos.
- Item dominus Iohannes de Gibisdorfe VIII solidos.
- 35 Item dominus Hugo de Wanerstelte VIII solidos.
- Item dominus Rodulphus de Russenach<sup>g</sup> XXX solidos.
- Item dominus Albertus de Rûte<sup>h</sup> X solidos.
- Item magister Winhardus XII solidos.
- Item dominus Ortelinus XII solidos.
- 40
- Item dominus Lûdewicus<sup>i</sup> de Wellenberch<sup>k</sup> VIII solidos.
- 25
- Item Lûdewicus Swere XII solidos.
- Item dominus Waltherus de Wellenberch<sup>k</sup> VIII solidos.
- Item dominus Iohannes de Ride<sup>l</sup> V solidos.
- Summa est: XII libre cum dimidia.
- 30

## Expensa.

Facta igitur ratione et computatione, quantam pecuniam receperim, descendo ad rationem faciendam, in quos usus predictam pecuniam convertissem; et primo in festo purificationis beate Virginis dedi

35 fratribus pro pittancia facienda XL solidos.

Item pro cereis III libras.

Item pro instrumento VI solidos.

Summa est: V libre et VI solidi.

40

## 1290.

## Racio domini Bertoldi, Mersaburgensis ecclesie canonici.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XC<sup>o</sup>, proxima ebdomada post epiphaniam Domini, congregata Theutonicorum

45 nacione apud suam ecclesiam pro electione procuratorum sue misse facienda, ego B[ertoldus]<sup>m</sup>, Mersburgensis

<sup>a</sup> Tunschalkinge B.    <sup>b</sup> Augensis A.    <sup>c</sup> Augustensis B.    <sup>d</sup> Cunradus B.    <sup>e</sup> Iohannes B. passim.  
<sup>f</sup> Bûchege B.    <sup>g</sup> Kussenach B.    <sup>h</sup> Rute B.    <sup>i</sup> Ludovicus B. passim.    <sup>k</sup> Wellenberg B.    <sup>l</sup> Riede B.  
<sup>m</sup> Bertoldus B.

50    <sup>1</sup>) Baculus pastoralis in margine pictus est



ecclesie canonicus, assumptus fui in unum procuratorem, presentatis mihi B[ertoldo] duobus libris et parte cindeti a domino Marquardo predecessore meo, facta eodem die per ipsum coram nacione de sua administratione plenissima racione; qui postea a supervenientibus de novo et nondum iurantibus iuramenta secundum quod moris est recepi et ab ipsis hanc pecuniam me confiteor recepisse.

5	Recepta:	Item dominus Marquardus de Hamborch <sup>a</sup> VIII solidos.	5
	Dominus Symon et dominus Menigo frater suus, comites de Spanheim <sup>a</sup> , una cum magistro ipsorum Gotfrido, iurati, dederunt et contribuerunt V libras.	Item dominus Marquardus de Brumgkensen <sup>f</sup> XX solidos.	
	Item dominus Bodo de Ylebruch <sup>a</sup> LX solidos.	Item dominus Iohannes de Westvalia XXXIII solidos.	
10	Magister Henricus, magister suus, IIII solidos.	Item dominus Hermannus de Frisler <sup>e</sup> XXII solidos.	10
	Item dominus Wittego de <sup>o</sup> Torgowe <sup>e</sup> XXX solidos.	Item dominus Hermannus de Monasterio VIII solidos.	
	Item magister Cunradus, magister suus, IIII solidos.	Item dominus Henricus de Maguncia XII solidos.	
	Item dominus Ulricus de Szogere, scolaris eorum, VIII solidos.	Summa: XVII libre et I solidus,	
15	Item dominus Fredericus de Boemia X solidos.	(Expensa:)	15
	Item dominus Ditmannus de Frisia III solidos.	de quibus expendi pro cereis VII libras minus IIII solidis.	
	Item dominus Gotchaldeus de Hertfordia <sup>d</sup> unam libram.		

20

1291.

20

Racio dominorum Henrici dicti Lorach et Gerhardi<sup>1</sup>, magistri dominorum de Spanheim.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XCI<sup>o</sup>, congregata nacione Theutonicorum apud suam ecclesiam ad procuratores eligendos proxima dominica post epiphaniam Domini, ego Henricus de Lorrach et G.<sup>b</sup>, magister dominorum de Spanheim, a predicta nacione procuratores constituti, communi consensu a nostris antecessoribus  
25 pecuniam recepimus hanc, videlicet XVII libras et IX solidos Bononienses.

Item de collecta facta pro cappis, in quibus cantores officiant in missa Domine nostre, nobis super- fuerunt due libre.

	Recepta:	Item dominus Lüdewicus de Ammolder <sup>m</sup> X solidos.	
30	Item ista est pecunia, quam de supervenientibus et de novo iurantibus recepimus.	Item dominus Cunradus de Friburg VI solidos.	30
	Dominus Eberhardus de Osenbrucken, iuratus, dedit et contribuit XII solidos.	Item dominus Iordanus de Frisingia XVI solidos.	
	Item dominus Hermannus de Osenbrucken XII solidos.	Item dominus Cunradus de Villingen <sup>n</sup> III solidos.	
35	Item dominus Henricus de Appolden X solidos.	Item dominus Henricus de Villingen <sup>n</sup> III solidos.	
	Item dominus Henricus canonicus Werdensis XX solidos.	Item dominus Lodewicus de Wolford <sup>o</sup> XII solidos.	
	Item dominus Otto de Lunenburg <sup>1</sup> XX solidos.	Item dominus . . . . <sup>p</sup> de Racenried <sup>o</sup> XII solidos.	35
	Item dominus Iohannes de Lunenburg VIII solidos.	Item dominus . . . . <sup>p</sup> de Schellenberg XL solidos.	
	Item dominus Otto plebanus de Dingesboh <sup>k</sup> XVI so-	Item dominus Cunradus de Musbach VIII solidos.	
40	lidos.	Item dominus Richwinus de Lymburg <sup>r</sup> XVIII solidos.	
	Item dominus Henricus de Augusta IIII solidos.	Item dominus Ulricus de Schoven I solidos.	
	Item dominus cantor ecclesie Haselacensis <sup>1</sup> XI solidos.	Item dominus Arnoldus de Astavia <sup>s</sup> VII solidos.	40
		Item dominus Odacker <sup>t</sup> de Stiria XX solidos.	
		Item dominus Waltherus de Lubecke <sup>n</sup> XX solidos.	

\* baro alia manu additur.

45

45

<sup>a</sup> Spanheim B.    <sup>b</sup> baro de Ylenbruck B.    <sup>c</sup> baro de B.    <sup>d</sup> Gotschalkus de Erfordia B.    <sup>e</sup> Marquardus de Hamburg B.    <sup>f</sup> Marquardus de Brunchensen B.    <sup>g</sup> Friesler B.    <sup>h</sup> Gotfridus B.    <sup>i</sup> Lunenburg B.    <sup>k</sup> Dingesboh<sup>k</sup> A; Dinkelspuhel B.    <sup>l</sup> Haselatensis B.    <sup>m</sup> Amolder B.    <sup>n</sup> Willingen B.    <sup>o</sup> Wolford B.    <sup>p</sup> deest nomen A.    <sup>q</sup> Kazenried B.    <sup>r</sup> Limberg B.    <sup>s</sup> Austria B.    <sup>t</sup> Odareker B.    <sup>u</sup> Lubek B.

50

<sup>1</sup>) Supra, lin. 8, recte Gotfridus nominatus est; hic, in rubrica, miniator peccavit.

50



- Item dominus Iohannes de Yngelheim<sup>a</sup> XIII solidos.  
 Item dominus Gerhardus, frater ordinis Sancti Iohannis XII solidos.  
 Item dominus Gotfridus de Columbaria VI solidos.  
 5 Item dominus Gotfridus de Wistfalia<sup>b</sup> X solidos.  
 Item dominus Gotchalculus de Wistfalia X solidos.  
 Item dominus Liborius de Wistfalia VIII solidos.  
 Item dominus Fredericus de Wistfalia VI solidos.  
 10 Item dominus Fredericus canonicus Augustensis XVI solidos.  
 Item dominus Baldebrechtus XX solidos.
- Expensa.
- Facta racione de pecunia a nobis recepta tam a  
 15 nostris antecessoribus quam de novo supervenientibus et iuratis, descendo nunc ad racionem faciendam, in quos usus predicta pecunia sit conversa, prout subscribitur.  
 Primo pro cassa, in qua ponuntur cerei, XV solidos.  
 20
- Item pro duobus candelabris super altare et scutellis ad magna candelabra VI solidos.  
 Item pro sera ad cassam III solidos.  
Item dominus Cunradus de Wormacia<sup>u</sup> canonicus Sallensis<sup>v</sup> XX solidos.

Item dominus Henricus de Sandowe X solidos.

Item dominus Hugo de Argentina et dominus Io- 15 hannes frater eius, filii Iohannis Procuratoris, X Venetos.

Item dominus Theodericus Cunradi Brunonis<sup>w</sup> ca- 20 nonicus ecclesie Sancti Severi Erfordensis<sup>x</sup> XX solidos.

Item dominus Wilhelmus de Vorintal<sup>y</sup> X solidos.

Item dominus Ulricus de Veltkirchen<sup>z</sup> VIII solidos.

Item dominus Gotfredus de Metis VI solidos.

Item dominus Haio<sup>aa</sup> de Vurphum Friso VI solidos.

Item dominus Fredericus de Lacu IX solidos. 25

Item dominus Iohannes Lyki<sup>bb</sup> de Dacia XX solidos.

Item dominus Michael Ascheri de Dacia V solidos.

Item dominus Henricus de Bremis Friso XXI so- 30 lidos.

Item dominus Rudegerus de Owe VI solidos. 30

Item Volknandus Obelaker de Herbipoli IIII solidos.

Item dominus Henricus de Homburg<sup>cc</sup> pro se et ma- 35 gistro suo Mathia<sup>dd</sup> L solidos.

Item dominus Volradus et dominus Henricus de 35 Burnis<sup>ee</sup> canonicus Merseburgensis et magister

Petrus plebanus in Zwengowe XXX solidos.

Item dominus Iohannes Rolle<sup>ff</sup> IIII Venetos.

Item dominus Cunradus de Stophe XXX solidos.

Item dominus Cunradus de Kotebuz<sup>gg</sup> V solidos. 40

#### Expensa.

Hee sunt expense post electionem nostram facte. 45  
 Primo pro candelis et factura earundem expende-  
 bantur VI libre et VI solidi.

50

<sup>1</sup> Hic Glikowe, aliis locis Ghikowe et Geikowe legitur; nunc Gieckau in Holsatia.

50



- Item pro parvis candelis minus IIII denariis IIII solidos.  
 Item episcopo VIII solidos.  
 Item pro vernacia VII solidos.  
 5 Item in festo annunciacionis beate Virginis priori et fratribus pro pictancia XL solidos.  
 Item pro vernacia VII solidos.  
 Item in die palmarum pro vernacia VII solidos.  
 Item episcopo VII solidos.  
 10 Item in die pasche pro vernacia VII solidos.  
 Item episcopo VII solidos.  
 Item in ascensione Domini pro vernacia VII solidos.  
 Item in festo pentecostes pro vernacia VII solidos.  
 Item episcopo IIII Venetos.  
 15 Item in assumptione beate Virginis pro reparatura candelarum V solidos.  
 Item portatoribus VI denarios.  
 Item pro graminibus VII denarios.
- Item pro vernacia VII solidos.  
 Item episcopo VII solidos.  
 Item in nativitate Marie virginis episcopo VII solidos.  
 Item pro vernacia VII solidos.  
 Item in festo omnium sanctorum pro vino Cretensi 5 IIII solidos.  
 \* Item fratri Poncio, doctori decretorum, qui illa die *fol. 29r.* missam cantavit, pro vino IIII solidos.  
 Item in festo beate Katherine pro vernacia VII solidos. 10  
 Item in vigilia nativitatis Domini pro tapeto ante altare VII libras et V solidos.  
 Item pro panno, ubi sedet sacerdos et ministri, XLVII solidos.  
 Item in die nativitatis Domini pro vernacia VII solidos. 15  
 Item pro capponibus episcopo VI solidos.  
 Item notario pro instrumento IIII solidos.

20

1301.

20

## Racio dominorum Theoderici de Weberstete et Henrici dicti Betheler.

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. primo, proxima dominica post epiphaniam  
 25 Domini congregata natione Theutonicorum apud ecclesiam suam more solito ego Th. de Weberstete<sup>a</sup> clericus 25  
 cum domino H.<sup>b</sup>, dicto Betheler, electi procuratores, recepi a domino G. canonico ecclesie Sancte Marie Erfordensis precedentis anni procuratore eadem die et infra VIII dies immediate sequentes LXX libras preter IIII solidos et VI denarios. Et istud sane intelligendum est, quod solus recepi hanc pecuniam et socius meus recepit LXIX libras et XIII solidos.

30 Infrascripti et contribuierunt secundum formam scriptam in registro. 30

## Recepta.

- Dominus Hildebrandus de Lemgaowe<sup>c</sup>, iuratus, dedit VI solidos.  
 Item dominus Theodoricus de Hildesheim<sup>d</sup> VI solidos.  
 35 Item H. de Lucowe<sup>e</sup> VI solidos.  
 Item dominus Gotfridus de Harsmaria VIII solidos.  
 Item dominus Th. de Maguncia<sup>f</sup> X Venetos.  
 Item dominus Symon de Treveri VI solidos.  
 Item dominus Gut. de Landesberc<sup>g</sup> III libras.  
 40 Item dominus H. de Fliden XII solidos.  
 Item dominus Gotschalchus de Haldenberc<sup>h</sup> X solidos.  
 Item dominus Wernherus de Gysenheim<sup>i</sup> X solidos.  
 Item dominus K. de Hoogserria<sup>k</sup> V solidos.
- Item dominus prepositus de Brunswic<sup>l</sup> V libras.  
 Item dominus Ybo<sup>m</sup> de Frisia Venetum.  
 Item dominus H. de Steinberc<sup>nn</sup> III libras.  
 Item dominus Otto dux de Brunswic<sup>o</sup> XV libras.  
 Item dominus Iohannes de Bructen<sup>p</sup> XV solidos. 35  
 Item dominus Fredericus canonicus Sancti Petri in Maguncia<sup>q</sup> XX solidos.

## Expensa.

In die purificationis beate Marie virginis expendimus 40  
 pro candelis maioribus et minoribus X libras et VIII solidos.  
 Item pro vernacia VII solidos.

45 \* Argentinus *al. m.* \*\* Hildesemensis *al. m.* 45

<sup>a</sup> Theodoricus Weberstet *B.* <sup>b</sup> Henricus *B.*  
 de Lucoue *B.* <sup>f</sup> Maguntia quinque *B.*  
<sup>i</sup> Geisenhew *B.* <sup>k</sup> Hoogserria *B.* <sup>l</sup> deest *B.*  
<sup>p</sup> Brucken *B.* <sup>q</sup> Maguntia *B.*

<sup>c</sup> Lengauove *B.* <sup>d</sup> Hildesheim *B.* <sup>e</sup> Henricus  
<sup>g</sup> Landesberg Argentinensis *B.* <sup>h</sup> Haldenberg *B.*  
<sup>m</sup> Ibo *B.* <sup>n</sup> Steinberg *B.* <sup>o</sup> Branswich *B.*

50

50

<sup>o</sup> In margine pilcus ducalis pictus est.

7\*







- Item dominus Cunradus de Missina<sup>a</sup> VII solidos.  
Summa receptorum: XII libre cum XI solidis.  
Steynberg.  
Dominus de Friburch<sup>b</sup> XXXV libras.  
5 \* Item dominus Luderus<sup>c</sup> de Erfordia dictus de Vrin-  
stete<sup>d</sup> X solidos.  
Item dominus Fredericus de Erfordia dictus de  
\* Ilmere<sup>e</sup> X solidos.
- Item dominus Henricus<sup>f</sup> de Halberstat XV solidos.  
Item dominus Arnoldus de Cotene X solidos.  
Item dominus Hermannus de Soltvedele X solidos.  
Item dominus Wigandus pro se et magistro Bertoldo  
XXIII solidos. 5 fol. 29<sup>v</sup>.  
Item dominus Fredericus de Extstete<sup>g</sup> XXX so-  
lidos.  
Item dominus Herbordus<sup>h</sup> de Gera XXV solidos.

10

10

## 1302.

Racio dominorum Wilhelmi de Lubeke et Enghelhardi canonici ecclesie Wimp[inensis].

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup> secundo, proxima dominica post epiphaniam  
15 Domini congregata nacione Theutonicorum apud suam ecclesiam more solito, ego magister Wilhelmus de  
Linbegge<sup>i</sup> una cum domino Engelhardo canonico ecclesie Wimp[inensis] procuratores a dicta nacione electi  
communi consensu a predecessoribus nostris recepimus XCVI libras Bononienses et XXVI denarios parvulos.

## Recepta.

- Post hec vero a supervenientibus de novo iuramen-  
20 toque recepto ab eisdem secundum quod est moris  
fatemur nos hanc pecuniam infrascriptam recepisse:  
In primis dominus Iohannes de Hauwensten<sup>k</sup>, iuratus,  
dedit XX solidos.  
Item dominus Otto de Astavia X solidos.  
25 Item dominus Berengerus canonicus Bataviensis  
XVIII solidos.  
Item dominus Hiltwinus<sup>l</sup> de Austria XII solidos.  
Item dominus Cunradus de Girstal XVI solidos.  
Item dominus Marquardus canonicus Maticensis V so-  
30 lidos.  
Item dominus Ulricus de Warca } iurati, non sol-  
Item dominus Cunradus magister } verunt.  
eiusdem }  
Item dominus Fredericus de Austria XX solidos.  
35 Item dominus Cunradus de Arberg XXIII solidos.  
Item dominus Gosso de Argentina XXV solidos.  
Item dominus Schalus de Basilea XXV solidos.  
Item dominus Fredericus de Nurenberg IX solidos.  
Item dominus Cunradus dictus Stekke<sup>m</sup> XII solidos.  
40 Item dominus Iohannes de Haidenstat et dominus  
Nicolaus magister XL solidos.  
Item dominus Cunradus de Wissenburg X solidos.  
Item dominus Cunradus de Hessia X solidos.  
Item dominus Cunradus de Westfalia<sup>n</sup> X solidos.
- Item dominus Anselmus de Wissenburg VII solidos.  
Item dominus Iohannes de Wissenburg<sup>o</sup> V solidos.  
Item dominus Nicolaus de Wissenburg nihil solvit. 20  
Item dominus Cunradus de Wissenburg<sup>o</sup> VII solidos.  
Item dominus Fredericus de Wiena<sup>p</sup> XX solidos.  
Item dominus Volmarus de Surburg<sup>q</sup> X solidos.  
Item dominus Ulricus de Schlüsselberg<sup>r</sup> III libras.  
Item dominus Iordanus de Missena VII solidos. 25  
Item dominus Cunradus de Schlacheim<sup>s</sup> XII solidos.  
Item dominus Guntherus de Snuden<sup>t</sup> XVI solidos.  
Item dominus Cunradus de Erfordia XX solidos.  
Item dominus Henricus de Wesilingen<sup>u</sup> XXIII solidos.  
Item dominus Henricus de Brunwic<sup>v</sup> XVIII solidos. 30  
Item dominus Iohannes de Stettin X solidos.  
Item dominus Nicolaus de Missina<sup>w</sup> VII solidos.  
Item dominus Fredericus de Frisia VII solidos.  
Item dominus Bruno de Alechem XLII solidos.  
Summa tota: CXXIII libre et II denarii. 35

## Expensa.

Iste sunt expense, quas fecimus:  
In primis pro forratura calicis XVII solidos.  
Item pro cristallo et registris libri missalis III solidos 40  
et VI denarios.  
Item in vigilia assumptionis<sup>x</sup> sancte Marie pro vino  
in speciebus III libras et XVII solidos cum VI de-  
nariis.

45

45

\* Clivensis *al. m.*

<sup>a</sup> Misnia B.    <sup>b</sup> Friburg B.    <sup>c</sup> Ludovicus B.    <sup>d</sup> Urnstete B.    <sup>e</sup> dictus Imer B.    <sup>f</sup> Enricus B.  
<sup>g</sup> Echstet B.    <sup>h</sup> Herbordus B.    <sup>i</sup> Linbege B.    <sup>k</sup> Hawenstein B.    <sup>l</sup> Helvinus B.    <sup>m</sup> Steck B.  
<sup>n</sup> Westvalia B.    <sup>o</sup> Wissenberg B.    <sup>p</sup> Vienna B.    <sup>q</sup> Surberg B.    <sup>r</sup> Schlüsselberg B.    <sup>s</sup> Schlachenn B.  
50 <sup>t</sup> Sunden B.    <sup>u</sup> Wesselingen B.    <sup>v</sup> Braunschich B.    <sup>w</sup> Misina B.    50



- Item pro instrumento constitutionis nostre et pro instrumento obligatorio prioris ecclesie nostre Matheo tabellioni universitatis XX solidos.
- Item ad scribendum statuta nova nacionis nostre 5 II solidos.
- Item in annunciacione beate Virginis episcopo VII solidos.
- Item in die palmarum socio episcopi V solidos.
- Item pro scrineo et reparacione hostii VI libras et III solidos.
- Item in die pasche fratribus Heremitanis VIII solidos.
- Item in vigilia Katherine virginis pro vino et speciebus LV solidos. 5
- Item pro sigillo nacionis X solidos.
- Item pro edificio desuper altare V libras.

10

1303.

10

Racio dominorum Ulrici de Slucesberg canonici Babenbergensis et Ulrici de Wart.

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup> nos Ulricus de Schlüsselberg canonicus 15 Babenbergensis<sup>a</sup> nec non Ulricus<sup>b</sup> de Wart a nacione Theutonicorum in procuratores eiusdem nacionis electi a nostris in eodem officio precessoribus CVIII libras cum III solidis et II denariis Bononiensibus recepimus; quinque tamen libris, quas pro me, et XVIII solidis, quos pro socio meo domino Cunrado de Smithusen contribuere debui, in summa prehabita imputatis; de qua summa equis inter nos dimissa partibus expendimus infrascripta.

20 Expensa.

- In purificatione beate Virginis pro cera, cereorum renovacione, candelis parvis et aliis expendimus XII libras et XVIII denarios et unum Venetum.
- Item pro pictancia fratrum eodem die XL solidos.
- 25 Item episcopo celebranti VIII solidos.
- Item domino Iohanni An[dree]<sup>\*</sup> pro quodam consilio precessoribus nostris dato, pro caponibus XIII solidos.
- Item in ascensione Domini episcopo VIII solidos et 30 III denarios.
- Item in vigilia assumptionis Marie virginis VI libras minus III solidis.
- Item dominus Rudolphus comes de Monteforti VI 20 libras.
- Item dominus Ulricus comes de Monteforti III libras.
- Item dominus Iohannes de Langen X solidos.
- Item dominus Burkardus de Pfine V solidos.
- Item dominus Bernardus comes de Ravensperg 25 III libras.
- Item dominus Engelbertus magister suus iuravit asserens alias se solvisse.
- Item domini Henricus et Gebhardus<sup>c</sup> comites de Vri- 30 burg, Constantiensis dyocesis<sup>\*\*</sup>.
- Item dominus Hermannus magister ipsorum<sup>\*\*</sup>.
- Item dominus Iohannes de Gort canonicus ecclesie Coloniensis XXV solidos.
- Item dominus Adolphus comes de Marke<sup>†</sup> III libras et dimidiam. 35
- Item Liborius<sup>§</sup> magister suus X solidos.
- Item dominus Henricus de Osvelden Mersburgensis<sup>b</sup> canonicus XXX solidos.
- Item dominus Petrus de Helfensten<sup>†††</sup> V solidos.
- Item dominus Ulricus Vroeden<sup>k</sup> XII solidos. 40
- Item dominus Iordanus de Missina ad purgandam conscienciam, qui alias contribuit sub nobis, addidit II Venetos.

<sup>\*</sup> Summa: XXVII libre cum III denariis.

fol. 30 r.

45

<sup>\*</sup> Johannes Andree *al. man.*

<sup>\*\*</sup> Nota: requiescant in pace *al. m.*

<sup>†††</sup> baro *al. m.*

45

<sup>a</sup> Bambergensis B.    <sup>b</sup> Kapingen B.    <sup>c</sup> Luzelwluo B.    <sup>d</sup> Krunbach B.    <sup>e</sup> Gebberhardus B.  
<sup>f</sup> Marck B.    <sup>§</sup> Laborcus B.    <sup>h</sup> Marspurgensis B.    <sup>†</sup> Helfenstein Boemus B.    <sup>k</sup> deest B.

50

<sup>†</sup> In margine insignia comitis de Marca picta sunt.

50



## 1304.

Racio domini H. de Steynbergh<sup>a</sup> et domini Ulrici de Erenbergh.

5 Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. III<sup>o</sup> nos de Steinberc et Ulricus de Erenberc<sup>a</sup> procuratores nacionis Theu-  
tonice has expensas fecimus in officio nostro.

## Expensa.

Primo quidem pro candelis faciendis pro nova cera  
10 XII libras et II solidos.

Item episcopo pro vernacia VIII solidos.  
Idem in predicta die purificationis Marie virginis  
capellano II libras.

Item Matheo notario pro instrumento procuracionis  
15 X solidos.

Item in die palmarum presbitero et dyacono pro  
vernacia VIII solidos.

Item pro duobus superpellicis XII libras.  
Item in die annunciacionis episcopo pro vernacia  
20 VIII solidos.

Item pedello generali V solidos.  
Item in die ascensionis episcopo pro vernacia VIII  
solidos.

Item in assumptione XXI solidos.  
25 Item pro cereis reparandis XI solidos.

Item domino priori V solidos.  
Summa: XV libre minus I solido.

## Recepta.

30 Nos vero predicti procuratores recepimus a domino de  
Friburgo et domino de Ravensberch C LXXVIII  
libras et V solidos in summa, de quibus ego Ulri-  
cus predictus recepi in parata pecunia XLIII libras  
VI solidos et VIII denarios.

35 Item a domino de Warten LVI libras et XII solidos.  
Item a dictis dominis de Friburg pro contribucione  
XXXV libras.

Item dominus Cunradus de Maguntia, iuratus, contri-  
buit XVI Venetos.

40 Item Ulricus de Erenberc<sup>a</sup> IIII libras.  
Item dominus Hermannus rector ecclesie in Awen-  
hem<sup>b</sup> XXX solidos.

Item dominus Henricus Viselero<sup>c</sup> XII solidos.  
Item dominus Henricus de Landeshut XII solidos.

45 Item dominus Iohannes de Thil<sup>e</sup> X solidos.  
Item dominus Henricus de Scheneke<sup>d</sup> XII solidos.

Item dominus Hermannus de Lichtenberc<sup>e</sup> III libras  
et dimidiam.

Item dominus Iohannes de Magenheim III libras et 10  
dimidiam.

Item dominus Wilhelmus marscalcus de Pappenheim<sup>f</sup>  
XL solidos.

Item dominus Fredericus de Scherdingen XXX solidos.  
Item dominus Reinboldus de Windecke<sup>g</sup> et dominus 15  
Iohannes<sup>h</sup> magister suus XXX solidos.

Item dominus Iacobus de Rinaia X solidos.  
Item dominus Iohannes de Bonstete<sup>b</sup> XX solidos.

Item dominus Pantaleon de Landesberg<sup>h</sup> X solidos.  
Item dominus Iohannes de Ysenbach<sup>k</sup> XII solidos. 20

Item dominus Wilhelmus de Wartenhem XX solidos.  
Item dominus Henricus de Greiffenberg XI solidos.

Item dominus Iohannes Bunno<sup>l</sup> de Wormacia<sup>m</sup> XL so-  
lidos.

Item dominus Iohannes de Picta Domo de Wormacia<sup>m</sup> 25  
XX solidos.

Item dominus Henricus dictus Berhulm XIII solidos.  
Item dominus Sygilo de Spyra<sup>n</sup> XX solidos.

Item dominus Cunradus de Lyrhem canonicus Argen-  
tinensis XXX solidos. 30

Item dominus Albertus de Castello<sup>o</sup> XL solidos.  
Item dominus Hildeboldus de Pholte et dominus Ar-  
noldus socius suus XLI solidos.

Item dominus Gotfridus de Petal XX solidos.  
Item dominus Ulricus de Chudorf<sup>p</sup> X solidos. 35

Item dominus Albertus de Tegernbach XX solidos.  
Item dominus Alhardus de Amberch<sup>q</sup> XII solidos.

Item dominus Wernherus plebanus in Hyrzhorn<sup>r</sup>  
XX solidos.

Item dominus Fredericus de Hador<sup>s</sup> XXX solidos. 40  
Item dominus Fredericus de Bludons XI solidos.

Item dominus H. de Kiburg VIII solidos.  
Item dominus Rodegerus de Platzheim<sup>t</sup> XXV solidos.

Item dominus Henricus de Wogenberg XII solidos.  
Item dominus Engelbertus de Estonia<sup>u</sup> XL solidos. 45

Item dominus Burchardus de Estonia XXX solidos.

<sup>a</sup> in Gelria *ol. man.*      <sup>\*\*</sup> Argentinensis *ol. m.*

50 <sup>a</sup> Erenberg B.      <sup>b</sup> Awenheim B.      <sup>c</sup> de Viselero B.      <sup>d</sup> Schenech B.      <sup>e</sup> Liechtenberg B. 50  
<sup>f</sup> Pappenheim B.      <sup>g</sup> Windeck B.      <sup>h</sup> Bonstet B.      <sup>i</sup> Argentinensis B.      <sup>k</sup> Isenbach B.      <sup>l</sup> Bunno B.  
<sup>m</sup> Wormatia B.      <sup>n</sup> Spira B.      <sup>o</sup> Casteallo B.      <sup>p</sup> Chudorff B.      <sup>q</sup> Amberg B.      <sup>r</sup> Hirtzhorn B.  
<sup>s</sup> Hadorn B.      <sup>t</sup> Platzem B.      <sup>u</sup> Estovia A et B.



Item dominus Wittekinus de Muilhusen <sup>a</sup> X solidos.	Item dominus Henricus de Lancendorf <sup>e</sup> X solidos.	
Item dominus Wernherus de Swerzen XXX solidos.	Item dominus Cunradus de Madelaha X solidos.	
Item dominus Grachfo <sup>b</sup> de Bollo X solidos.	Item dominus Albertus de Ebersberg canonicus Erbi-	
Item dominus Cunradus Dachso de Augusta VII solidos.	polensis <sup>f</sup> XL solidos.	
5 Item dominus Manegoldus de Augusta V solidos.	Item dominus Erenfridus custos Nuwen-	} L solidos. 5
Item dominus Wernherus de Grisen XXX solidos.	burgensis <sup>g</sup>	
Item dominus Hartwicus de Northusen XXV solidos.	Item dominus Otto magister suus	} VI libras. 10
Item dominus Syfridus de Halle XV solidos.	Item dominus Gerlacus comes de Nas-	
Item dominus Hermannus de Erfordia XV solidos.	sowe <sup>h</sup>	
10 Item dominus Gotscalcus de Northusen XV solidos.	Item dominus Syfridus de <sup>i</sup> Runkel	} VI libras. 10
Item dominus Gotfridus de Naza <sup>e</sup> X solidos.	Item dominus Henricus magister eorum	
Item dominus Henricus de Waldesberg canonicus	Item dominus Arnoldus de Cruenaco <sup>k</sup> VIII solidos.	
Nuwenburgensis <sup>l</sup> XX solidos.	Item dominus Wernherus de Alzeia <sup>l</sup> XX solidos.	
Item dominus Cunradus de Nuwenburg X solidos.	Item dominus Henricus XXX solidos.	
15		15

## 1305.

## Racio dominorum Nycolai de Frowenvelt et Theoderici de Magenheym.

20 In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. V, proxima dominica post epiphaniam Do-  
mini, congregata natione Theutonicorum apud ecclesiam suam pro novis procuratoribus sancte Marie officii  
creandis, nos Nicolaus rector ecclesie in Windische dictus de Frowenvelt et Theodericus dictus de Meggen-  
heim in procuratores dicti officii concorditer electi confitemur a nostris precessoribus summam pecunie in-  
frascriptam integraliter recepisse, videlicet CC XVI libras et XIII denarios Bononienses, cuius pecunie  
25 pro mea parte mihi Nicolao de Frowenvelt predicto a meo precessore, videlicet domino Frederico de Cöt-  
wich C III libre et XIII solidi fuerunt integraliter presentate. De residuo autem, videlicet CXII libris,  
VIII solidis et II denariis mihi Theoderico de Meggenhem predicto precessor meus dominus Ulricus de Eren-  
bere satisfacere tenebatur.

Nota etiam quod ego Nycolaus de Frowenvelt predictus recepi a domino Frederico III libellos,  
30 VI cartas instrumentorum et sigillum nacionis. 30

## Recepta domini Nycolai.

Ego Nicolaus de Frowenvelt predictus a supervenien-  
fol. 30 v. tibus de novo pecuniam infrascriptam me confiteor  
35 recepisse.

In primis dominus Albertus de Ebersberg<sup>m</sup> canonicus  
Herbipolensis XL solidos.

Item dominus<sup>n</sup> Erenfridus custos Niwenburgensis pro  
se et magistro suo L solidos.

40 Item dominus Rü. de Argentina canonicus ecclesie  
sancti Deodati<sup>o</sup>, Tullensis dyocesis XV solidos.

Item dominus Bernhardus de Constancia V solidos.

Item frater Otto de<sup>p</sup> Altach VII solidos.

Item frater Uco de Altach<sup>q</sup> VII solidos.

45 Item dominus Waltherus de Baswihe<sup>r</sup> X solidos.

Item dominus Wilhelmus de Montalt XL solidos.

Item frater Ul. de Metem III solidos.

\* Item dominus H.<sup>s</sup> de Wechmar<sup>o</sup> XXX solidos.

Item dominus H.<sup>s</sup> de Rainstain<sup>t</sup> XI Venetos. 35

Item dominus Wilhelmus canonicus Traiectensis  
XXV solidos.

Item dominus Cunradus de Kinkel<sup>u</sup> canonicus Argen-  
tinensis.<sup>oo</sup>

Item dominus Guntherus de Hugwitz<sup>v</sup> XII solidos. 40

Item dominus Iohannes de Gorlitze XII solidos.

Item dominus Theodericus de Panwitz<sup>w</sup> XV so-  
lidos.

Item dominus . . de Rynach ad purgandam conscien-  
ciam II solidos. 45

\* Herbipolensis *al. man.*\*\* non contribuit *al. m.*

<sup>t</sup> Mulhusen B.      <sup>b</sup> Grachfo B.      <sup>c</sup> Haza B.      <sup>d</sup> Nuvenberg B.      <sup>e</sup> Lancendorf B.  
Herbipolensis B.      <sup>z</sup> Nuvenburgensis B.      <sup>h</sup> Nassaw B.      <sup>i</sup> deest B.      <sup>k</sup> Crutenaco B.      <sup>l</sup> Alzeia B.  
50 <sup>m</sup> deest B.      <sup>n</sup> deest B.      <sup>o</sup> Theodati B.      <sup>p</sup> de deest B.      <sup>q</sup> deest B.      <sup>r</sup> Baswich B.      <sup>s</sup> Henricus B. 50  
<sup>t</sup> Rainstain B.      <sup>u</sup> Kinkel B.      <sup>v</sup> Hugewitze B.      <sup>w</sup> Panwitz B.



<p>Item dominus . . . Tahse ad purgandam conscienciam VII solidos.</p> <p>Item dominus Wintherus<sup>a</sup> canonicus Mosburgensis X solidos.</p> <p>5 Item dominus Otto dictus Swartz<sup>b</sup> X solidos.</p> <p>Item dominus Theodericus plebanus in Friberg<sup>c</sup> XX solidos.</p> <p>Item dominus Iohannes plebanus in Friberg<sup>c</sup> pro se et socio suo Dilmanno<sup>d</sup> XVI solidos.</p> <p>10 Item dominus Iohannes canonicus Buznensis<sup>e</sup> VIII solidos.</p> <p>Item dominus Nicolaus de Friberg dictus de Bowirtz<sup>f</sup> VI solidos.</p> <p>Item dominus . . . rector in Bolle VI solidos.</p> <p>15 Item dominus H. de Bibrach VI solidos.</p> <p>Item dominus Marquardus, socius domini Berengeri dicti Grans, iuratus, dedit X solidos.</p> <p>Item dominus Ulricus rector in Birchenbach<sup>g</sup> X solidos.</p> <p>20 Expensa.</p> <p>Hee sunt expense, quas ego Nicolaus de Frowenvelt de pecunia nacionis feci.</p>	<p>In primis dedi Matheo notario pro instrumento procuracionis et recepcionis pecunie VIII solidos.</p> <p>Item priori fratrum pro pictancia XL solidos.</p> <p>Item in die purificationis pro cera VII libras et sex solidos. 5</p> <p>Item pro cendeto ad cortinas XIII libras et XIII solidos.</p> <p>Item pro tabula XII libras minus IX denariis.</p> <p>Item pro seta et cordellis IIII libras et X solidos.</p> <p>Summa expensarum: XXXIX libre XVI solidi et III denarii. 10</p> <p>Quidam ad purgandam conscienciam contribuit VIII solidos.</p> <p>Item quidam alius III solidos.</p> <p>Item dominus Bernhardus de Wessenbere, iuratus, contribuit XX solidos. 15</p> <p>Item dominus Iohannes rector ecclesie in Teugen XL solidos.</p> <p>Item dominus Iohannes rector ecclesie in Stuntzingen XVIII solidos.</p> <p>Item dominus Remboto de Nitbere XL solidos. 20</p> <p>Item dominus Dietherus de Calhem XIII solidos.</p> <p>Summa tocius recepti: C XXX V libre XV solidi et IIII denarii.</p>
--	---

25

25

## 1305.

## Racio eorundem procuratorum.

<p>30 Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>, dominica proxima post epiphaniam Domini, domino Nicolao advocato dicti de Frowenvelt et domino Theoderico de Meckinheim constitutis procuratoribus nacionis Theutonicorum a suis antecessoribus, scilicet domino Ulrico de Erenberg et domino Frederico de Austria, CC XVI libre cum IIII denariis Bononiensibus, de quibus apud dictum Theodericum de Meckinheim C XII libre cum VIII solidis et II denariis, residue scilicet C III libre cum XIII solidis, que apud dominum Fredericum fuerunt, 35 predicto domino advocato sunt, ut asserit, assignate.</p>	<p>Recepta domini Theoderici.</p> <p>Item predictus Theodericus de Meckinheim recepit a supervenientibus de novo pecuniam infrascriptam.</p> <p>40 Dominus Gerlacus comes de Nassowe Item dominus Syfridus de Runckel Item dominus Henricus, magister eorundem } VI libras.</p> <p>Item dominus Richoldus de Westfalia X solidos.</p> <p>45 Item dominus Gerhardus de Arnsholden V Venetos. Item dominus Iohannes Zvirensis<sup>h</sup> canonicus X solidos.</p>
--	--

\* Clivensis *al. man.*

50

50

<sup>a</sup> Wurtherus *B.*    <sup>b</sup> *deest B.*    <sup>c</sup> Friberg *B.*    <sup>d</sup> Tilmannus *B.*    <sup>e</sup> Butznensis *B.*    <sup>f</sup> N. Bowirtz  
 Fribergensis *B.*    <sup>g</sup> Birkenbach *B.*    <sup>h</sup> Zvirensis *B.*    <sup>i</sup> Winnardus *B.*    <sup>k</sup> Westfalia *B.*    <sup>l</sup> Braunschwig *B.*  
 Acta nationis Germanicæ. 8



Item dominus Henricus Graeculus <sup>a</sup> de Saxonia X solidos.	Item dominus Cunradus de Nürenberg <sup>n</sup> XX solidos.
Item dominus Henricus de Einbeckin X solidos.	Item dominus Henricus rector Cellensis XX solidos.
Item dominus Wernherus de Richinbach XXIII solidos.	Item dominus Helfricus de Leyz <sup>o</sup> XXX solidos.
5 Item dominus Eckardus custos ecclesie in Brunswic <sup>b</sup> XL solidos.	Item dominus Bertoldus de Debrun <sup>p</sup> XIII solidos.
Item dominus Henricus Northman <sup>c</sup> de Saxonia	Expensa.
10 Item dominus Engelbertus de Zvirin <sup>d</sup>	Hec est summa expensarum de rebus et in rebus ecclesie nostre factarum:
Item dominus Iohannes de Hosterode X solidos.	Primo Matheo notario pro instrumento VIII solidos.
Item dominus Iohannes de Liesberg XVI solidos.	Item in vigilia purificationis magistris cereos faciendis ad debibendum III solidos.
Item dominus Eberhardus de Fredeberg X solidos.	Item episcopo pro vernacia VIII solidos.
Item dominus Iohannes de Waldecken XXX solidos.	Item pro cera et cereis faciendis VII libras et VI solidos.
15 Item dominus Iohannes de Lumersheim <sup>e</sup> XXX solidos.	Item in festo annunciacionis episcopo pro vernacia VIII solidos.
Item dominus Cunradus dictus Ponteys de Wormacia <sup>f</sup> XXX solidos.	Item in festo palmarum Predicatori legenti passionem Domini pro vino III solidos.
Item dominus Nycolaus de Lunenburg <sup>g</sup> X solidos.	Item pro cereis reficiendis XXI solidos.
20 Item dominus Iohannes de Kircoywe <sup>h</sup> XIII solidos.	Item pro exemplo originali privilegiorum nacionis nostre et pro ipso insinuando XIII solidos minus 20 duobus denariis.
Item dominus Iohannes de Buch XVI solidos.	Item in festo Nicolai episcopo pro vernacia VIII solidos.
Item dominus Zabulo XX solidos.	Item pictori tabule et magistro facienti eam pro lignaminibus XII libras minus X denariis.
Item dominus Fredericus de Frideberg <sup>i</sup> X solidos.	Item pro instrumento super tabula II solidos.
Item dominus Iohannes de Porzheim <sup>k</sup> VI solidos.	Item pro calice XIX libras.
25 Item dominus Ekehardus de Wizense X solidos.	Item sartori de cortinis ad latera altaris faciendis pro labore suo XLV solidos.
Item dominus Henricus de Gwerna <sup>l</sup> XVI solidos.	
Item dominus Rudolphus de Northusen XX solidos.	
Item dominus Cunradus Kimo <sup>m</sup> XV solidos.	

30

30

## 1306.

## Racio dominorum Alberti de Eberberg et Perngeri dicti Grans.

35 Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>, dominica post epiphaniam Domini proxima, domino Alberto de Ebersberg 35 et domino Perngero dicto Grans constitutis procuratoribus nacionis Theutonicorum a suis antecessoribus, scilicet domino Nicolao advocato de Frowenvelt et domino Theoderico de Meckenheim, C XC IX libras  
fol. 31 r. II solidos et II denarios receperunt, de quibus ad dominum Albertum de Ebersberg XCVI libre XI solidi et unus denarius pervenerunt, ad dominum Perngerum Gransonem vero CII libre XI solidi et I denarius  
40 similiter pervenerunt.

In officio autem domino Perngero procedente, sicut sibi secundum consuetudinem iniunctum fuerat, se recepisse a supervenientibus confitetur:

## Recepta.

45 Dominus Hermannus plebanus in Ötling<sup>q</sup>, iuratus, con- tribuit X solidos.

Item dominus Chunradus de Lapie canonicus Pabensis IIII libras.

Item dominus Her. in secunda ecclesia sancti Ia. canonicus Pabensis XXIII solidos.

## Expensa.

45 Hec est summa expensarum de rebus ecclesie factis in negociis nacionis.

<sup>a</sup> Graeculus B.    <sup>b</sup> Braunschwig B.    <sup>c</sup> Nortman B.    <sup>d</sup> Zuirin B.    <sup>e</sup> Luinersheim B.  
50 <sup>f</sup> Wormatia B.    <sup>g</sup> Lunenburg B.    <sup>h</sup> Kirkowe B.    <sup>i</sup> Fridenberg B.    <sup>k</sup> Porzeim B.    <sup>l</sup> Guerna B. 50  
<sup>m</sup> Kunno B.    <sup>n</sup> Nurinberga B.    <sup>o</sup> Leitz B.    <sup>p</sup> Debrun B.    <sup>q</sup> Oetling B.



- Feliciano notario pro instrumento VIII solidos.  
 Item domino priori de ferramentis factis ad cortinas  
 XI solidos minus II denariis.  
 Item quando cerei dabantur ad reparandum II solidos.  
 5 Item pro cereis faciendis minus V denariis VIII libras  
 XI solidos.  
 Item in die palmarum legenti passionem X solidos.  
 Item cantanti missam II solidos.  
 Item pro tegumento tabule III solidos.  
 10 Item pro adapcione tabule cum ferro III solidos.  
 Item pro corda ferrea et anulis ferreis III solidos.  
 Item pro sacco, in quo portabantur res nacionis in  
 discordia, II solidos.  
 Item in die ascensionis Domini domino rectori Citra-  
 15 montano et sociis eius pro sacrificio XVI solidos.  
 Item pro refectione candelarum, que in rumore rum-  
 pebantur\*, IX solidos.
- Item pro refectione alterius candeles III solidos.  
 Item in purificatione domino episcopo VIII solidos.  
 Item pictori pro additamento sui laboris L solidos.  
 Item in discordia, quam habuimus cum Polonis, hono-  
 rando advocatos et alias personas VII libras. 5  
 Item de procuratorio<sup>1</sup> VI solidos.  
 Item pro papiro et incaustro, cum scripsimus inter  
 nos et Polonos, I solidum.  
 Item pedello, cum vocavit nacionem in die, quando  
 confirmatum fuit statutum inter nos et Polonos, 10  
 III solidos.  
 Item, cum veniret ad ecclesiam nostram archidiaconus  
 de Polonia, pro sacrificio XIII solidos.  
 Item illis, qui portaverunt duabus vicibus ad Predi-  
 catores et Minores ornatum ecclesie, II solidos. 15  
 Item Feliciano notario pro scripturis factis in lite  
 nostra XXX solidos.

20

1309.

20

Racio dominorum Otthonis de Cotbuz canonici maioris ecclesie Madeburgensis et Alberti  
 de Hohenvels canonici Eystetensis.

Nota, quod hic vacaverat natio tribus annis, quibus non fuit studium, et interim res et  
 25 pecunia fuerunt in monte sancti Michaelis conservata. 25

Anno Domini M.<sup>o</sup> CCC.<sup>o</sup> IX., XIII<sup>o</sup> Kalendas Octobris, domino Otthone<sup>a</sup> dicto de Chotbuz canonico  
 Madeburgensi et domino Alberto de Hohenvels canonico ecclesie Eystetensis constitutis procuratoribus  
 nacionis Theutonicorum, receperunt a domino Wernhero de Fravenvelt syndico nacionis antedictae C et  
 30 LXXI libras Bononienses, que pecunia in monte Sancti Michaelis apud fratres ipsius ecclesie tempore pri-  
 vacionis studii fuit deposita et fideliter conservata. 30

Preterea ego Albertus de Hohenvels antedictus a supervenientibus recepi pecuniam infrascriptam.

Recepta:

- 35 Primo dominus Eberhardus de Ruthelingen<sup>b</sup>, iuratus,  
 contribuit VIII solidos.  
 Item dominus Iohannes de [Bustria]<sup>c</sup> VIII solidos.  
 Item dominus H. de Austria VIII solidos.  
 Item dominus Gotfridus de Babaria<sup>d</sup> VI solidos.  
 40 Item dominus Petrus de Niwenhoven<sup>e</sup> XX solidos.  
 Item dominus Arnoldus dictus Minnenpech<sup>f</sup> X so-  
 lidos.  
 Item dominus Henricus de Weizenkirchen<sup>g</sup> VIII so-  
 lidos.
- Item dominus Eglolfus de Roschach<sup>h</sup> XXXVI solidos.  
 Item dominus Marequardus de Spira XVI solidos. 35  
 Item dominus Syfridus de Constancia<sup>i</sup> VI solidos.
- Preterea ego Otto de Kothebuz<sup>k</sup> canonicus Maden-  
 burgensis a supervenientibus recepi pecuniam in-  
 frascriptam: 40
- Primo pro me et pro magistro meo III libras.  
 Item dominus Iohannes de Hedingin<sup>l</sup>, iuratus, contri-  
 buit XX solidos.  
 Item dominus Cunradus de Lachen XX solidos.

45

45

\* Poloni *al. u.*

<sup>a</sup> Ottone de B.

<sup>b</sup> Rutlingen B.

<sup>c</sup> Blonimental B.

<sup>d</sup> Bavaria B.

<sup>e</sup> Nuwenhowen B.

<sup>f</sup> Arnoldus Minnenpech B.

<sup>g</sup> Witzkenkirchen B.

<sup>h</sup> Rosbach B.

<sup>i</sup> Constantia B.

<sup>k</sup> Kotbuz B.

<sup>l</sup> Hedingen B.

50

50

<sup>1</sup>) *id est de procuratorio instrumento.*

<sup>2</sup>) *Nomen propter lituram non legendum ex alio loco apparet, cf. pag. 61, 34.*

8\*



<p>Item dominus Andreas de Lubeke<sup>a</sup> de Saxonia XII solidos.</p> <p>Item dominus Lüdewicus de Marburg<sup>b</sup> XX solidos.</p> <p>Item dominus Fredericus de Lirhem<sup>c</sup> pro se et magistro suo XLVIII solidos.</p> <p>Item dominus Petrus Merswin<sup>d</sup> de Argentina V solidos.</p> <p>Item dominus Iohannes de Warre<sup>e</sup> de Argentina III solidos.</p> <p>Item dominus Hermannus de Gosfelde<sup>f</sup> de Argentina III solidos.</p> <p>Item dominus Eberhardus de Argentina III solidos.</p> <p>Item frater Tilmanus de Rôde<sup>g</sup> XVIII solidos.</p> <p>Item dominus Albertus de Krekewitz<sup>h</sup> XII solidos.</p> <p>Item dominus Cristianus de Landesberk<sup>i</sup> XIII solidos.</p> <p>Item dominus Waltherus prepositus in Pozewak<sup>k</sup> XXX solidos.</p> <p>Item dominus Bertramus de Cremzow<sup>l</sup> XVI solidos.</p>	<p>Item dominus Theodericus de Stigelitz X solidos.</p> <p>Item dominus Lüdewicus comes de Strazberg, cantor ecclesie Argentinensis, VIII libras et X solidos.</p> <p>Item dominus Arnoldus de Rormos<sup>m</sup> XXX solidos.</p> <p>Item dominus Lutoldus, magister domini de Strazberg, 5 XIII solidos.</p> <p>Item dominus Nicolaus de Argentina X solidos.</p> <p>Item dominus Burchardus de Argentina X solidos.</p> <p style="text-align: center;">Expensa. 10</p> <p>Preterea antedicti procuratores in usus ipsius ecclesie expenderunt pecuniam infrascriptam:</p> <p>In primis pro cera et faciendis cereis de novo XLIII libras minus I solido.</p> <p>Item Feliciano notario pro tribus instrumentis III libras. 15</p> <p>Item in die Katherine episcopo X solidos.</p> <p>Item in die Nicolai III solidos.</p> <p style="text-align: right;">Summa distributorum XLVII libre et XII solidi.</p>
--	--

20

1310.

20

Racio dominorum Cunradi dicti de Crusemarc de Saxonia et Henrici dicti Berhusel de Reno.

In nomine Domini. Amen. Anno incarnationis Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. X<sup>o</sup> proxima dominica post epiphaniam convocata nacione Theothonicorum more solito apud ecclesiam suam novos ad creandum procuratores, et domino Cunrado dicto de Crusemarc<sup>a</sup> de Saxonia necnon domino Henrico dicto Berhusel de Reno<sup>b</sup> procuratoribus sue misse a dicta nacione comuni consensu constitutis, ab antecessoribus suis confitentur se integraliter recepisse centum LVI libras Bononienses cum III solidis, ita tamen quod ad quemlibet ipsorum divisim pro medietate pervenit pecunia memorata.

30

fol. 31 v.

Recepta:

<p>Nos autem supradicti procuratores a supervenientibus recepimus pecuniam infrascriptam:</p> <p>Dominus Guntherus de Magdeburg<sup>p</sup>, iuratus, contribuit et donavit XVI solidos.</p> <p>Item dominus Iohannes de Cruchdal<sup>q</sup> de Svevia XX solidos.</p> <p>Item dominus Gundacarus de Patavia XII solidos.</p> <p>Item dominus Henricus de Smedeberg<sup>r</sup> VII solidos.</p> <p>Item dominus Bertoldus de Crocher<sup>s</sup> alias Droyseo VI solidos.</p> <p>Item dominus Fredericus comes dictus de Zolre<sup>t</sup> contribuit pro se et duobus sociis, videlicet do-</p>	<p>minis Frederico<sup>u</sup> et Waltero<sup>v</sup> fratribus dictis Scenken<sup>u</sup>, ac magistro suo domino Wernhero, rectori ecclesie in Guscclringhe<sup>v</sup>, XII libras et XVI solidos.</p> <p>Item dominus Ulricus de Sebergh<sup>w</sup> XX solidos.</p> <p>Item dominus Rykelmus VII solidos.</p> <p>Item dominus Ulricus de Constancia<sup>x</sup> VI solidos.</p> <p>Item dominus Mathias de Colonia II libras.</p> <p>Item dominus Iohannes de Gramzowe<sup>y</sup> canonicus regularis X solidos.</p> <p>Item dominus Henricus canonicus regularis de Braydeborch<sup>z</sup> X solidos.</p> <p>Item dominus Iohannes dictus Seckel X<sup>aa</sup> solidos.</p>
---	--

45

\* Argentinensis *al. w.*

45

<p><sup>a</sup> Lubeck B.</p> <p><sup>b</sup> Rode B.</p> <p><sup>m</sup> Kormos B.</p> <p><sup>r</sup> Medeberg B.</p> <p><sup>x</sup> Constantia B.</p>	<p><sup>b</sup> Marpur B.</p> <p><sup>n</sup> Cunrado Crusenmarck B.</p> <p><sup>s</sup> Krocher B.</p> <p><sup>y</sup> Granzowe B.</p>	<p><sup>c</sup> Lirhen B.</p> <p><sup>l</sup> Landesberg Argentinensis B.</p> <p><sup>t</sup> Zoler B.</p> <p><sup>z</sup> Braydeberg B.</p>	<p><sup>d</sup> Mersuin B.</p> <p><sup>o</sup> Renensi B.</p> <p><sup>u</sup> Schenken B.</p> <p><sup>aa</sup> sexdecim B.</p>	<p><sup>e</sup> Wart B.</p> <p><sup>p</sup> Madeburg B.</p> <p><sup>v</sup> Gusccltinge B.</p>	<p><sup>f</sup> H. Gosfeldt B.</p> <p><sup>l</sup> Kreinkowe B.</p> <p><sup>q</sup> Cruebdal B.</p> <p><sup>w</sup> Seberg B.</p>
---	---	--	--	--	---

<sup>1)</sup> Cf. Stillfried u. Maercker, Monumenta Zollerana I no. 242 et 259; et Stillfried u. Maercker, Hohenzollernsche Forschungen I pag. 175 sqq. <sup>2)</sup> Cf. Monumenta Zollerana I no. 259. <sup>3)</sup> Cf. Monumenta Zollerana I no. 236 de 1296, Mai 1: Wernher de scriber von Zolre et no. 242 de 1298, Aug. 13: Wernherus notarius prefati comitis de Zolre, rector ecclesie in Gossolvingen.



- Item dominus Nycolaus dictus Gruveler XVI solidos.  
 Item dominus Hermannus de Lacu X solidos.  
 Item dominus Henricus Strumo<sup>a</sup> XXV solidos.  
 Item dominus Otto de Constancia<sup>b</sup> X solidos.  
 5 Item dominus Iohannes de Constancia<sup>b</sup> rector in Scevensborch<sup>c</sup> XXX solidos.  
 Item Stephanus de Constancia<sup>b</sup> X solidos.  
 Item dominus Hermannus de Othyinghe<sup>d</sup> XXX solidos.  
 Item dominus Lippoldus de Vulfsteyn<sup>e</sup> XL solidos.  
 10 Item dominus Iohannes de Thurego VII solidos.  
 Item dominus Burchardus de Argentina VI solidos.  
 Item dominus Iohannes de Constancia<sup>b</sup> VII solidos.  
 Item dominus Ulricus de Ropelsteyn<sup>f</sup> canonicus Argentinensis III libras.  
 15 Item dominus Petrus rector ecclesie in Dyenkon<sup>g</sup> VI libras.  
 Item dominus Cunradus de Engelstat, iuratus.  
 Item dominus Albertus dictus de Porta LXX solidos.  
 Item dominus Wernherus de Stecheliz, iuratus.  
 20 Item dominus Iohannes de Magdeborch<sup>h</sup>, iuratus, XVI solidos.  
 Summa receptorum a supervenientibus est: XLVII libre et I solidus.  
 In discordia, quam habuit nacio nostra cum quodam  
 25 Ungaro<sup>\*\*</sup> et sibi adherentibus, qui se ingesserat rectoris<sup>i</sup> officio versucis et dolis pro se et adherentibus, videlicet Burgundis, Polonis, Bohemis et Vasconibus, expendit pecuniam infrascriptam. In primis quidem dominus Walterus prepositus in  
 30 Poswolc, qui nostre et sibi adherentium nacioni tunc fuit capitaneus sive prepositus constitutus, ipsius nomine et mandato propinavit domino auditori causarum domini cardinalis in electuario VIII libras.  
 35 Item scolari domini auditoris ad emendum caligas XXVI solidos.  
 Item custodi porte sue X solidos.  
 Item dommicellis suis ad debibendum in vernacia III solidos.  
 40 Item domino Andree advocato in causa coram domino auditore XII libras.  
 Item advocato, qui defenderat causam in palacio coram vicario Potestatis, III libras.  
 Item idem dominus prepositus nomine et consensu  
 45 nostre nacionis vestiendo Colam bedellum generalem, qui tunc nobis in convocando, pronunciando et reliquis sui officii tunc nobis necessariis viriliter adhesit, in panno<sup>k</sup> expendit VII libras et XII solidos.  
 Item pro subductu de sindato III libras et II solidos.  
 Item pro capucio et sutura vestium XXIII solidos. 5  
 Summa: XXXVIII libre minus duobus solidis.  
 Ad recuperandum autem [nacionis]<sup>l</sup> nostre pecuniam vel eius partem vel saltem eam, que expensa est pro vestitu bedelli apud nationem, instantes optinimus collectam de marca reddituum vel 10 sumptuum, cuiuslibet III pitzilinos, ex qua collecta recepimus pecuniam infrascriptam:  
 Dominus Ludewicus comes de Straisbere pro se et magistro unum florenum et VI solidos.  
 Item dominus Arnoldus de Rormos, socius domini 15 comitis, VII solidos et VI denarios.  
 Item dominus Fredericus comes de Solre<sup>m</sup> pro se et duobus sociis et magistro III libras et III solidos.  
 Item dominus Fredericus de Lyrheim pro se et magistro XII solidos. 20  
 Item dominus Otto de Kotbuz pro se et magistro XV solidos.  
 Item dominus Bertoldus de Crocher vel Droysco XVII solidos et VI denarios.  
 Item dominus Cunradus contribuit XXV solidos. 25  
 Item dominus prepositus de Poswolc VIII solidos.  
 Item dominus Christianus III solidos.  
 Item dominus Bertramms III solidos.  
 Item dominus Theodericus III solidos.  
 Item dominus Crekewiz III solidos. 30  
 Item dominus Guntherus III solidos.  
 Item dominus Henricus de Smedebergh II solidos.  
 Item dominus Iohannes de Cruchdal V solidos.  
 Item dominus de Bustria II solidos.  
 Item dominus Hermannus de Bavaria II solidos et VI 35 denarios.  
 Item dominus Arnoldus Mynnenbeke II solidos et VI denarios.  
 Item dominus Fredericus de Nurenberch II solidos et VI denarios. 40  
 Item dominus Henricus II solidos.  
 Item dominus Cunradus de Spyra V solidos.  
 Item dominus Merclinus de Spyra III solidos.  
 Item frater Thilmannus III solidos et VI denarios.  
 Item dominus Eghnolfus IX solidos. 45  
 Item dominus Ulricus de Sebeke V solidos.

\* baro *al. m.*\*\* Cum Ungaro 8 libras impendimus *al. m.*

50 <sup>a</sup> de Stramo *B.* <sup>b</sup> Constantia *B.* <sup>c</sup> Stevesberg *B.* <sup>d</sup> Othingen *B.* <sup>e</sup> baro de Wolfstein *B.* 50  
<sup>f</sup> Ropelstein *B.* <sup>g</sup> Dienkon *B.* <sup>h</sup> Madeborg *B.* <sup>i</sup> rectorie *A.* <sup>k</sup> pando *A.* <sup>l</sup> domine *A.*  
<sup>m</sup> *suprascriptum Zoler A.*



- Item dominus Gudackarus III solidos.  
 Item dominus Waltherus Baldenwelre II solidos et VI denarios.  
 Item dominus Iohannes de Constancia II solidos.  
 5 Item dominus Everhardus II solidos.  
 Item dominus Petrus de Argentina pro se et tribus sociis suis III solidos et III denarios.  
 Item dominus Ulricus de Constancia XVIII denarios.  
 10 Item dominus Burchardus de Argentina II solidos et VI denarios.  
 Item dominus Henricus Berhusel III solidos et III denarios.  
 Item dominus Hermannus de Mysina III solidos.  
 15 Item dominus Andreas de Lubeke III solidos.  
 Item dominus Cunradus de Crusemarc IIII solidos.  
 Item dominus custos de Surborch\* X solidos.  
 Item dominus Lüdewicus V solidos.  
 Item dominus Mathias de Colonia X solidos.  
 20 Item dominus Richardus.  
 Summa receptorum de collecta est: XV libre et XV solidi.
- Expensa.
- 25 Preterea nos Henricus et Cunradus anno procuracionis nostre has fecimus expensas:  
 In festo purificationis sancte Virginis pro cereis magnis renovandis et reliquis parvis habendis pro festo III libras.  
 30 Item domino episcopo missam et vespervas celebranti  
*fol. 32r.* VIII solidos.  
 Item cantoribus pro vino II solidos.  
 Item priori et fratribus nostre ecclesie pro pictancia XL solidos.  
 35 Item in annunciacione sancte Marie cantoribus pro vino III solidos.  
 Item bedello generali, qui stacionem convocavit, II solidos.
- 40
- Item in die palmarum pro olivis et ramis palmarum V solidos.  
 Item legenti passionem et cantoribus pro vernacia VIII solidos.  
 Item in die resurrectionis Domini propinando domino 5 episcopo, qui tunc in prandio erat cum fratribus nostre ecclesie et ad ipsorum invitacionem vespervas et missam celebraverat, pro vino IIII solidos.  
 Item in die ascensionis domino episcopo in prandio similiter pro vino IIII solidos. 10  
 Item pro ligatura duorum minorum libellorum de cantu I solidum.  
 Item in assumptione beate Virginis domino episcopo VIII solidos.  
 Item pro IIII parvis cereis renovandis XIII solidos. 15  
 Item in nativitate beate Virginis domino episcopo VIII solidos.  
 Item in die omnium sanctorum domino episcopo tunc celebranti VIII solidos.  
 Item in festo sancte Katherine episcopo celebranti 20 VIII solidos.  
 Item in festo beati Nycolai episcopo celebranti missam VIII solidos.  
 Item pro cartis ad librum statutorum et rationum XX solidos. 25  
 Item Iohanni de Dusburg, qui rationes de IIII libellis antiquis exscripsit XX solidos.  
 Item Iohanni Ungaro pro exemplacione statutorum et instrumentorum XIII solidos.  
 Item miniatori statutorum XI parvulos. 30  
 \* Item pro duobus libellis de papiro pro rationibus scribendis III solidos.  
 Item pro pictura, que est in principio libri statutorum, VIII solidos et VI denarios.  
 Item pro ligatura libri statutorum et rationum II 35 solidos et VI denarios.  
 Summa expensarum est: XIII libre minus VI denariis<sup>1</sup>.

## 1311.

Racio dominorum Waltheri prepositi in Pozewac de Saxonia et Conradi de Spira rectoris ecclesie in Spirdorf de Reno.

45 In nomine Domini. Amen. Anno incarnationis eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XI<sup>o</sup>, dominica proxima post epiphaniam eiusdem convocata et congregata nacione Theotunicorum apud ecclesiam suam more solito ad creandos novos procuratores officii beate Virginis per dictam nacionem instituti, et domino Friderico de

50 \* Argentinensis *al. n.*

<sup>1</sup>) Hic fuit copia rationum iussu Henrici Berhusel et Conradi de Crusemarck anno MCCCX, procuratorum, in codicem annualem ex quatuor vetustis libris rationum transcriptarum. Sequentes rationes singulis annis exaratæ fuerunt.



de Lierheim canonico ecclesie Herbipolensis et domino Conrado rectore ecclesie in Spirdorf procuratoribus ad dictum officium communi consensu deputatis, hiidem procuratores ab antecessoribus suis in dicto officio centum sexaginta septem libras minus sex denariis Bononiensibus receperunt, cuius pecunie quantitas pro media parte ad quemlibet eorum devenit, prout instrumento super hoc confecto continetur. Ac tandem dicto domino Friderico se ex causis necessariis absentante, dominum Waltherum prepositum de Poszwalg de Saxonia<sup>a</sup> in locum eius dicta nacio deputavit.

Qui quidem procuratores a supervenientibus dominis de novo ad studium receperunt pecuniam infrascriptam:

- |   |   |
|---|---|
50 <sup>g</sup> Windisgrotz B. <sup>h</sup> Rudduti B. <sup>i</sup> Brixinensis B. <sup>k</sup> Altzkia B. <sup>l</sup> Bamberg. B.

<sup>1</sup> Sept. 22. <sup>2</sup> Pileus ducalis in margine pictus est.



Nota, quod prius de hiis quinque libris expendebatur una libra pro vino singulis annis dominis de natione, et istud modo sublatum est concorditer per totam nationem sic quod omnimodo dicta pecunia

5

per procuratores debet expendi in usus pauperum ac alios pios usus, prout in rationibus procuratorum invenerint suprascriptis.

Summa: VIII libre Bononinorum.

5

## 1346.

In nomine Domini. Amen. Anno nativitatis eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLVI, in die epyfanie, convocata  
10 nacione dominorum Theutonicorum in ecclesia Sancti Frigidiani, in qua consuevit dicta nacio convocari ad  
novos procuratores procreandos, domini de natione datis electoribus, ut moris est, iidem electores una cum  
procuratoribus antiquis, auctoritate eis tradita a natione predicta, unanimiter elegerunt nos, videlicet Theo-  
doricum custodem de Medburg et Wernherum de Tettingen<sup>a</sup> canonicum Augustensem, in procuratores et  
negociorum gestores nationis predictae secundum formam statutorum eiusdem. Et nos iamdicti procuratores  
15 recognoscimus et fatemur, nos dicte nationis nomine infrascriptam pecuniam recepisse et prout inferius no-  
tatum est expendisse:

Et primo recepimus ab honorabilibus viris dominis  
antecessoribus nostris, videlicet domino Hermanno  
plebano in Grezza et domino Chünrado de Austria  
20 plebano Sancti Andree in Mekental Pataviensis  
diocesis, quinquaginta libras Bononinorum XIII so-  
lidos et VI denarios cum tribus florenis.

Item a supervenientibus:

25 Primo a domino Walthero de Bopfingen<sup>b</sup> canonico  
Augustensi II libras Bononinorum.

Item a domino Marquardo de Krewelsham VIII so-  
lidos.

Item a domino Berhtoldo de Sigmaringen<sup>c</sup> Co[n]stan-  
30 ciensis diocesis VIII solidos Bonon.

Item a domino Petro de Wismaria X solidos Bonon.

Item a domino Wolframo de Misna XXXII solidos Bon.

Item a domino Wernhero de Misna VI solidos.

Item a domino Hermanno de Aldendorf canonico  
35 Monasteriensi XV solidos.

Item a domino Wiselo de Fridberg V solidos.

Item a domino Themone<sup>d</sup> de Rotenburg Missensis<sup>e</sup>  
diocesis XXVI solidos.

Item a domino Hainrico de Osenbrugge<sup>f</sup> Kaminensis  
40 diocesis VIII solidos.

Item a domino Christiano de Kamin<sup>g</sup> eiusdem diocesis  
VIII solidos.

Item a domino Hermanno de Enklem<sup>h</sup> Kaminensis<sup>i</sup>  
diocesis VI solidos.

45 Item a domino Bartolomeo de Enklem eiusdem dio-  
cesis VI solidos.

Item a domino Útrico XI solidos et III denarios.

Item a domino Iacobo de Ravenspurge Co[n]stanciensis

diocesis rectore ecclesie in Wissenkirch<sup>k</sup> Seggemen-  
sis diocesis III libras et V solidos.

Item pro penis in toto XXX solidos preter non sol-  
ventes, scilicet domino Iohanne de Lobona, qui fuit 20  
magister domini de Flisco, qui tenetur II libris pro  
penis in divinis officiis.

Summa receptorum in toto: LXVIII libre III flo-  
reni XVIII solidi et IX denarii.

25

Hec sunt distributa per nos predictos Theodoricum  
et Wernherum procuratores de predictis perceptis  
per nos.

Primo in principio officii nostri in computacione III  
solidos pro vino.

30

Item in purificatione beate Marie XVII libras XXII  
denarios pro candelis.

Item eodem die priori nostro apud ecclesiam nostram  
II libras.

Item portantibus candelas de stacione ad ecclesiam 35  
nostram XIII denarios.

Item in die palmarum pro palmis V solidos denariorum.

Item cantoribus in festo pasche VIII solidos.

Item in festo annunciacionis beate Virginis VIII so-  
lidos.

40

Item in festo ascensionis in vesperis eidem IIII so-  
lidos.

Item in festo pentecostes eidem VI solidos.

Item in festo corporis Cristi eidem IIII solidos.

Item in festo assumptionis uni eorum tantum III so-  
lidos quia solus fuit.

Item in nativitate beate Virginis eidem iterum III  
solidos.

50 <sup>a</sup> Tettingen B. <sup>b</sup> Popfingen B. <sup>c</sup> Signungen B. <sup>d</sup> Chemon B. <sup>e</sup> Missensis B. <sup>f</sup> Ossen-  
brugge B. <sup>g</sup> Camen B. <sup>h</sup> Enklein B. <sup>i</sup> Caminensis B. <sup>k</sup> Weisenkirch B.



- Item in racione, quam fecimus in exaltacione sancte Crucis, quando propter recessum mei Theoderici successit mihi in predicto officio dominus Iohannes de Herbipoli, I libram pro vino et confectionibus.  
5 Summa: XXII libre VII solidi.
- \* Hec sunt expense<sup>a</sup> facte in causa, quam magister Rüdolfus quondam procurator nacionis ipsius in recessu suo [movit], quam causam ipsa nacio sibi  
10 tunc defendendam assumpsit in curia episcopali, quia dominus Iohannes occasione quorundam verborum, que tamquam procurator habuit, conventus fuit, in qua quidem Rüdolfus ibidem succubuit:  
Inprimis videlicet domino Bartolucio advocato nostro  
15 II florenos.  
Item postea eidem unum florenum.  
Item notario universitatis pro actis compositionis dudum facte de predictis verbis exemplandis et aliis instrumentis faciendis II libras.  
20 Item notariis in consistorio episcopi successive IX solidos.  
Item pro sapiente seu consultore adiuncto vicario, qui supradictus sapiens fuit abas Sancti Proculi, XV solidos.  
25 Item pro summa et copia actorum sub manu publica XXIII solidos.  
Summa: III floreni IIII libre et VII solidi Bononienses.
- 30 Hec sunt expense facte in causa, quam idem magister Rüdolfus movit nobis Theoderico et Wernhero procuratoribus predictis et nacioni coram rectore, in qua eciam succubuit:  
Primo domino Bartolucio advocato nostro III libras.  
35 Item eidem successive IIII libras.  
Item sindico in causa predicta primo XXX solidos.  
Item eidem postea I libram.  
Item notario universitatis in causa predicta unam libram et unum grossum pro papiro.  
40 Item Petro notario universitatis pro instrumentis XII solidos.  
Item eidem pro papiro unum solidum.  
Item uni notario scribenti publicum instrumentum super quadam requisicione rectoris in domo sua  
45 IIII solidos.
- Item cuidam scribenti in domo advocati II solidos.  
Item cuidam nuncio qui missus fuit per nacionem in causa predicta V libras et II solidos.  
Item componentibus et scribentibus literas missas per eundem nuncium X solidos pro vino. 5  
Item honoravimus dominum Paulum de Lazariis<sup>1</sup>, qui datus fuit ab utraque parte pro consultore domino rectori in causa prelibata, VI libras. fol. 49r.  
Item pro cera ad sigillandum litteras IIII denarios.  
Summa: XXIII libre II solidi et IIII denarii. 10
- Hec sunt recepta per nos, videlicet dominum Iohannem et Wernherum de Tettingen, a tempore substitutionis predicti domini Iohannis de Herbipoli, qui successit in procuracionis officio domino custodi Theoderico de Magdurg propter suum recessum dicto officio resignanti; et primo, computacione superiori facta de percepti[s] et distributis, remanserunt nobis XV libre II solidi et V denarii.  
15
- Item a supervenientibus: 20  
Primo a domino Iohanni de Mindelburre professo monasterii in Pfeffers Curiensis diocesis X solidos.  
Item dominus Hugo de Wolfine rector ecclesie parochialis in<sup>2</sup> Haidingen<sup>b</sup> Constanciensis diocesis dedit XII solidos. 25  
Item dominus Martinus Rudolphi<sup>c</sup> de Saxonia Caminensis diocesis dedit XII solidos.  
Item dominus Nycolaus de Rechawe<sup>d</sup> de Saxonia diocesis Kaminensis<sup>e</sup> dedit X Bononenos.  
Item dominus Goswinus de Duisburg<sup>f</sup> Coloniensis 30 diocesis VII solidos.  
Item dominus Wedgo de Wedelo canonicus Kaminensis<sup>e</sup> II libras.  
Item dominus Chünradus Benn<sup>g</sup> canonicus Basiliensis XL solidos. 35  
Item pro penis omnium sanctorum et omnium animarum XXV solidos.  
Item iterum eisdem diebus XXV solidos.  
Item Nycola V solidos pro pena.  
Item pro penis a domino Chünrado de Lapide canonico Augustensi<sup>h</sup> et domino Ottone de Ulma, quas inciderunt non parendo monicionibus procuratorum secundum formam statutorum in quadam discordia habita inter eos et quosdam alios dominos de nacione, XVIII libras. 45

\* Suevi sunt non Francones *al. u.*

<sup>a</sup> sic A.    <sup>b</sup> Haidingen B.    <sup>c</sup> Rodulphi B.    <sup>d</sup> Rechawe B.    <sup>e</sup> Camin. B.    <sup>f</sup> Duisburg B.    <sup>g</sup> Senn B.

50 <sup>1</sup>) Paulus de Lazariis, Guidotti f., Bononiensis, inter doctores collegii canonici Bon. cooptatus, Bononiae (ab anno 1321) ius pontificium docuit, postea Perusiae; et in patriam reversus, supremum diem clausit octava Februarii 1356. M. Cf. v. Schulte, Geschichte der Quellen des canon. Rechts II, 246.    <sup>2</sup>) In repetitur A.



- Item in festo nativitatis pro penis V solidos.  
Summa receptorum: XLII libre XIII solidi et V denarii.
- 5 Expense facte per nos ad divinum officium:  
Primo videlicet in die omnium sanctorum et in commemoratione omnium animarum cantoribus VIII solidos.  
Item de pecunia que pervenit ad nos ex testamento duorum, quorum unus sepultus est apud ecclesiam nostram, dedimus in die omnium animarum priori missam cantanti XII solidos.  
Item diacono ministranti VIII solidos.  
Item subdiacono ministranti VI solidos.
- 10 Item pro candelis eodem die dominis in missa existentibus more solito XXX solidos.  
Item inter pauperes V libre cum quatuor solidis more solito distribute fuerunt.  
Item in die sancte Katherine de mane et in vesperis cantoribus VIII solidos.  
Item in die Nycolai eisdem VI solidos.  
Item pro reparacione sedium in choro XII solidos.  
Item in die nativitatis Domini cantoribus VIII solidos.  
Item in correctione statutorum pro vino X solidos.
- 15 Item pro reparacione dupleriorum et magnarum candelarum VII solidos.  
Item notario copianti statuta tempore correctionis eorum X solidos.
- Item pro vino et confectionibus in ratione XXIII solidos.  
Item portanti cistam ad novos procuratores VII denarios.
- 5 Expense facte ad litem in causa magistri Rudolphi:  
Primo in principio officii mei Iohanni notario universitatis II libras.  
Item advocato domino Bartolucio V libras. 10  
Item sindico nacionis XXX solidos.  
Item Petro notario universitatis pro instrumento quodam facto III solidos.  
Item pro copia posicionum I solidum.  
Item pedello proclamanti privacionem magistri Rudolphi a rectore factam secundum formam statutorum nacionis propter ipsius contumaciam et inobedientiam, in qua fuit contra nacionem, I solidum denariorum. 15  
Item notario sententiam per nacionem contra dominum Rudolfum per dominum rectorem latam scribenti et plurima acta et instrumenta in eadem causa et occasione eius II libras Bononenorum et dimidiam. 20  
Item bedello occasione eiusdem litis plurimas dominorum de nacione convocationes particulariter facienti I libram. 25

30  
fol. 49r.

1347.

In nomine Domini. Anno nativitatis eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLVII<sup>o</sup>, in die epyphanie, convocata nacione dominorum Theutonicorum in ecclesia Santi Frigidani, in qua consuevit dicta nacio convocari ad  
35 novos procuratores procreandos, domini de nacione datis electoribus, ut moris est, iidem electores cum pro-  
curatoribus antiquis auctoritate eis tradita a nacione predicta unanimiter elegerunt nos, videlicet Henricum  
Dych<sup>a</sup> plebanum Sancti Ruperti<sup>b</sup> in Erfordia Moguntinensis dyocesis et Conradum de Lypezk<sup>c</sup> plebanum in  
Rambyn<sup>d</sup> Roschildensis<sup>e</sup> dyocesis, in procuratores et negociorum gestores nacionis predictae secundum formam  
statutorum eiusdem, et nos dicti procuratores eam recognoscimus et fatemur dicte nacionis nomine infra-  
40 scriptam pecuniam recepisse et prout inferius notatum est expendisse. 40

Et primo recepimus ab honorabilibus viris dominis antecessoribus nostris, videlicet dominis Wernhero de Thetinghen canonico Augustensi et Iohanne de Erbipoli canonico in Novo Monasterio ibidem,  
45 XXV libras XIII grossos Bononinorum et X piczelines.<sup>1</sup>  
Item a supervenientibus:

A domino Iohanne Thedenhagen<sup>f</sup> Caminensis dyocesis XVI solidos.  
Item [a] domino Haken<sup>g</sup> Lubicensis dyocesis XIII grossos.  
Item a domino Henrico de Drawenborgh<sup>h</sup> Poznaniensis dyocesis VII solidos. 45  
Item a domino Wylhelmo Acquileyensis<sup>i</sup> dyocesis III libras et XV solidos.

<sup>a</sup> Dich B.    <sup>b</sup> Propertii B.    <sup>c</sup> Lyptzk B.    <sup>d</sup> Rambin B.    <sup>e</sup> Rosthildensis B.    <sup>f</sup> de Thaden-  
hagen B.    <sup>g</sup> Hacon B.    <sup>h</sup> Trauenburg B.    <sup>i</sup> Achleyensis B.

50

50

<sup>1</sup>) Sic, pro picholinos vel parvos.



- Item a domino Henrico eiusdem dyocesis XXV solidos.
- Item a domino Henrico de Saxonia Caminensis dyocesis VI solidos.
- 5 Summa receptorum: XLII libre et X solidi et X denarii.
- In crastino pasche resignavit dominus Henricus; feria tertia statim sequenti presentabatur per electores socio meo domino Conrado de Bunna et michi Conrado de Lypezk XI libre<sup>a</sup> XI solidi et V piczelini
- 10 Summa expensarum eadem die computata: XXX libre XVII solidi V solidi<sup>b</sup>.
- Summa receptorum: XLII libre X solidi et X denarii.
- 15 Item a domino Rudolfo de Kostenicze XV libras pro expensis factis secum in lite quam habuit contra nacionem.
- <sup>c</sup> Hec sunt distributa per nos procuratores Henricum
- 20 Dich et Conradum de Lypezk:
- Primo in purificatione beate Virginis portatoribus candelarum VIII denarios.
- Item pro candelis apothecario XIII libras IX solidos et III solidos portatoribus.
- 25
- Item XXX solidos pro candela ammissa per priorem, quos defalcavimus de pytancia sibi danda.
- Item ipsi priori X solidos pro pitancia.
- In causa domini Rudolphi pro papiro pro actis II solidos cum dimidio. 5
- Item pro karta instrumenti II solidos.
- Item syndico II libras.
- Pro correctione statutorum pro vino et confecto<sup>\*</sup> VI solidos.
- Item notario domini Iohannis Calderini<sup>1</sup> XXV solidos. 10
- Item pro karta statutorum X solidos.
- Item scriptori domini Iohannis de Lybenitz, qui scripsit statuta in formam qua iam sunt, XXX solidos.
- Portatoribus candelarum IX denarios in die Agnetis. 15
- Item portatoribus paramentorum de ecclesia IV solidos et dimidium.
- Item pro fractura studencium<sup>c</sup> priori I solidum.
- Item pictori V libras. fol. 50r.
- Item pro panno super altare XVIII solidos. 20
- Item Peregrino bidello I libram.
- Item pro palmis V solidos.
- Item pro confecto et vino in resignacione domini Hinrici I libram pro confecto. 25

## 1347.

In nomine Domini. Amen. Anno nativitatis eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLVII<sup>o</sup>, XXVI. die mensis Magii, convocata nacione dominorum Theotunicorum in scolis domini Iohannis Kalderini decretorum doctoris pro substitucione novi procuratoris, domini de nacione datis electoribus, ut moris est, qui quidem electores cum procuratoribus antiquis auctoritate eis tradita in hac parte a nacione predicta unanimiter substituerunt me, videlicet Waltherum de Bopphingen canonicum ecclesie Augustensis, domino Cunrado canonico Bunnensi in procuratorem et negociorum gestorem nacionis predictae secundum formam statutorum eiusdem, et ego dictus

35 Waltherus una cum domino Cunrado de Liptzk plebano in Rambin fateor et recognosco infrascriptam pecuniam dicte nacionis penes eundem dominum Cunradum et socium meum invenisse et prout infra notatum est expendisse. 35

Et primo, computatione tam receptorum quam expensarum factarum per predictum dominum Cunradum de Bunna nomine nacionis habita, reperi penes dictum dominum Cunradum de Lipzk socium meum VII libras et X denarios parvos.

Item post hec habui XIX denarios a domino de Reimach et domino Alberto dicto Crauter.

Distributa vero per me Waltherum a tempore substitutionis mee sunt hec:

Inprimis namque dedi I solidum portantibus nostrum ornatum de ecclesia nostra ad meum hospicium.

Item II denarios portanti calicem, librum missalem cum aliis ad ecclesiam nostram pro Christi festo, III denarios ad celebrandam missam.

45

\* Statuta correctae fuerunt per Iohannem Calderinum *al. m.*

<sup>a</sup> libras *A.*      <sup>b</sup> Sic. *Lege:* denarii.      <sup>c</sup> studium (?) *A.*

50 <sup>1)</sup> Cf. v. Schulte, *Gesch. der Quellen des canon. Rechts II*, 247. 50



- Item dedi unum solidum quodam nomine in pallacio pro quadam nota instrumenti obligationis facte per quandam causam pro priore nacioni pro panno per eundem priorem perduto tunc estimato pro XIII 5 libris Bononinorum.
- Item dedi iterum II denarios portanti librum et calicem ad ecclesiam pro missa celebranda.
- Item in festo assumptionis beate Marie dedi portantibus omni[a] nostra ornamenta ad nostram ecclesiam et reportantibus II solidos.
- Item in festo nativitat[is] eiusdem similiter pro eodem negocio unum solidum. 5
- Item dedi III solidos reficienti nostras mitras de vario.

fol. 50v. 10

1348.

10

In nomine Domini. Amen. Anno nativitat[is] eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLVIII<sup>o</sup>, in die epyphanie, convocata nacione dominorum Theutonicorum in ecclesia Sancti Fridiani, in qua consuevit dicta nacio convocari ad novos procuratores procreandos, domini de nacione datis electoribus, ut moris est, iidem electores cum 15 procuratoribus antiquis auctoritate eis tradita a nacione predicta unanimiter elegerunt nos, videlicet Iacobum 15 rectorem ecclesie in Wizzinkirchen Seckoviensis<sup>a</sup> diocesis et Conradum de Kirchberg canonicum ecclesie Misnensis et plebanum in Walhusen Moguntinensis diocesis, in procuratores et negociorum gestores nacionis predictae secundum formam statutorum eiusdem, et nos iam dicti procuratores recognoscimus et fatemur dictae nacionis nomine infrascriptam pecuniam recepisse et prout notatum est inferius expendisse.

- 20 Et primo recepimus ab honorabilibus viris dominis antecessoribus nostris, videlicet dominis Conrado de Lipczk plebano in Ramin et Ulrico dicto Vetzter, IX libras XI solidos et V pischillos<sup>1</sup> Bononinorum.
- Item quidam civis Bononiensis fideiussorio nomine 25 promisit pro rebus per priorem ecclesie nostre distractis pro XIII libris Bononinorum.
- Item cantoribus de antiquorum procuratorum man- dato III solidos. 20
- Item pro pergameno ad nova statuta conscribenda XII solidos.
- Item portitoribus de candelis III solidos.
- Item dedimus stationario pro cera et labore suo VI 25 libras et XII solidos, cui adhuc tenemur XII libras Bononinorum.

Item a supervenientibus:

- A domino Hermanno de Landenberg III libras.
- 30 Item a dominis Iohanni et Wyperto fratribus dictis Wolfeskel<sup>b</sup> de Herbipoli III libras.
- Item a domino Ebirhardo de Cymmern socio domini Iohannis Persk de Herbipoli XVI solidos.
- Item a domino Gysone de Posowalk socio domini 35 Nicolai de Steintail X solidos.
- Item a Ienekino de Tanchin<sup>c</sup> VI solidos.
- Summa perceptorum: XVIII libre<sup>d</sup> et III solidi et V denarii.
- 40 Hec sunt distributa per nos Iacobum plebanum in Wizzinkirchen et Conradum de Kirchberg canonicum ecclesie Misnensis:
- Pro cista, sera et ferramentis eidem circumductis VII libras et XII solidos cum precio portitorum.
- 45 Item portitori de scrinio, in quo pecunia, sigillum et instrumenta nacionis reservantur, I solidum.
- Item Rudolfo statuta ingrossanti VI solidos.
- Item feria quinta ante dominicam palmarum pro vino et electuario propter computationem et resignacionem<sup>30</sup> mei Conradi supradicti XVI solidos.
- Summa distributorum: XVI libre VI solidi.
- Item tenemur stationario pro cera XII libras.
- Perceptis contra distributa defalcatis, remanent III 35 libre et III denarii in parata pecunia et XIII libre pro panno sericeo capiendo, de qua pecunia stationario supradicto XII libre pro cera solvi debent.
- Item dominus Iohannes de Ponte substitutus prefati 40 domini Chunradi et ego Iacobus predictus tantum recepimus VIII solidos a domino Hermanno de Fredland.
- Item distributa: 45
- Primo III solidos pro ramis palmarum.

<sup>a</sup> Seckomensis B.<sup>b</sup> Wolfsechel B.<sup>c</sup> Tanchin B.<sup>d</sup> libras A.

50

<sup>1</sup> Vide Pag. 14 adnot. 1.

50



- Item propter computacionem predicti domini Iohannis  
pro vino et confeccionibus XVI solidos.  
Item summa distributorum una libra.  
Remanent II libre VIII solidi III denarii.
- 5
- Item expendimus in substitutione domini Alberti dicti  
Cruter<sup>a</sup> de Nürenberch XVI solidos denariorum pro  
vino et confeccionibus.
- Item de XIII libris nobis a dominis et fratribus de
- 10
- Saccis pro panno sericeo nobis solutis solvimus Pil-  
grimo stacionario pro candelis de purificatione et  
eciam de III candelis postea receptis XII libras  
et V solidos, et remanent apud ipsum Pilgrimum  
XXXV solidi.
- 5
- Item tenemur dominis Saccis<sup>b</sup> II libras de pictancia,  
que danda fuit in purificatione beate Virginis.  
Item remane[n]t in capsula: III libre VII solidi  
III denarii.
- 10

## 1348.

fol. 51r.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLVIII<sup>o</sup>, in die ascensionis Domini, convocata nacione dominorum Teuthoni-  
15 corum in domo domini Iohannis de Ponte venerabilis rectoris dominorum ultramontanorum scolarium utrius- 15  
que iuris Bononie pro substitutione novi procuratoris datis electoribus, ut moris est, qui quidem electores  
cum procuratoribus antiquis potestate ipsis tradita a nacione predicta unanimiter substituerunt me, scilicet  
Albertum Crauteri de Nürnberg plebanum ecclesie Sancti Martini in Babenberg domino Iacobo plebano  
in Beissenkirchen in procuratorem nacionis predictae secundum formam statutorum eiusdem; et ego dictus  
20 Albertus una cum domino Nicolao Recowe de Wollin<sup>b</sup> fateor me invenisse in archivo nacionis III libras 20  
Bononinorum VII solidos III denarios, et de illa pecunia obligatus est nacioni Peregrinus stacionarius  
XXXV solidos.

- Distribui pro vino XVI solidos in computacione et  
resignacione domini Nicolai de Wollin consocii et  
25 comprocuratoris mei.
- Item in resignacione officii mei XI solidos pro vino  
et pomis rancis.<sup>c</sup>
- Item priori ecclesie nostre II libras pro pitancia que  
solvenda erat circa festum purificationis beate  
30 Virginis.
- Et hic quiescat officium procuracionis nostre.
- \* Hec sunt recepta per reverendos viros dominos  
Gerhardum de Wederen et Iohannem de Hage-  
35 noya:
- Inprimis recepimus a reverendis viris domino Saulo  
de Prussia et Egenulfo de Rotzenhusen<sup>e</sup> VI libras  
VII solidos et VI denarios.
- Item a domino Heinrico de Glagovia de Slezia XX  
40 solidos.
- Item a domino Iohanne de Rysenburg XV solidos.  
Item a domino Hermanno Hacke VI solidos.
- Item a domino Iohanne Fuss X solidos.
- Item a domino Dyetmaro decano Gustroensi X so-  
lidos.
- 25
- Item a domino Iohanne Hildemonstrensi XL solidos.  
Summa est: libre XI solidi VIII denarii VI.<sup>\*\*</sup>
- Distributa sunt hec:
- Inprimis X solidos pro vino et confeccionibus in com-  
putacione.
- 30
- Item unum solidum pro portando cereos ad ecclesiam  
nostram.
- fol. 51v.
- Item in festo epyfanie XL solidos pro vino et con-  
fectionibus.
- 35
- Item V solidos pasce.
- Item II [solidos] portatori cereorum ad ecclesiam  
nostram.
- Item II solidos portatoribus rerum nostre nacionis  
ad domum domini Tylonis.
- 40
- Summa expensarum est: libre III solidi X.

\* Argentinensis diocesis. *al. m.*  
45 folio XX. *al. m.*

\*\* Supradicti fuerunt substituti anno Domini M CCC L, ut patet supra  
45

<sup>a</sup> Cruncer B.

<sup>b</sup> Nomen alia manu scriptum est.

50 <sup>c</sup> i. e. fratribus de Sacco.

<sup>d</sup> Idem ac pomis aurantiis, pomeranciis.



fol. 52r.

\* Continuacio ad precedencia.

## 1348.

5 Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLVIII, in mense Iunio redeunte pestilencia, que in precedentis anni estate 5  
horribiliter invaluerat, insequenti anno prefato horribiliter prevaluit, ita quod ante medium mensis Iunii  
infiniti homines tam plebei quam scolares voragine ipsius pestilencie seu ypidimie sunt absorpti. Super-  
manentes autem domini nacionis nostre predictae anteprenominati mensis medium quasi omnes recesserunt,  
ita quod nec procuratores, ut patet in proximo notatis, remanserunt. Quapropter in festo corporis Christi  
10 apud ecclesiam Sancti Fridiani convocata predicta nostra nazione, que tunc in personis quindecim consistebat, 10  
omnes res nacionis quatuor dominis ex ipsa nazione, videlicet domino Conrado de Sancto Andrea de Austria,  
michi Syfrido de Hamborch de Saxonia, domino Iohanni de Herbypoli de Franconia et domino Iohanni de  
Suevia, ad custodiendum sunt commisse, nulla tamen nobis presentata pecunia, ut in computacione superius  
notatorum procuratorum declaratur. Quo facto, duo ex nobis, scilicet dominus Iohannes de Herbypoli et  
15 dominus Iohannes de Suevia predicti, per breve tempus sunt defuncti. Ego vero Syfridus omnem ceram 15  
nacionis nostre de consensu predicti domini Conradi, ne corrumperetur, vendidi, ex qua quadraginta quatuor  
libre Bononinorum pervenerunt, de quibus priori prefate ecclesie nostre duabus libris Bononinorum datis,  
quadraginta due libre remanserunt, quibus una cum rebus dicte nacionis ad minorem cistam ipsius nacionis  
stantem in domo prefati domini Conradi repositis, preter tapetum parvum, quod dimisimus in magna cista  
20 stante in domo iuxta prefatam ecclesiam nostram, quod postea fractis ceris invenimus furtive<sup>1</sup> sublatum, 20  
quo excepto, omnes res nacionis nostre per Dei gratiam sunt integraliter conservate. Demum post octavam  
apostolorum Petri et Pauli, cum pestilencia de die in diem inavesceret, prenominate dominus Conradus  
socius meus cernens hanc regnare eciam in suo hospicio, dimissis omnibus michi Syfrido, missa capsula cum  
rebus nacionis ad partes, remeavit, post cuius recessum remanserunt sex domini de tota nazione nostra,  
25 quorum quinque propter pestilenciam manserunt in montanis per estatem, qui in autumpno reversi Bononie 25  
et quantum ad familiares suos territi per pestilenciam, omnes simul ad partes remeabant, et ex tunc ego  
Syfridus per Dei gratiam preservatus de omnibus dominis nacionis nostre secundus mansi in Bononia, ut res  
nacionis conservarem et hec posteris nunciarem. Sed postea eodem anno circa festum sancti Martini do-  
minus Conradus de Lipsck cum quibusdam aliis dominis est reversus Bononiam. Tamen propter personarum  
30 paucitatem usque ad festum ascensionis sequentis anni nec procuratores elegimus nec in ecclesia nostra festa 30  
peregimus, rebus tamen omnibus sub mea custodia reservatis.

## 1349.

35 [I]n nomine Domini. Amen. Anno incarnationis eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XLIX, in die ascensionis Do- 35  
mini, convocata nazione dominorum Theutonicorum, videlicet decem personis, que tunc prefatam nacionem  
representabant, apud ecclesiam fratrum Predicatorum, premissis tractatu diligenti de resumenda dicte nacionis  
statutorum observancia, diffinitum fuit, ut ob defectum personarum dispensative unus tantum eligeretur pro-  
curator; ut igitur predictum negocium sortiretur effectum debitum, ab omnibus dominis dicte nacionis de pro-  
40 curatore creando in prefatum dominum Conradum de Lipsck generaliter extitit compromissum, qui, habitis 40  
omnium et singulorum vocibus et consensu, me, videlicet prenominate Syfridum de Hamborch civitatis  
fol. 52v. Saxonie, prius dicte nacionis rerum conservatorem, \* nomine omnium quorum intererat, de omnibus et sin-  
gulis que ad officium duorum procuratorum ut moris est spectare poterant, dispensacione premissa et pena



super recusacione eligendi apposita, elegerunt in dicta nacionis procuratorem et negociorum gestorem secundum formam statutorum nacionis prelibate. Et ego Syfridus procurator prenominate nacionis recognosco et fateor me procuratorio nomine ex parte ipsius nacionis infrascriptam pecuniam recepisse et in usum ipsius nacionis prout inferius exprimitur expendisse.

5 Hec sunt recepta:

Primo recepi a Iohanne Longo famulo domini Iohannis de Ponte XLII libras Bononienses, que provenerant de cera nacionis, sicut in precedenti tractatu est expressum.

10 Dein recepi a dominis de novo supervenientibus et iuratis ut est moris:

Dominus Rodulphus de Saxonia ordinis sancti Benedicti de monasterio Werdher Myndensis dyocesis dedit unam libram.

15 Dominus Thydericus de Saxonia ecclesie Hyldense-mensis canonicus dedit unam libram.

Dominus Saulus de Prucia dedit XII solidos.

Dominus Thylo de Prucia dedit XII solidos.

Dominus Andreas et dominus Rodigerus de Bavaria ordinis sancti Benedicti dederunt ambo unam libram.

20 Dominus Gofridus<sup>a</sup> predicti ordinis de Ratispona dedit XVI solidos.

Dominus Conradus de Villandris<sup>b</sup> canonicus Brixien-sis dedit unum florenum solventem XXX solidos et sex

25 denarios.

Dominus Borgardus de Suevia dictus de Hôuwen dedit unum florenum solventem XXX solidos.

Item pro magistro suo nichil dedit.

30 Dominus Egnolfus de Rancenshusen<sup>c</sup> de Helsasia<sup>d</sup>\* dedit XXX solidos.

Pro magistro suo nichil dedit.

Dominus Paulus de Suevia rector ecclesie Vribur-gensis dedit XII solidos.

35 Dominus Iohannes de Prucia rector ecclesie Alma-storpiensis<sup>e</sup> dedit unum florenum solventem XXX solidos sex pissolinos.

Summa de perceptis a dominis supervenientibus:

XI libre et IX solidi, que coniuncta supradicte pecunie de cera facit LIII libras et IX solidos

40 de omnibus per me receptis.

Ista sunt exposita de predicta pecunia recepta:

Primo de premissis quadraginta duabus libris expo-sui XX et unam libram pro centum et una libra

45 nove cere.

Item LV solidos pro formandis cereis.

Item V solidos pro cera portanda et pro cereis for- 5 matis portandis.

Summa de predictis expositis: XXVIII libre II pissolini.

Ista computacio nota est domino Arnoldo de Colbergh, 10 quem in hoc neghocio pro relevamine coram nacione elegi coadiutorem, et sic de ista pecunia supersunt XVIII libre cum tribus grossis postea de fecibus cere recuperatis.

De pecunia vero recepta a dominis supervenientibus: 15 Primo recepi V solidos, quos in anno precedenti exposueram pro cista nacionis portanda ad diversa hospicia pro tribus portaturis.

Item de iam dicta pecunia exposui pro pytancia in festo assumptionis Virginis gloriose, quando nacio 20 primo conveniebat XXVIII solidos pro tribus quartis de meliori malvasio et VII solidos pro tribus quartis Tribliani et VII solidos pro confectionibus et unum grossum pro quarta et meolis et I grossum portitoribus vini et III grossos pro portatura ciste et 25 candelarum.

\* Summa prefate pitancie: XLIII solidi.

fol. 53r.

Item dedi Eghardo de Louenborch IX solidos pro una magna cute pergameni et pro copia duorum privile- 30 giorum, quibus probatur, quod prior ecclesie nostre, scilicet Sancti Fridiani, tollit annuatim nomine nacionis nostre octo libras redditus cum pecunia ipsius nacionis comparatos, quos redditus idem prior singulis annis tenetur presentare procuratoribus na- 35 cionis predictae, de quibus videlicet octo libris ipsi procuratores dabunt eidem priori duas libras Bononenorum in festo purificationis beate Virginis. De residuo debet fieri pitancia dominis de nacione in festo commemoracionis animarum ad missam de- 40 functorum congregatis ob illorum dominorum memoriam, quorum pecunia predicti redditus comparati sunt, qui in isto studio sunt defuncti, ita est a retroactis temporibus observatum, modo idem 45 prior petit a nacione prenominarum duarum librarum debitum et non dat quod debet, quod

\* Est de Alsatia, in qua principalis civitas Argentina floret; isti autem de Rotzenhusen adhuc pollent nobilitate et virtutibus *al. n.*



est iuri contrarium, quia frustra debitum petit, qui quid debet non inpendit.

Item in festo omnium sanctorum exposui tres grossos pro portatura et extunc res nacionis manserunt in domo prenominati domini Conradi de Lipsek vicina ecclesie nostre usque ad finem officii mei.

Item in festo epyphanie Domini, quando solent novi procuratores eligi, exposui pro pytancia nacionis: primo XIII solidos pro confectionibus duarum spetierum.

Item pro duabus quartis malvasie XVI solidos.

Item I libram pro quatuor quartis de vino Greco, de quibus ego Syfridus solvo I quartam pro meis rogationibus propter oblocuciones quorundam evitandas.

Item pro requisitis, scilicet pro meolis et urseis, II grossos.

Summa predictae pytancie: XLVII [solidi].

\*  
Item ingrossatori computationis quatuor grossos.

Summa omnium expositorum: XXIX libre et XII solidi.

Summa residue pecunie restituende: XXIII libre et XVI denarii.\*

15

1350.

15

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem nativitatibus M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>, hoc est in iubileo, in die epyphanie Domini, datis electoribus a tota nacione dominorum Teuthonicorum, nos dominus Borchardus de Houwen<sup>a</sup> Constanciensis ecclesie canonicus et dominus Theodericus canonicus ecclesie Hyldensemensis concorditer electi dominis ab eisdem hanc infrascriptam pecuniam recepimus, videlicet:

Inprimis a domino Cyfrido procuratore antiquo dicte nacionis XXIII libras et XIII pytzilos, ut iam superius est expressum.

Item a supervenientibus:

Primo dominus Laurencius de Frizia<sup>b</sup> XIII solidos.

fol. 53v. Item dominus Iohannes<sup>c</sup> VIII solidos.

Item dominus Andreas<sup>c</sup> VII solidos.

Item dominus Raynerus<sup>c</sup> VII solidos.

Item VI solidos } omnes de Frisia.

Item VI solidos }

Item VI solidos }

Summa autem istorum receptorum sunt: XXVI libre et XIII solidi et XIII denarii pitzili.

Hee sunt distributa per nos:

Inprimis scilicet in die epyphanie V solidos pro vino et confectionibus, quando domini habuerunt raciones.

Item eadem die III solidos pro portatura rerum.

Item II solidos pueris portantibus vinum ad nacionem.

Item in festo purificationis XII libras et unum solidum pro XLI libris<sup>1</sup> cere et pro reparacione candelarum.

Item X solidos eadem die pro portatura rerum, quia aura fuit pluviosa.

\* Item I solidum famulo portanti candelas de stacione.

Item in festo palmarum II solidos pro olivis.

Item eadem die V grossos pro portatura rerum.

In vesperis I grossum portanti libras.

Item die sequenti, quando peragebatur festum annunciacionis, III solidos portatoribus.

Item in festo pasche X solidos pro portatura rerum.

Item VII solidos pro vino et pro confectionibus in resignacione et computatione domini Theoderici procuratoris predicti.

Summa autem distributorum est hec: XIII libre et VI solidi.

40

1351.

40

In Christi nomine. Amen. Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>, indictione III, die XIX. mensis Aprilis ego Wolframus de Panewicz rector ecclesie Sancte Marie in Legnicz Wratislaviensis dyocesis<sup>\*\*</sup> electus procurator

\* Publicum instrumentum super istis invenies iuxta tale signum: revertendo XXX folia et unum sinistrorsum et presentacionem omnium rerum nacionis nostre quas dominus Syfridus de Hamborgh presentavit nobis, scilicet domino Borchardo de Constantia et domino Theoderico de diocesi Hildensemensi, in die epyphanie, quando eligebamur in procuratores eiusdem nacionis<sup>2</sup> *al. m.*      \*\* Slezie *al. m.*

<sup>a</sup> Houwen *B.*      <sup>b</sup> Frisia *B.*      <sup>c</sup> de Frisia *B.*

<sup>1</sup>) libra *A.*      <sup>2</sup>) Vide *Fol. 18 verso in diplomate anni 1350.*



nacionis Theotonicorum habui et recepi omnes et singulas res contentas instrumento scripto manu Iohannis de Zambecariis notarii.

- |   |  |                                       |
|---|--|---------------------------------------|
| <p>Item recepi in pecunia una cum domino Burchardo de Heven canonico Constanciensi XII libras VIII solidos et XIII denarios Bononienses.</p> <p>De quibus expendimus:</p> <p>Primo in vino et confectionibus dicto die XIX. Aprilis XV solidos.</p> <p>Item in portatura rerum III solidos.</p> <p>Item notario universitatis XL solidos.</p> <p>Item III. die mensis Iulii priori nostro ad Saccos XL solidos ratione candelarum* in die purificationis Marie oblatarum.</p> | <p>Item portitoribus fugiendo ad civitatem solidos III.</p> <p>Item prior[i] nostro pro offertorio in festo assumptionis Marie solidos V.</p> <p>Ego Burchardus de Heven et Wolframus de Panewicz recepimus:</p> <p>Primo a domino Gerhardo de Wedirden XXX solidos.</p> <p>Item a domino Iohanne Pepirsac<sup>b</sup> X solidos.</p> <p>Item Martinus de Colberc pro pena solvit V solidos.</p> <p>Item dominus Gotfredus de Ratispona VI solidos.*</p> | <p>5</p> <p>5</p> <p>10</p> <p>15</p> |
|---|--|---------------------------------------|

## 1352.

In nomine Domini. Amen. Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LII<sup>o</sup>, indictione V, post epyphaniam Domini insequenti dominica die mensis Ianuarii Egenolfus de Rautzenhusen et Tylo de Brunsberg de Pruzia electi in procuratores recepimus a domino Gerhardo de Saxonia et domino Iohanne de Hagenou omnes et singulas res contentas in instrumento sub publica manu scripto, scilicet VII libras et dimidiam cum III solidis et XVIII denarios Bononienses.

- |   |   |   |
|---|---|---|
| <p>Item recepimus a domino Paulo de Passov XIII solidos.</p> <p>Hec sunt exposita seu distributa per dominum Egenolfum de Rautzenhusen et dominum Tylonem de Brunsberch de Pruzia:</p> <p>Primo expendimus in die cum res nobis fuerunt presentate XX solidos pro vino et speciebus.</p> <p>Item in die purificationis virginis Marie III libras pro renovacione candelarum.</p> <p>Item priori nostro dedimus unam libram, et hoc fecimus de speciali consensu nacionis.</p> | <p>Item pro portatura rerum ad ecclesiam nostram V solidos.</p> <p>Item mutuavimus domino priori de Saccis X solidos.</p> <p>Item recepimus a domino Tilone** XXVII solidos et XVIII pissulos.</p> <p>Hec sunt distributa facta per dominum Egnolfum et dominum Iohannem Bepersac:</p> <p>Item I solidum de portatura capse.</p> <p>Item XV solidos pro confectionibus.</p> <p>Item XV solidos pro vino.</p> <p>Item XVIII denarios pro portatura ceste.*</p> | <p>25</p> <p>25</p> <p>30</p> <p>35</p> |
|---|---|---|

## 1353.

fol. 54r.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LIII<sup>o</sup>, in die epyphanie<sup>a</sup>, congregata nacione dominorum Theotonicorum apud ecclesiam Sancti Fridiani, in qua consuevit dicta nacio convocari pro eleccione novorum procuratorum facienda, et datis electoribus, ut moris est, processum fuit ad eleccionem secundum formam statutorum, et ipsi electores cum procuratoribus antiquis elegerunt nos, videlicet Ottonem de Offensteten canonicum ecclesie Ratisponensis et Ulricum dictum Strawbinger canonicum ecclesie Ratisponensis. Et nos iam dicti procuratores recongnoscimus\* et fatemur nomine dicte nacionis infrascriptam pecuniam recepisse et eam ut infra notatum est expendisse.

\* Anno 1351. fuerunt procuratores electi domini Gerardus de Saxonia et Ioannes de Hagenou ut supra folio 20. *al. m.*  
 \*\* quia discessit et loco ipsius substitutus fuit dominus Ioannes de Saxonia prout supra folio 21. *al. m.*

50      \* candelanarum *A.*      <sup>b</sup> Pepersack *B.*      <sup>c</sup> sic.      <sup>d</sup> epyphanie *A.*      <sup>e</sup> sic.      50  
 Acta nationis Germanicæ.      16



Hec est perceptio infrascripte pecunie:

- Inprimis a domino de Ratzenhawsen, qui in procuracionis officio nos immediate precessit, VII libras XII solidos XVIII denarios.
- 5 Item dominus Ortolfus de Offensteten canonicus Salezburgensis, dominus Otto frater eius canonicus Ratisponensis contribuerunt III libras et dimidiam.
- Item dominus Chunradus Brachbekh\* XXXII solidos.
- Item dominus Iohannes rector ecclesie in Scharding<sup>b</sup> 10 contribuit XXII solidos.
- Item dominus Ludolfus, dominus Albertus, dominus Gotfridus, dominus Fridricus comites de Hoehenlo<sup>c</sup> X libras.
- Item dominus de Gümning XXXIII solidos.
- 15 Item dominus Antonius de Westvalia plebanus in Ezzleve<sup>d</sup> XII solidos.
- Item dominus Iohannes de Fräwnveld IIII libras.
- Item dominus Werigandus dyocesis Pataviensis contribuit XII solidos.

20

Anno incarnationis ut supra ego Otto de Offensteten et ego Ulricus Strawbinger procuratores nacionis Theotunice anotavimus expensas per nos in officio procuracionis factas:

- Item in epyphania<sup>e</sup> Domini, quando res nacionis no- 5 bis assignabantur<sup>f</sup>, pro vino et confeccionibus unam libram.
- Item notario pro kartis IIII solidos.
- Item priori ecclesie nostre pro pictancia II libras.
- Item in assumptione Virginis gloriose pro vino et 10 confeccionibus XXXIX solidos.
- Item in die epyphanie exeunte officio nostro pro vino et confeccionibus III libras IIII solidos.
- Item in cambio decem librarum male monete perceptarum a dominis comitibus supradictis unam 15 libram.
- Item in aportatura capse<sup>f</sup> unum solidum.
- Item pro salario notarii universitatis pro anno presenti<sup>f</sup> duas libras.

20

## 1354.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LIII<sup>o</sup>, in die epyphanie, congregata nacione dominorum Theotonicorum 25 apud ecclesiam Sancti Fridiani, in qua consuevit dicta nacio convocari pro eleccione novorum procuratorum 25 facienda, et datis electoribus, ut moris est, processum fuit ad eleccionem secundum formam statutorum, et ipsi electores cum procuratoribus antiquis elegerunt nos, videlicet dominum Eberhardum de Gumming et me Iohannem de Patavia rectorem ecclesie in Scherdingen, in procuratores nacionis predictae. Et nos iamdicti procuratores recognoscimus et fatemur nomine dicte nacionis infrascriptam pecuniam recepisse et eam 30 ut infra notatum est expendisse.

30

fol. 54<sup>v</sup>. Hec est perceptio pecunie infra notate:

- Inprimis a dominis procuratoribus nos immediate antecedentibus, videlicet domino Ottone de Offensteten canonico ecclesie Ratisponensis et domino 35 Ulrico dicto Straubinger canonico ecclesie eiusdem, recepimus decem et novem libras quinque solidos et decem et octo denarios parvulos, inter quos fuerunt XI Anchontani et XXXII grossi de moneta de Populis.
- 40 Item a domino Chunrado de Suevia V solidos pro pena contumacie in non veniendo ad officium in die purificationis.
- Item a domino Bergando V solidos pro pena contumacie in non veniendo ad ecclesiam in ascensione 45 Domini.
- Item a domino Iacobo de Nusdorf pro contribucione I libram.

\* Anno ab incarnatione Domini ut supra nos procuratores supradicti, videlicet Eberhardus et Iohannes, fecimus expensas infrascriptas:

- Primo in die epyphanie, cum res nacionis prefate nobis assignabantur, I libram pro vino et confeccio- 35 nibus.
- Item portitori candelarum ad apotecam pro refeccione ipsarum X denarios.
- Item pro reformatione candelarum in festo purificationis beate Marie VI libras et XII solidos et III 40 denarios.
- Item unum solidum pro reportacione candelarum ad ecclesiam.
- Item in die purificationis domino priori et socio suo in ecclesia predicta II libras denariorum pro 45 pictancia.
- Item portitoribus capse ad ecclesiam et reportantibus IIII solidos.

50

\* Brachbeck B.

b Scherding B.

c Hohenloch B.

d Ezzleven B.

e epyphonia A.

f sic. 50



- Item notario universitatis pro salario duorum annorum precedentium, quibus sibi nil erat persolutum, II libras denariorum.
- Item Peregrino pedelo ultramontanorum II libras.
- 5 Item in die palmarum pro portando et reportando capsam ad ecclesiam IIII solidos.
- Item II solidos pro palmis eadem die.
- Item magistro Ottoni correctori librorum VI libras,
- quas nacio sibi dari iubebat in subsidium expensarum repatriandi.
- Item pro portandis candelis ad civitatem de ecclesia tempore gwerrarum I solidum.
- Item in die nativitatís beate Virginis ad portandum 5 duo dupleria et duos parvos cereos ad ecclesiam pro divinis I solidum.
- Item in die omnium sanctorum pro portandis cereis magnis ad ecclesiam VI denarios.

10

10

## 1355.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LV<sup>o</sup>, in die epyphanie, congregata nacione dominorum Theotonicorum apud ecclesiam Sancti Fridiani, in qua consuevit dicta nacio convocari pro electione novorum procuratorum 15 facienda, et datis electoribus, ut moris est, processum fuit ad electionem secundum formam statutorum, et ipsi electores cum procuratoribus antiquis elegerunt nos, videlicet Werigandum de Anaso canonicum Maticensem plebanum in Aspah<sup>a</sup> et dominum Chunradum de Rutlingen canonicum ecclesie Turicensis, et nos iamdicti procuratores recognoscimus et fatemur nomine dicte nacionis infrascriptam pecuniam recepisse et 20 eam ut infra notatum est expendisse.

Hec est perceptio pecunie infra notate:

- Inprimis a dominis procuratoribus nos immediate antecedentibus, videlicet domino Iohanni de Patavia plebano in Scherdingen et domino Iohanni dicto 25 Fräwveld, recepimus XI solidos et VIII denarios.
- Item a domino Paulo plebano in Althofen solidum pro purganda conscientia.
- Item a domino Nicolao Locher XXII solidos.
- 30 Anno ab incarnatione Domini ut supra nos procuratores supradicti, videlicet Werigandus et Chunradus, fecimus expensas infrascriptas:
- Primo in die epyphanie, cum res nacionis prefate nobis assignabantur, VIII solidos pro vino et confectionibus.
- 35 Anno incarnationis ut supra ego Nycolaus de Austria plebanus in Vrondorf predicto domino Chunrado de Swevia canonico Turicensi in officio procuracionis substitutus, atque XXX et uno solidis et VIII denariis a prefato perceptis in resignacione officii predicti, expensas me in eodem existente officio una cum meo consocio Werigando Matunensi<sup>b</sup> canonico fecimus infrascriptas:
- Item alia vice, videlicet VIII. die Octobris, percepi III libras Bononinorum, pro quibus quedam vinea nacionis prefate erat locata. 25
- Item a domino Pertoldo de Suevia<sup>c</sup> XII solidos.
- Item in resignacione officii predicti a predicto domino Chunrado facta primo expendimus<sup>d</sup> XVI solidos pro vino et confectionibus.
- Item pro refeccione duarum candelarum, que specialiter super altare quando missa celebratur ponuntur, X solidos. 30
- Item in die Virginis gloriose asumpcionis XV solidos pro vino et confectionibus.
- Item pro locione superpelliciorum duorum et trium 35 umbralium II solidos.
- Item portitoribus II solidos.
- \* Item in die animarum unam libram monachis ecclesie nostre. fol. 55r.
- Item eadem die unam libram pro candelis. 40
- Item pro vino et confectionibus XII solidos.
- Item VI solidos pauperibus fuerunt erogati<sup>d</sup> die prefata.

45

## 1356.

45

Anno ab incarnatione Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LVI<sup>o</sup>, in die epiphanie, convocata nacione dominorum Theotonicorum apud ecclesiam Sancti Fridriani more solito ad creandos novos procuratores secundum formam

50

\* Aspach B.

<sup>b</sup> loco Maticensi.<sup>c</sup> sic B; Sevia A.<sup>d</sup> sic A.

50

16\*



statutorum, ad electionem fuit processum et ad officium procuracionis electi fuerunt dominus Reimbotus canonicus Wurmecensis et dominus Perchtoldus de Suevia.

Nos procuratores antedicti confitemur recepisse pecuniam infra notatam:

5 Primo a dominis procuratoribus nos immediate in officio procuracionis precedentibus, scilicet domino Nycolao de Austria plebano in Vraundorf<sup>a</sup> et domino Wergando rectore in Aspach, VIII parvulos denariorum.

10 Anno incarnationis Domini ut supra ego Paulus de Patavia prefato domino Reimboto in officio procuracionis fui substitutus et una cum domino Perichtoldo supradicto recepi pecuniam infrascriptam:

15 Primo a domino Hugone de Neunek X solidos.  
Item a domino Iohanne de Rotenburch X solidos.  
Item a domino Iohanne de Villingen XII solidos.  
Item a domino Chunrado de Reichersperg<sup>b</sup> XIII solidos.  
Item recepimus pro affictu vinee nostre IIII libras  
20 Bononinorum.

fol. 55 v. Anno ab incarnatione Domini ut supra nos procuratores supradicti, videlicet Perichtoldus et Paulus fecimus expensas infrascriptas:

25

Primo quando res nacionis prefate propter recessum domini Reinboti fuerunt portate ad domum domini Perchtoldi II solidos. 5

Item quando propter absenciam domini Perchtoldi ad domum domini Pauli fuerunt portate II solidos.

Item in asumpeione Virginis gloriose X solidos pro vino et confeccionibus.

Item Peregrino bedello nostro XII solidos, quos ipse 10 mutuavit nacioni alias pro vino et portitura capse a[d] domum novorum procuratorum, scilicet in die epifanie.

Item in die omnium animarum unam libram priori.

Item eadem die unam libram pro candelis. 15

Item eadem die VII solidos pauperibus.

Item eadem die una[m] libram pro vino et confeccionibus.

Item pro reparacione pontis racione vinee XIII solidos. 20

Item II solidos pro portitura capse ad domum novorum procuratorum in officio nos immediate sequencium.

25

## 1357.

fol. 57 r. In Dei Filii nomine. Amen. Anno nativitatis Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LVII<sup>o</sup>, ad electionem novorum pro-  
30 curatorum processuri convenientes domini Theotunice nacionis pro tempore in ecclesia Sancti Fridiani in die epiphanie, per procuratores anni proxime elapsi cum datis a nacione electoribus, prout de forma est statutorum, nos Chunradum de Reichersperg<sup>b</sup>, dominum Iohannem Amman de Rotenburg<sup>c</sup> procuratores eligentes, post, prestita coram nobis amministracionis racione, resignatis que ad nacionem pertinere noscuntur, nobis officium procuracionis commiserunt; quo assumpto ut decuit, fatemur nos infrascriptam pecuniam percepisse:

35 In primo manentes XX solidos post redditam a predecessoribus nostris racionem.

Deinde contribuente nobili viro domino Hertnido de Weizenek<sup>d</sup> canonico Pattaviensi preposito Maticensi<sup>e</sup> rectori ecclesie parochialis in Gabachtz  
40 septem libras Bononinorum.

Item contribuente domino Liborio de Saxonia octo solidos.

Item a domino Gerharo de Pasloc<sup>f</sup> de Prusia<sup>g</sup> XXVI solidos.

45 Item a domino Iohanne rectori<sup>h</sup> ecclesie in Altenmuldorf XXIII solidos.

Item a domino Nicolao de Rotenhan XXX solidos.

Anno nativitatis Christi quo supra nos Chunradus de Reichersperg, dominus Iohannes Amman de Rotenburg procuratores dominorum Theotunicorum infrascriptas fecimus expensas et hoc modo:

In primis 10 solidos pro malvasia et confeccionibus in reddita nobis a predecessoribus nostris racione. 40

Deinde in die purificationis Marie semper virginis pro candelis reparandis, duabus super altare, aliis parvis pro dominis emendis, 26 solidos.

Item in die pentecostes 18 solidos pro vino et confeccionibus. 45

Item duas libras bedello dedimus nacionis.

Item 4 denarios portitori ornatus ad ecclesiam.

In die palmarum 3 solidos pro palmis.

50

<sup>a</sup> Urendorf B.  
ticens. B.

<sup>f</sup> Paslock B.

<sup>b</sup> Reichspurg B.  
<sup>g</sup> Prussia B.

<sup>c</sup> Rotenburg B.  
<sup>h</sup> sic A.

<sup>d</sup> Gerondus de Veizenek B.

<sup>e</sup> Mo- 50



Item in asumpcione Virginis gloriose pro vino et confectionibus 18 solidos.

Item in festo Michahelis III solidos de portatura capse.

Item de portatura eiusdem capse II solidos.

Item in die resignacionis officii pro vino et confectionibus XX solidos.

5

\* 1359.

5

fol. 58r.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LIX<sup>o</sup>, indictione XII, die III. mensis Februarii, nos Gerhardus Baslok<sup>a</sup> de Prusia<sup>b</sup> canonicus ecclesie Warmiensi<sup>c</sup> et Iohannes de Columba<sup>d</sup> procuratores dicte nacionis profiteamur, nos  
10 recepisse a predecessoribus nostris, videlicet venerabili viro domino Iohanne Amman nomine suo et vice, et 10 nomine domini Conradi de Rich[er]sberg procuratoris tunc dicte nacionis, libras III solidos XVI denarios VIII.

Item de contributionibus dominorum superveniencium: Primo a domino Nycolao plebano in Schonse de Prusia<sup>b</sup> solidos XII.

15 Item dominus Rabanus dictus Kochner de Bopfingen<sup>d</sup> solidos XVI.

Item Conradus Brochbeg<sup>e</sup> solidos XXVIII.

Item dominus Heinricus de Amberg de Bavaria canonicus Rattisponensis solidos XXX.

20 Item dominus Iohannes de Paslok<sup>a</sup> de Prusia<sup>b</sup> solidos XVI.

Item dominus Craft de Nurenberg<sup>f</sup> solidos X.

Item dominus Bernhardus de Lunenburg<sup>g</sup> contribuit solidos XX.

25 Item dominus Remboldus Vener de Gmunda solidos XIII. Item dominus Conradus Last de Tuhingen<sup>h</sup> contribuit solidos XVI.

Item dominus Eberhardus de Hawenstein canonicus Augustensis solidos XX.

30 Item dominus Iohannes de Columba solidos XX.

Item Peregrinus pedellus nacionis de vinea anni preteriti retinuit unam libram.

Item recepimus de vinea de anno presenti libras IIII.

Item dominus Hermannus canonicus Monasteriensis  
35 solidos XX.

Summa receptorum: libre XIX solidi XIII denarii VIII.

Hec sunt distributa per prefatos procuratores dominum Gerhardum de Paslok de Prusia et dominum Iohannem de Columba:

Primo anno de quo<sup>i</sup> supra pro expensis in domo domini Iohannis Amman antiqui procuratoris libram unam.

Item pedello pro duorum instrumentorum confectione libras II.

Item pro delatione capse ad domum domini Iohannis de Columba solidos III.

Item pro candelis de novo factis libras VI solidos XIII.

Item pro olivis benedicendis solidos IIII.

Item in die corporis Christi pro malvasia et confectionibus solidos XVI.

Item pro vino solidos XVI.

Item pro vino in festo assumptionis beate Marie solidos XX.

Item pro delatione capse solidos II.

Item pro candelis in die animarum solidos XX.

Item dicto die pro anniversario domino priori solidos XXX.

Item dicto die pro vino et confectionibus solidos XXIX.

Item in die epiphanie pro malvasia solidos XX.

Summa distributorum: libre XVII solidi XIII.

40

\* 1360.

40 fol. 59r.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>, in die epiphanie Domini, convocata nacione more solito, vero non propter gwerras tunc instantes in ecclesia Sancti Fridiani, sed in ecclesia Sancti Dominici, per dominum Gerhardum de Prussia et dominum Iohannem de Columba tunc procuratores nacionis Theuttunicorum ad novos  
45 procuratores eligendos, electi eramus concorditer nos Remboldus Vener de Gamundia et Hermannus de West-45 valia in procuratores nacionis antedicte et recognoscimus et fatemur nos recepisse a predecessoribus nostris suprascriptis XL solidos et VIII parvulos.

<sup>a</sup> Baslock B. <sup>b</sup> Prussia B. <sup>c</sup> Wormacensi B. <sup>d</sup> Popfingen B. <sup>e</sup> Brothsperg B. <sup>f</sup> Nurn-  
50 berg B. <sup>g</sup> Lunenburg B. <sup>h</sup> Turingia B. <sup>i</sup> qua A. 50

<sup>j</sup> Columba recentiore manu in Spira emendatum est. Cf. lin. 44 et col. 2, lin. 21.



- Item a domino Iohanne de Prussia de Gral 18 solidos.
- Item postmodum recedente dicto domino Hermanno, in annunciacione beate Virginis in locum eius substitutus erat dominus Cūnradus Last rector ecclesie parochialis in Iosingen dyocesis Constanciensis, qui una cum me Remboldo fatetur recepisse infrascripta:
- Primo a domino Cūnrado de Aichperg rectore ecclesie in Leubtz XVIII solidos.
- 10 Item a domino Ruberto de Nurwenburg<sup>a</sup> rectore ecclesie in Winclorn X solidos.
- Item a domino Alberto Herczog<sup>b</sup> de Horwe XII solidos.
- Item a domino Iohanne de Scola Dei<sup>c</sup> ordinis Cisterciensis de Frisonia VI solidos.
- 15
- Item a domino Folcardo Magno VI solidos.
- Item a domino Alardo de Frisonia VI solidos.
- Summa perceptorum: V libre et dimidia et VIII parvuli.
- 5
- Exposita per nos sunt infrascripta:
- Primo medico nacionis II solidos.
- Item portitoribus ciste nacionis II solidos.
- Item pro prandio in racione recepta a precessoribus nostris XXV solidos et IIII parvulos.
- 10
- Item pro laborantibus vineam XLII solidos, quia occasione gwerrarum locari non poterat.
- Item in die beati Nicolay pro confectionibus VI solidos.
- 15

## 1361.

- Item in electione successorum nostrorum in procuratores nacionis antedictae, videlicet domini Rabani Kochner de Bopfingen<sup>d</sup> canonici in Fuchtwangen et domini Iohannis de Gral de Prussia, pro vino et confectionibus X solidos.
- 20
- Summa expositorum: IIII libre 7 solidi IIII denarii.
- 25
- Restant de perceptis: XXIII solidi et IIII parvuli, quos una cum rebus in instrumento proxime superscripto contentis prefatis procuratoribus presente nacione consegnavimus die XVII. mensis Ianuarii anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXI<sup>o</sup>.
- 20
- 25

1362.<sup>1</sup>

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXII<sup>o</sup>, XVI. die mensis Februarii, more solito nacione convocata in domum fratrum Theotonicorum prope Sanctum Dominicum, propter paucitatem scolarium ego Rabanus Kochner de Bopphingen canonicus in Fuchtwang procurator nacionis, nomine ac vice domini Iohannis de Gral de Prussia conprocuratoris necnon mei, omnes res superscriptas in proximo instrumento fateor et recognosco recepisse a precessoribus meis. Insuper nobis procuratoribus iidem consignaverunt XXIII solidos et IIII parvulos. Item nos supradicti procuratores recepimus de vinea L<sup>o</sup> solidos; hec recepta. Omnes res superscriptas ego supradictus Rabanus consignavi atque tradidi domino Chūnrado Last rectori parochialis ecclesie in Iosingen necnon domino Bernhardo de Saxonia. Item consignavi eisdem dominis XXX solidos, qui superfuerunt ratione infrascripta habita.

30

35

35

fol. 59<sup>v</sup>. Distributa per nos:

- Primo domino Oswaldo dedimus XX solidos de iussu nacionis, qui tunc mortuus fuit.
- 40
- Item XVI solidos dedimus famulo Pelegrini, qui in vinea laboravit.
- Item XX solidos expendimus quando res nacionis domini supradictis fuerunt assignate et tradite.
- 45
- 45

\* Iohannes Calderinus iuriconsultissimus *al. w.*

<sup>a</sup> Nurnberg *B.*

<sup>b</sup> Hertzog *B.*

<sup>c</sup> Schola Dei *B.*

<sup>d</sup> Popfingen *B.*

<sup>1</sup> *Superscripta sunt manu saeculi XVI haec verba: Anno Domini M CCC LXI.*

50

50



## 1362. 1363.

Distributa per me eodem anno:

- 5 Inprimis domini Chünradus Last et ego expendimus  
VIII solidos in malvasia.  
Item VI solidos ad portandum et reportandum ad  
domum domini Iohannis Calderini res predictas.  
Item III solidos exposui pro citando ad palacium  
10 illum qui laborabat vineam pro habendis V libris  
de vinea.  
Item VI solidos exposui pro malvasia cum domino  
Petro de Traiecto.

- Item III solidos pro capsula nacionis reportanda ad  
domum meam, et predictae portaciones et reporta- 5  
ciones fuerunt facte tempore mortalitatis et post  
eciam tempore gwerre.  
Item V solidos pro malvasia et confectionibus cum  
domino Petro de Traiecto.  
Item anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXIII<sup>o</sup> ego supradictus 10  
Rabanus recepi pro vinea libras V.  
Item in die epyphanie expendi VIII solidos pro mal-  
vasia et III solidos pro confectionibus.

15

15

## 1364.

- Item anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXIII<sup>o</sup> ego supradictus  
Rabanus recepi de vinea libras V.

- Item exposui III solidos pro panno circa calices,  
Item XX solidos, dum elegimus procuratores.

20

20

## 1365.

fol. 61r.

- Anno Domini millesimo CCC<sup>o</sup>. LXV<sup>o</sup> et de mense Aprilis solverunt infrascripti domini scolares  
25 studentes Bononie iuxta summas suas infrascriptas, qui extunc supervenerunt et etiam aliqui qui antea 25  
supervenerant et sub procuratoribus, scilicet dominis Henrico de Honsteyn<sup>a</sup> Basiliensi canonico et Iohanne  
Schumer thesaurario Sancti Cuniberti<sup>b</sup> Coloniensis<sup>c</sup>, et ego Iohannes Schumer habui a dicto domino Nicolao  
XV libras et III solidos.

- Primo domini Iohannes de Hornsteyn Constanciensis  
30 diocesis XX solidos,  
Rodolfus Monachi cantor Basiliensis XLIII solidos,  
Conradus eius frater sex libras et XII solidos.  
A Henrico Cuta eorum magistro XVIII solidos.  
Iohannes Schumer<sup>d</sup> predictus XL solidos.

- 35 Henricus et } fratres de Honsteyn canonici Basilien-  
Iohannes } ses ambo simul solverunt VII libras et X solidos.

Item pro magistro eorum XX solidos.

Otto de Wysenecke<sup>e</sup> III libras.

- 40 Item suus magister XXII solidos.

Item dominus Henricus Smaleside XI solidos.

Item dominus Iohannes Wetzelonis<sup>f</sup> de Argentina ca-  
nonicus ecclesie Sancti Thome Argentinensis XX  
solidos.

45

\* Postea episcopus Lubicensis *al. n.*

45

<sup>a</sup> Hovenstein *B.*  
<sup>f</sup> Wetzelonius *B.*

<sup>b</sup> Gumberti *B.*  
<sup>g</sup> Actendorn *B.*

<sup>c</sup> in Colonia *B.*  
<sup>h</sup> Prussia *B.*

<sup>d</sup> Chumer *B.*  
<sup>i</sup> Grunitz *B.*

<sup>e</sup> Wiseneke *B.*

50

<sup>1)</sup> Eberhardus de Attendorn, episcopus Lubicensis a 1387—1399, Mart. 21. Mitra in margine picta est.

50



fol. 61v.

1366.

Racio dominorum Ottonis de Weissenekk canonici Pataviensis et domini Iohannis de Hornstain rectoris ecclesie in Gebach<sup>a</sup> Constanciensis dyocesis.

- 5 Anno Domini millesimo CCC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup> solverunt infrascripti domini scolares studentes Bononie iuxta summas suas infrascriptas et sub procuratoribus, scilicet Ottone de Wizenekk<sup>b</sup> canonico Pataviensi, domino Iohanne de Hornstain<sup>c</sup> Constanciensis dyocesis.
- Et primo dominus Iohannes de Ristetten<sup>d</sup> Argentinensis dyocesis XII solidos.
- 10 Dominus Arnoldus de Saxonia Mai[d]burgensis<sup>e</sup> dyocesis XX solidos.
- Item dominus Iohannes Ekkinus de Cassa VI solidos.
- Item dominus Hainricus plebanus in Lassen XVI solidos.
- Item dominus Nycolaus plebanus in Reissenburch<sup>f</sup> XII solidos.
- 15 Item dominus Iohannes plebanus in Rondo XII solidos.
- Item dominus Gerhardus de Brussia<sup>g</sup> XX solidos.
- Item dominus Dyetricus de Brussia XX solidos.
- Item dominus de Winchelberch<sup>h</sup> cum magistro suo domino Alberto VII libras.
- 20 Item dominus Iohannes Bildenberch<sup>i</sup> de Brussia plebanus in Liechtenaw XXX solidos.
- Item dominus Iohannes Flamingus VIII solidos.
- Item dominus Chunradus et dominus Hainricus Schenkaues<sup>k</sup> de Erpach III libras et magister eorum VIII solidos.
- 25 Item dominus Adolphus, filius domini Adolphi comitis de Nassaw, canonicus Coloniensis contribuit pro se et domino Chamrado de Kunigenstain VI libras.
- 30 Item dominus Iohannes de Riferscheit canonicus Sancti Ger[er]onis Coloniensis contribuit pro se et domino Hermanno de Werda pastore in Ratingen<sup>l</sup> eius magistro libras III.
- Item Hubertus Melgi<sup>m</sup> de Bröich X solidos.
- 35 Item domini Ulricus et Baltherus de Cronenberch<sup>n</sup> et Hermannus dictus de Pomerio Moguntinensis
- dyocesis eorum magister contribuuerunt X libras minus VI solidis.
- Item dominus Rudolphus Monachi cantor Basiliensis XVI solidos, quos addidit XLIII solidis anno elapso datis.
- Item Burchardus de Zonnigen X solidos.
- Item dominus Widekindus de Göttingen XIII solidos. 15
- Expense:
- Primo notario publico I libram.
- In die purificationis pro candelis VIII libras et VII solidos.
- Item plebano eodem die I libram. 20
- Item pro clausuris ad almarium<sup>1</sup> V solidos et II denarios.
- Item pro vino et confecionibus in die assumptionis XXX solidos.
- Item pro ampullis eodem die I solidum et pro vitris 25 II solidos.
- Item plebano eodem die I libram.
- Item pro portatura rerum per totum annum V solidos VI denarios.
- Item pro officio trium regum XIX solidos. 30
- Item portatoribus capse II solidos.
- Item pro cordis pro candelis ligandis III denarios.
- Item in die epiphanie pro vino et confecionibus et vitris III libras VI solidos.
- Item pro castaneis unum solidum. 35
- Item II libras pro vino.

fol. 62v.

1367.

40 Racio dominorum Rudulfi de Baselea cantoris eiusdem ecclesie et domini Ulrici de Cronenberg canonici ecclesie cathedralis Moguntinensis. 40

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXVII<sup>o</sup> solverunt infrascripti domini scolares studentes Bononie iuxta summas suas infrascriptas et sub procuratoribus, scilicet Rudulfo de Baselea cantore eiusdem ecclesie, domino Ulrico de Cronenberg canonico ecclesie Moguntinensis. 45

<sup>a</sup> Gebbach B. <sup>b</sup> Wisenekke B. <sup>c</sup> Hornstein B. <sup>d</sup> Riestetten B. <sup>e</sup> Maidburg B. <sup>f</sup> Reissenburg B. <sup>g</sup> Prussia B. <sup>h</sup> Winchelberg B. <sup>i</sup> Bildenberg B. <sup>k</sup> sic A; Schonchen B. <sup>l</sup> Rotingen B. <sup>m</sup> Molgi B. <sup>n</sup> Cronenberg B.

50 <sup>1</sup>) pro: armarium. 50



- Et primo dominus Nycolaus prior in Waregevilla Tul-  
lensis diocesis et dominus Volmarus canonicus Spi-  
rensis ecclesie, comites de Luczelsteyn<sup>a</sup>, dederunt  
VIII libras.
- 5 Item dominus Rudolfus rector ecclesie Hundesbach  
et canonicus in Thurego dedit XXXVI solidos.  
Item dominus Wirnherus de Swevia<sup>b</sup> X solidos.  
Item dominus Bernhardus de Zuden XVI solidos.  
Item dominus Nicolaus de Prusia<sup>c</sup> de Gestelin nihil  
10 dedit.  
Item dominus Ecbertus de Thylbecke<sup>d</sup> clericus Mo-  
guntinensis diocesis nihil dedit.  
Item dominus Hartuwicus de Hamme XVI solidos.  
Item dominus Augustinus de Frisea<sup>e</sup> XII solidos.
- 15 Item dominus Hartmannus canonicus Sancti Ypoliti  
XII solidos.  
Item dominus Arnoldus de Rotingen canonicus Wor-  
maciensis X solidos.  
Item dominus Iacobus de Brendenscheÿd XII so-  
20 lidos.  
Item dominus Iohannes de Bulow canonicus Gstro-  
vensis<sup>f</sup> Camminensis<sup>g</sup> dyocesis dedit XX solidos.  
Item Heinricus Buwenna perpetuus vicarius in Ro-  
stoch VIII solidos.
- 25 Item dominus Otto de Prusia<sup>c</sup> canonicus Warmacien-  
sis<sup>h</sup> II libras.  
Item dominus Iohannes scholasticus de Thorun Col-  
mensis<sup>i</sup> dyocesis XII solidos.  
Item dominus Heinricus de Iecora Leodyensis dyo-  
30 cesis III solidos.  
Item dominus Hydebrandus Zuderman et frater eius  
Andreas canonicus Metensis ecclesie Sancti Pauli  
Leodyensis et Nostre Domine Hoieinensis<sup>k</sup> Leo-  
diensis dyocesis dedit 3 ducatos.
- 35 Item dominus Ranulphus<sup>l</sup> de Polenczk canonicus ec-  
clesie Misnensis XXV solidos.  
Item dominus Wylhelmus Horborch decanus ecclesie  
Hamburgensis Bremensis dyocesis<sup>m</sup> dedit XXIII  
solidos.
- 40 Item Burchardus Brenn de Hohenberg<sup>n</sup> canonicus ec-  
clesie Aschaffynburgensis<sup>o</sup> dedit XX solidos.  
Item dominus Adolffus et Heynricus de Cervo de Co-  
lonia fratres dederunt 2 libras.  
Item dominus Wylbrandus Bant<sup>p</sup> clericus Osnabur-  
45 gensis dyocesis dedit X solidos.
- Item dominus Bertholdus de Heylprunna presbiter in  
ecclesia Spyrensi dedit XVI solidos et postea aliis  
procuratoribus VI et denarium.
- Item dominus Ulricus dictus Korb<sup>q</sup> de Waldek<sup>r</sup> dyo-  
cesis Moguntinensis dedit X solidos. 5
- Item dominus Conradus dictus Knebel de Bacharaco  
dedit X solidos.
- Item dominus Nicolaus dictus Kalix<sup>s</sup> dedit III so-  
lidos.
- Item dominus Iohannes Faber de Argentina dedit 10  
XII solidos.
- Item dominus Iohannes Geyspolczheim<sup>t</sup> de Argen-  
tina XII solidos.
- Item dominus Nicolaus de Garmindia<sup>u</sup> monachus de-  
dit X solidos. 15
- Item dominus Iacobus de Frankfordia<sup>v</sup> nihil dedit.
- Item dominus Mathias dictus Schyn<sup>w</sup> dedit XX so-  
lidos.
- Item dominus Heinricus dictus Bybelreyde dedit X  
solidos. 20
- Item dominus Wilbrandus et Bonifacius de Liwar-  
dia<sup>x</sup> Traiectensis<sup>y</sup> dyocesis dederunt XII solidos.
- Item dominus Guntherus de Lantzberg<sup>z</sup> scolasticus  
et canonicus Sancti Thome Argentinensis dyocesis  
dedit II libras 4 solidos. 25
- Item dominus Heinricus de Hohensteyn<sup>aa</sup> addidit XVIII  
solidos.
- Item dominus Iohannes Kochner de Bopphingen Au-  
gustensis dyocesis dedit XX solidos.
- Item dominus Heinricus dictus Walch canonicus ac 30  
seolaris Sancti Petri Basiliensis ac canonicus Sancti  
Amarini dedit XIII solidos.
- Item dominus Theodericus de Goch dedit XX solidos.
- Item dominus Iacobus de Hexheim dedit XVI so-  
lidos. 35
- Item dominus Fridericus Swap<sup>ab</sup> de Aschaffen[burg]  
canonicus ecclesie Sancti Pauli Wormaciensis dedit  
X solidos.
- Item dominus Fridericus dictus Sparnech dedit XII  
solidos. 40
- Item dominus Iohannes Bitbrecht de Lutkirch dedit  
XVI solidos.
- Item dominus Rudolfus de Crosperg XX solidos dedit.
- Item dominus Bertholdus Renner de Merseberg dedit  
XVI solidos. 45

\* prepositus Haymensis *al. m.*\*\* Iste collegit decisiones rote *al. m.*

<sup>a</sup> Ruzzelstein B.    <sup>b</sup> Suevia B.    <sup>c</sup> Prussia B.    <sup>d</sup> Chylbecke B.    <sup>e</sup> Frisia B.    <sup>f</sup> Gustuens. B.  
50 <sup>g</sup> Camin. B.    <sup>h</sup> Wormac. B.    <sup>i</sup> Tornu Coloniensis B.    <sup>k</sup> Ranunldus A.    <sup>l</sup> Hohenburg B. 50  
<sup>m</sup> Aschaffenburg. B.    <sup>n</sup> dictus Bant B.    <sup>o</sup> Corb B.    <sup>p</sup> Waldeck B.    <sup>q</sup> Calix B.    <sup>r</sup> Geyspoltz-  
heim B.    <sup>s</sup> Gamundia B.    <sup>t</sup> Francfordia B.    <sup>u</sup> Schin B.    <sup>v</sup> Libardia B.    <sup>w</sup> Traiect. B.  
<sup>x</sup> Lantsperg B.    <sup>y</sup> Hahenstein B.    <sup>z</sup> Swab B.



- Item dominus Nicolaus Trutler<sup>a</sup> Constanciensis diocesis dedit XXXIII solidos.
- Item dominus et magister Arnoldus de Arnheim dedit III libras.
- 5 Item dominus Burchardus de Hewen clericus Constanciensis dyocesis iunior dedit II libras.
- Item dominus Fredricus Albach clericus Constanciensis dyocesis dedit I libram, protestans, quod si ipse inveniatur in matricula descriptus et alias solvisse,
- 10 quod extunc pecunia per ipsum soluta sibi restituatur.
- Item dominus Eberhardus Sigillifer canonicus Constanciensis dedit III libras et V solidos.
- Item dominus Ulricus Suller canonicus Episcopalis Celle dedit XII solidos et III solidos.
- 15 Item dominus Rudolfus de Thetikoven<sup>b</sup> canonicus Constanciensis dedit II libras.
- fol. 63<sup>v</sup> Item dominus Iohannes Lupp<sup>c</sup> canonicus Episcopalis Celle dedit XII solidos.
- 20 Item dominus Iohannes Wangelin clericus Caminensis dyocesis dedit XVI solidos.
- Heec sunt expense:
- Primo notario III libras, quas singulis annis tenemur sibi dare, et unam neglectam de anno preterito.
- 25 Item II solidos pro portando cistam ad domum meam.
- Item 3 solidos pro statutis ligandis.
- Item in die purificationis gloriose Virginis pro candelis XXVII libras et V solidos.
- 30 Item duos solidos pro candelis portandis ad domum.
- Item pro confectionibus et pro malmasia VII libras et VI solidos.
- Item I solidum pro ornamentis portandis ad domum.
- Item XVIII solidos pro pergamento posito in libro expensarum et novis statutis scribendis.
- 35 Item 3 solidos pro una clave et seris arche reparandis.
- Item priori ecclesie nostre in die purificationis II libras.
- Item in die annunciationis beate virginis Marie II
- 40
- solidos pro ornamentis ad ecclesiam portandis et reportandis.
- Item III solidos dedi notario in curia domini legati in causa nostra quam habuimus inter ultramontanos et III naciones. 5
- Item in assumptione gloriose virginis Marie III libras et XV solidos pro confectionibus et pro vino.
- Item pro faciendis ornamentis XII solidos.
- Item V libras cum nos litigavimus cum universitate.
- Item bedello XIII libras minus VIII solidis pro una veste. 10
- Item 3 libras minus quatuor solidis pro scribendis statutis universitatis.
- Item I libram pro pergamento ad scribendum statuta universitatis. 15
- Item X solidos pro illuminandis statutis universitatis.
- \* Item in die dominica post ephyphaniam Domini, et hoc in electione novorum procuratorum, dedimus quatuor libras cum dimidia pro vino et pro confectionibus et pro utensiliis. 20
- Summa omnium expensarum sunt LXXIII [libre] et unus solidus.
- Heec sunt pene recepte ab absentibus que immediate sequi debent contribuciones: 25
- Primo a domino Conrado Pincerna de Erpach V solidos.
- Item a domino Iohanne de Patavia V solidos.
- Item a domino Eberhardo de Saxonia alias de Attendorn V solidos. 30
- Item a domino Cunrado Pincerna V solidos.
- Item a domino Iohanne de Hornstejn V solidos.
- Item a domino Eberhardo de Wynkelberg V solidos.
- Item a domino Harthwico de Hamme V solidos.
- Item dominus Conradus Monachi scolaris ecclesie Basiliensis pro duabus vicibus dedit X solidos. 35
- Summa universorum receptorum: LXII libre VII solidi.
- Item LV libre et VIII solidi. 40

## \* 1368.

fol. 64<sup>v</sup>.

Heec est ratio dominorum Wilhelmi Horbork decani ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis et Iohannis de Wildenberg rectoris ecclesie in Lichenov<sup>d</sup> Pomezaniensis diocesis facta honorabilibus viris ac dominis domino Thebaldo de Bohek preposito monasterii Grandisvallis ac magistro Arnoldo de Arnheim procuratoribus dominorum Bononie de Almania constitutis.

45

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXVIII<sup>o</sup> solverunt infrascripti domini scolares ac studentes Bononie iuxta summas suas infrascriptas et procuratoribus Wilhelmo Horbork decano ac Iohanne de Wildenberg suprascriptis: 50

<sup>a</sup> Trutver B.<sup>b</sup> Thetikone B.<sup>c</sup> Lupf B.<sup>d</sup> Lichtnow B.



- Et primo dominus Wernherus abbas monasterii in Hersevelde<sup>a</sup> Bremensis diocesis dedit IIII libras XVII solidos et VIII parvulos.
- Item dominus Meynhardus de Hachede canonicus Gustruensis diocesis Caminensis dedit XX solidos. 5
- Item dominus Garlop de Lunenburg<sup>b</sup> dedit XVI solidos.
- Item dominus Henricus de Monasterio canonicus Monasteriensis dedit XXXIII solidos et dimidium.
- 10 Item dominus Nicolaus de Rogettelen<sup>c</sup> canonicus Warmiensis<sup>d</sup> XX solidos.
- Item dominus Gerlacus de Dordraco nichil.
- Item dominus Iohannes Wichardi Pataviensis diocesis dedit VIII solidos.
- 15 Item dominus Hermannus de Budesczin canonicus Budesczinensis<sup>e</sup> XIII solidos.
- Item dominus Bertoldus Hoen<sup>f</sup> clericus Traiectensis XII solidos.
- Item dominus Gerhardus Herderink<sup>g</sup> dedit XII solidos. 20
- Item dominus Thebaldus de Bohek<sup>h</sup> prepositus monasterii Grandisvallis<sup>i</sup> pro se et pro domino Petro de Telsberg II ducatos.
- Item dominus Hermannus de Gotha canonicus Northusensis XX solidos. 25
- Item dominus Tylemannus Gelner<sup>k</sup> canonicus Northusensis XX solidos.
- Item dominus Iohannes de Alten clericus Mindensis dedit VIII solidos.
- 30 Item dominus Hermannus Heymfridi de Eynbek<sup>l</sup> XII solidos.
- Item dominus Henricus de Sancto Ypolito<sup>m</sup> Argentinensi X solidos.
- Item dominus Nicolaus Gesler X solidos.
- 35 Item dominus Nicolaus dictus Horneke dyaconus Argentinensis XX solidos.
- Item dominus Martinus Rotelin rector ecclesie Sancti Ypoliti<sup>m</sup> I florenum.
- Item dominus Petrus de Brixina<sup>n</sup> dedit X solidos.
- 40 Item dominus Gotfridus de Clivis<sup>o</sup> vicarius ecclesie Misnensis VIII solidos.
- Item dominus Henricus de Gog<sup>p</sup> Coloniensis diocesis VIII solidos.
- Item dominus Fridericus comes de Sarweria<sup>q</sup> IX libras.
- Item dominus Hinricus de Sikingen<sup>r</sup> XXX solidos.
- Item dominus Ebirhardus de Smalenberg I ducatum et I solidum. 5
- Item dominus Gotfridus Cayphe<sup>s</sup> canonicus Warmiensis<sup>t</sup> XX solidos.
- Item dominus Wynricus de Knyproden<sup>u</sup> canonicus Maguntinensis XL solidos.
- Item dominus Lodewicus de Cersne<sup>v</sup> XXV solidos. 10
- Item dominus Hinricus de Bulren canonicus Monasteriensis XX solidos.
- Item dominus Heynricus de Swencz<sup>w</sup> canonicus Nuenburgensis XX solidos.
- Item dominus Arnoldus rector ecclesie Sancti Iodoci XII solidos. 15
- Item dominus Iohannes Blide de Grifenhaen<sup>x</sup> XII solidos.
- Item Vincencius Holk de Kolberg<sup>y</sup> XII solidos.
- Item Wernherus Militis<sup>z</sup> dedit XVIII solidos. 20
- Item Iohannes de Bueving<sup>aa</sup> canonicus Tridentinus VI solidos.
- Item Iohannes quondam Bertoldi dicti Monachi de Elbingo clericus Warmiensis<sup>t</sup> dedit VI solidos.
- Item Nicolaus Spandonis dedit nichil. 25
- Item Iohannes Schur<sup>bb</sup> . . . de Welnung<sup>x</sup> X solidos.

Hec sunt pene:

- Dominus Cantor de Basilea solvit V solidos.
- Dominus Bernhardus de Burse V solidos<sup>2</sup>. 30
- Dominus Iohannes de Hexem rector in Andernaco solvit unum ducatum et VII solidos.
- Item dominus Wildericus de Mitra canonicus Wormaciensis dedit solidos XX. 35

Sequuntur expense per nos facte:

- Primo dedimus Nicolao de Massalino<sup>3</sup> notario universitatis secundum formam statutorum pro instrumentis conficiendis atque serviciis nostre nationi impendendis II libras Bononienses. 40
- Item pro una capsula nationis portanda ad domum mei Iohannis predicti de domo domini procuratoris III solidos.

45 <sup>a</sup> postea factus archiepiscopus Coloniensis, presedit XLIII annos *et* m. 45

<sup>a</sup> Hersenekke B.    <sup>b</sup> Luneberg B.    <sup>c</sup> Rogettelin B.    <sup>d</sup> Wormaciens. B.    <sup>e</sup> Budesin. B.  
<sup>f</sup> Hoon B.    <sup>g</sup> Herdernik B.    <sup>h</sup> Bohok B.    <sup>i</sup> Grandtsult B.    <sup>k</sup> deest B.    <sup>l</sup> Eynbeck B.    <sup>m</sup> Hy-  
 polito B.    <sup>n</sup> Bruxina B.    <sup>o</sup> nomen deest B.    <sup>p</sup> Gotz B.    <sup>q</sup> Sarwerden B.    <sup>r</sup> Sickingen B.  
<sup>s</sup> Cayphae B.    <sup>t</sup> Wormaciensis B.    <sup>u</sup> Nayprode B.    <sup>v</sup> Zersne B.    <sup>w</sup> Swentz B.    <sup>x</sup> nomen loci deest B.  
 50 <sup>y</sup> Holberg B.    <sup>z</sup> Milich B.    <sup>aa</sup> Buching B.    <sup>bb</sup> Schuner B. 50

<sup>1</sup>) Fridericus III. comes a Saurwerden, archiepiscopus Coloniensis, 1370, Nov. 13 — 1414, Apr. 9. Mitra in margine ad-  
 picta est.    <sup>2</sup>) Haec inscriptio repetitur in A.    <sup>3</sup>) Lega: de Manzolino.



- Item Gregorio bedello nacionis pro vestibis suis XVI libras.  
 Item pro dupleriis et candelis ante altare et parvis candelis XVI libras et XII solidos.  
 5 Item in die purificationis abbati et fratribus Sancti Proculi pro pictancia XL solidos.  
 Item secunda die mensis Iunii XVI solidos Cristiano pro illuminatura et correctura statutorum universitatis.  
 Item Iohanni pro ligatura IIII solidos. 10
- Item pro cristallis, pro dalmatica et subtili V solidos.  
 Item pro pargameno ad sequencias XII solidos.  
 Item I solidum pro reformatione clavature capse.  
 Item in festo assumptionis pro confectionibus et malvasia et aliis XI libras et XI solidos. 5  
 Item pro magistris qui<sup>a</sup> legerunt et cantaverunt multis vicibus X solidos.  
 In die epiphanie pro vino et malvasia IIII libras, pro confectionibus LIII solidos. 10

fol. 66r.

1369.

- Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXIX<sup>o</sup>, die XV. mensis Augusti propter recessum domini Theobaldi pre-  
 15 positi monasterii Grandisvallis Basiliensis diocesis ego Bertholdus de Heilprunna<sup>b</sup> prebendarius Spirensis 15  
 electus fui in procuratorem nacionis dominorum Theutonicorum, et demum mense Septembri immediate  
 sequenti, die VIII eiusdem mensis, propter recessum magistri Heinrici de Bullern electus fuit in procuratorem  
 et socium meum magister Conradus de Geilnhusen canonicus ecclesie Sancte Marie ad gradus Maguntinensis.  
 Sequuntur recepta per nos Conradum et Bertholdum  
 20 procuratores antedictos:  
 Primo recepimus a magistro Heinrico de Bullern, cum computaret in recessu suo, florenos VI, quorum quinque fuerunt de Alamania et unus ducatus.  
 Item recepimus ab eodem in pecunia minuta libras  
 25 V solidos X.  
 Item recepta a supervenientibus:  
 Dominus Tolomannus de Treveri<sup>c</sup> libram unam.  
 Dominus Heinricus Munt de Hamburg libram unam.  
 Dominus Ulricus Meiger<sup>d</sup> de Stadis<sup>e</sup> solidos X.  
 30 Dominus Heinricus comes de Swartzburg<sup>f</sup> prepositus Ienchburgensis<sup>g</sup> solvit libras VI.  
 Item dominus Hermannus magister suus libram unam.  
 Dominus Gebehardus scolasticus ecclesie Medeburgensis<sup>h</sup> et dominus Albertus canonicus Me[r]sburgensis<sup>h</sup>  
 35 fratres domini de Querenforte<sup>i</sup> solverunt libras VII.  
 Dominus Cuno canonicus Aschaffenburgensis libram unam.  
 Dominus Iohannes de Sengen canonicus Brixinensis<sup>k</sup> pro se et scolare suo domino Heinrico de Baden  
 40 libras II.  
 Dominus Iohannes Greci<sup>l</sup> de Basilea solidos VIII.  
 Dominus Iohannes Eszelinger<sup>m</sup> de Basilea solvit solidos X.  
 Dominus Reinhardus de Nunecke<sup>n</sup> solidos XXXIII.  
 45 Dominus Karolus de Leonrode canonicus Ratisponensis solvit solidos XX.
- Dominus Tilmannus de Erfordia solvit solidos XX.  
 Domini Hilgerus et Cristianus fratres de Colonia sol- 20  
 verunt solidos XX.  
 Dominus Brunner de Constancia solvit pro pena so-  
 lidos V.  
 Ego Conradus de Geilnhusen procurator nomine pene  
 solvi solidos X. 25  
 Summa: XXXI libre solidi VI, item floreni sex.  
 Item recepimus de b[ed]ello Peregrino defuncto et  
 eius heredibus libras V.
- Item distributa: 30  
 Dedimus cuidam pauperi solidos XXXII.  
 Item cuidam alteri pauperi solidos X.  
 Item cuidam alteri pauperi solidos XV.  
 Item dedimus priori solidos X.  
 Item pro candelis in die animarum libram unam, et 35  
 de quadam libra quam debuissimus dedisse pro  
 vino dedimus eciam pro candelis eodem die soli-  
 dos XVII.  
 Item premissa distributa de pecuniis bedelli omnia  
 voluntaria sunt, preterquam una libra que ex dis- 40  
 positione testatoris dari debet pro candelis.  
 Item una libra pro vino die animarum, ut nacio  
 bibat, sed istam non dedimus pro vino, sed pro  
 candelis; cetera sunt voluntaria.  
 Item X solidi, qui dantur priori, etiam sibi debentur, nec est voluntarium. 45

<sup>a</sup> que A.      <sup>b</sup> Helpruna B.      <sup>c</sup> Treviri B.  
<sup>e</sup> Maideburg. B.      <sup>d</sup> Mersburg. B.      <sup>f</sup> Querenforte B.  
<sup>g</sup> Neunek B.

<sup>h</sup> Meig B.      <sup>i</sup> Stadis B.      <sup>l</sup> Swartzenburg B.  
<sup>k</sup> Brixinensis B.      <sup>m</sup> Graeci B.      <sup>n</sup> Eslingen B.

50

<sup>g</sup>) sic, loco Iechaburgensis.

50



- Hec sunt distributa per nos Conradum et Bertholdum procuratores:  
 Primo annis Domini predictis, de mense Septembris die XI, quando magister Henricus de Bullern procurator recedens rationem fecit magistro Conrado de Geilhusen et Bertholdo novis predictis procuratoribus, dedimus notario universitatis et nacionis, videlicet Nicolao, XI solidos parvorum Bononinorum, et idem notarius tantum habuit solidos IX, eciam qui supererant in computo, ita quod in universo habuit solidos XX, quorum tamen XI solidi spectant ad computum nostrum.
- Item ad portandum cistam de domo magistri Henrici Bullern ad domum mei Conradi antedicti solidos II.
- Item in epiphania Domini in electione procuratorum novorum pro dimidia corbe vini et ad portandum XVII solidos.
- Item pro malvasia libras III.
- Item pro vitris fractis et pensione aliorum solidos VII. Item portatoribus solidos IIII.
- Item pro confectionibus solidos XLV.
- Item de manuteriis ad pensionem solidos V.
- Item filio Gregorii solidos V.
- Item pro pulpito, in quo legitur evangelium et epistola solidos XII.
- Item dedimus priori pro ramis palmarum quos dixit antecessores nostros neglexisse solidos VI.
- Item quando fecimus computum novis procuratoribus dedimus pro vino et speciebus solidos XII.
- Summa: IX libre VI solidi.
- Facta igitur computacione et defalcacione hinc inde receptorum et distributorum, presentavimus procuratoribus novis XXII libras Bononinorum et sex florenos, quorum unus est ducatus.
- Hec sunt recepta de vinea, que modo reducta est ad terram aratoriam, que pervenit ad nos ex testamento duorum dominorum decedencium de nacione nostra:
- Item recepi a priore ecclesie nostre Sancti Fridiani libras V in die commemoracionis animarum.
- Distributa predictarum V librarum:
- Item in die animarum dedimus priori solidos XII ut presbitero cantanti.
- Item eidem pro diacono solidos VIII.
- Item pro subdiacono solidos VI.
- Item priori predicto in elemosinam dedimus XIII solidos.
- Item monacho socio prioris solidos VI in elemosinam.
- Item cuidem alteri pauperi ibidem, qui libros consuevit portare, dedimus solidos IIII.
- Item pauperibus Christi dedimus solidos XLVI.
- Et nota, quod III solidi, qui hic deficiunt, expositi sunt pauperibus in computo procuratorum bedelli.
- Et nota, quod omnia distributa de predictis quinque libris voluntaria sunt, quia est in potestate procuratorum dare ubi velint.

## 1370.

- Racio dominorum domini Huperti de Colonia et Cunonis de Stirtzilnheym et domini Iohannis Luph.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>, convocata nacione dominorum Theutonicorum apud suam ecclesiam proxima dominica post ephyphaniam Domini pro eligendis procuratoribus, ego Hupertus de Colonia licentiatus in iure civili et Cuno de Stirtzilnheym canonicus ecclesie Asschaffnburgensis<sup>a</sup> etc. ab eadem nacione procuratores constituti recepimus hanc pecuniam tam a nostris predecessoribus quam de novo supervenientibus quibuscunque.

## Recepta:

- Primo recepimus a nostris antecessoribus XXII libras Bononinorum.
- Item V florenos de Alamania et unum ducatum.
- Item dominus Heynricus dictus Westfale<sup>b</sup> solidos XII.
- Item dominus Bertoldus de Heylprunna addidit solidos XVI.
- Item solidos VI.
- Item dominus Gerwicus de Spangenberg solidos XIII.
- Item dominus Henricus Zelcow solidos XXVI.
- Item dominus Conradus Zelcow solidos XX.

<sup>a</sup> sic.      <sup>b</sup> Westfale A; Westvalia B.



- Item dominus Nycolaus de Breve<sup>a</sup> solidos XII.  
 Item dominus Iohannes de Cervo de Colonia solidos XX.  
 Item dominus Gerhardus de Colonia solidos XX.  
 5 Item dominus Henricus Erpenzen solidos XVI.  
 Item dominus Iohannes vicarius Erfordensis solidos XII.  
 Item dominus Eghardus<sup>b</sup> de Eldinghen<sup>c</sup> solidos XXV.  
 Item dominus Bertramus de Veltem<sup>d</sup> solidos XXV.  
 10 Item dominus Iohannes Eherwer solidos XVI.  
 Item magister Iohannes Kolt solidos XII.  
 Item dominus Heynricus Bilant<sup>e</sup> unum florenum.  
 Item dominus Herburdus<sup>f</sup> de Hexem solidos X.  
 Item IIII libras a Gregorio bidello nostro pro pensione vinee nacionis sibi locate.  
 15 Item a Heynrico quondam Silingini<sup>1</sup> bidello quinque libras, distributas prout moris est et in instrumento publico desuper confecto continetur.  
 Item dominus Vincencius addidit XII solidos et V solidos pro pena.  
 20 Item dominus Iohannes de Molne XXIII solidos.  
 Item dominus Iacobus Holk unum florenum de Camera.  
 Summa: XLVIII libre VII solidi VII floreni I ducatus.  
 25
- Expensa:  
 Primo dedimus notario universitatis et nostro libras II pro salario suo ut moris est.  
 30 Item Gregorio bidello nostro pro veste libras XVI.  
 Item portitori capse solidos II.  
 Item XXV solidos pro notandis sequenciis aliquibus.  
 Item in die purificationis pro candelis et dupleriis libras XV solidos XIII.  
 35 Item portitori candelarum I solidum.
- Item priori ecclesie nostre in die purificationis II libras.  
 Item in die palmarum pro ramis solidos III.  
 Item in die assumptionis pro malmasia III libras.  
 Item pro vino XXX solidos, portitori II solidos. 5  
 Item pro vitris fractis et pensione fiellarum VI solidos.  
 Item pro manutergiis V solidos.  
 Item pro vino VIII solidos.  
 Item pro confeccionibus II libras et X solidos.  
 Item solidos VI pro portando et reportando res nacionis diversis vicibus.  
 Item in ephyphania in electione novorum procuratorum pro malmasia III libras.  
 Item pro vitris et pensionibus III solidos.  
 Pro confeccionibus I libram et XV solidos. 15  
 Pro manutergiis nichil.  
 Item quando computavimus, scilicet dominus Iohannes, qui substitutus fui in locum domini Huperti de Colonia, qui recessit ad partes, et ego Cuno de Stirtzilnheym, dedimus VII solidos pro malmasia; que quidem<sup>g</sup> computacio facta fuit honorabilibus viris novis procuratoribus, videlicet domino Eberhardo de Saxonia et domino Tholomanno de Treveri, prout plenius inferius patebit in eorum racione et instrumento publico desuper conficiendo. 25  
 Summa: quinquaginta quinque libre et XVIII solidi, computatis V libris receptis a Heynrico quondam Silingini<sup>1</sup>, et eciam distributis, videlicet I libra pro candelis in die omnium animarum, X solidis domino priori ecclesie nostre 30 missam cantanti, I libra pro vino, residuum vero nos dedimus pauperibus prout consciencia nostra dictavit, et sic faciant nostri successores et sine dubio voluntati ipsius testatoris obtemperabunt. 35

fol. 67<sup>v</sup>.

1371.

40 Racio dominorum . . Everhardi de Atendorn canonici ecclesie Lubicensis et Tholomanni de 40  
 . . Treveri anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup> primo.

## Recepta:

- Primo recepimus a nostris antecessoribus I florenum de Camera XVIII solidos Bononinorum et VII denarios.  
 45 Item dominus Nicolaus de Waldow de Prusia<sup>h</sup> X solidos.  
 Item dominus Iohannes de Norda de Frysia<sup>i</sup> VI solidos. 45

<sup>a</sup> Bue B.    <sup>b</sup> Egelhardus B.    <sup>c</sup> Eldinghen B.    <sup>d</sup> Velten B.    <sup>e</sup> Bilanc B.    <sup>f</sup> Eberhardus B.  
<sup>g</sup> quidam A.    <sup>h</sup> Prussia B.    <sup>i</sup> Frisia B.

50    <sup>g</sup> Pro Filixini vel Felicini?

50



- Item dominus Margwardus Woldehorn IIII solidos.  
 In die purificationis secundum ordinacionem factam  
 a nacione pro candelis reformandis habuimus III  
 libras et IIII solidos.
- 5 Item dominus Bonifacius pro pena in die purifica-  
 tionis V solidos.  
 Item socius suus legitime absens II solidos.  
 Item dominus Vincentius de Colberg V solidos pro  
 pena.
- 10 Item dominus Iohannes Suceboter pro pena V solidos.  
 Item dominus Iohannes de Winczingerode<sup>a</sup> camerarius  
 Padebûrnensis<sup>b</sup> solvit pro introitu suo XXVI so-  
 lidos.  
 Item quilibet dominorum de nacione solvit VI soli-  
 dos ad vestiendum Gregorium bedellum nostrum,  
 et fuerunt in numero XXXVIII solventes, qui fa-  
 ciunt in universo XI libras et VIII solidos.  
 Item dominus Iohannes Kochner de Bopphingen<sup>c</sup> unam  
 libram addidit.
- 20 Item Luderus<sup>e</sup> de Saxonia contribuit VIII solidos.  
 Item Wygandus Siffridi de Geylnhusen cantor ecclesie  
 Sancti Andree Wormaciensis XII solidos.  
 Item de bedello unam libram.  
 Summa: XXII libre XVIII solidi et VII denarii.
- 25 Item IIII libras a Gregorio bedello nostro pro pen-  
 sione vinee sibi locate.
- Distributa:
- Primo dedimus notario pro sallario suo II libras.  
 Item portitori capse I solidum.  
 Item pro rebus portandis ad antiquos procuratores  
 VII denarios. 5  
 In die purificationis pro candelis et renovacione anti-  
 quarum IIII libras.  
 Item ad portandum et reportandum res I solidum.  
 Item priori pro pictancia II libras.  
 Item Gregorio bedello nostro pro vestimentis X libras. 10  
 Item in ramis palmarum pro palmis<sup>2</sup> III solidos.  
 In die assumptionis Marie pro vino, uvis et aliis  
 XXXIII solidos.  
 Item pro cartis VII solidos.  
 In die epiphanye pro malvasia et aliis XXXVIII so- 15  
 lidos.  
 Item pro delacione rerum ad domum nostram I so-  
 lidum.  
 Item in computacione pro vino XI solidos.  
 Summa: XXII libre IX solidi et VII denarii. 20  
 Computacio V librarum receptorum a Heinrico quon-  
 dam Piligrimi bedelli nostri distributa, videlicet  
 I libram pro candelis in die omnium animarum,  
 item unam libram pro vino dominis de nacione,  
 X solidos domino priori, residuum vero dedimus 25  
 pauperibus prout consciencia nostra dictavit.

1372.

fol. 69r.

- 30 Racio dominorum . . Andree de Tremonia et Iohannis Kochner de Bopphingen facta anno Do-  
 mini millesimo CCC<sup>o</sup>. septuagesimo secundo.

## Recepta:

- Primo recepimus ab antiquis nostris procuratoribus  
 IX solidos.
- 35 Item a domino Hartmanno Wissenwegen X solidos.  
 Item a quolibet domino de nacione nostra quinque so-  
 lidos, qui fuerunt XXX homines, faciunt VII libras  
 et dimidiam.
- Item a domino Luberto<sup>d</sup> Horn archidiacono Bosowal-  
 40 censi II libras.  
 Item a domino Iohanne } fratribus dictis Strifrok II  
 Item a domino Syfrido } libras.  
 Item a domino Heinrico Camyn I libram.  
 Item a Gregorio pro pensione orti IIII libras.
- 45 Item a quolibet domino nostre nacionis tres solidos,  
 qui fuerunt XVIII, faciunt III libras minus III  
 solidis.
- Item a domino Wolquino de Frisia XVI solidos.  
 Item a Peregrinis V libras.
- Expense: 35
- Primo dedimus pro dupleriis et cereis in altari grossis  
 III libras et XVI solidos.  
 Item pro candelis dominorum XXX solidos.  
 Item pro una libra candelarum IIII solidos et VI de-  
 40 narios.  
 Item pro apportatura capse ad domum nostram I so-  
 lidum.  
 Item pro apportatura et exportatura cereorum III so-  
 lidos.  
 Item notario II libras. 45  
 Item Ieronimo<sup>e</sup> pro ligatura presentis libri et libri  
 statutorum VI solidos.

<sup>a</sup> Winczingerode B.<sup>b</sup> Madeburgensis B.<sup>c</sup> Lutherus B.<sup>d</sup> Hubertus B.<sup>e</sup> Ieronimo A.



Item in die palmarum pro palmis III solidos.  
 Item in ascensione prioris scolari, qui sepius res nostras exportavit et reportavit, dedimus II solidos.  
 Item domino priori dedimus II libras.  
 5 Item in assumptione beate Virginis pro malvasia et ribolio XXXIII solidos.  
 Item Gregorio famulo nationis VI libras.  
 Item in die animarum pro cereis I libram.

Item eodem die priori X solidos.  
 Item dedimus de testamento Peregrini quondam notario nationis nostre propter Deum L solidos.  
 Item et ultimo in die epiphanye in creacione novorum procuratorum et in racione pro malvasia et 5 confectionibus LVIII solidos.  
 Item electis procuratoribus dedimus de pecunia nationis nostre que restabat XVI solidos.

10  
 fol. 69 v.

\* 1373.

10

Racio dominorum Iohannis de Wincingerode camerarii ecclesie Paderburnensis et Ulrici dicti Corph canonici Sancti Petri Moguntinensis procuratorum nationis dominorum Theotonicorum studii Bononiensis.

15

15

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXIII<sup>o</sup> circa principium mensis Iunii incepit horribilis tempestas epydimie\* in Bononia, ita quod quasi nulli scolares de nacione nostra ibidem remanserunt, studiumque ab illo tempore fuerat suspensum, sic quod non legebatur ibidem usque ad mensem Novembris. Et res nationis nostre fuerant interim cum capsa deposite apud fratres Predicatores. Tandem aliquibus dominis de nacione 20 reversis et ad ecclesiam fratrum Sancti Fridiani convocatis et congregatis XII die mensis Octobris, habentes 20 tractatum de novis procuratoribus eligendis more solito, unanimiter elegerunt nos Iohannem de Wincingerode camerarium ecclesie Paderburnensis et Ulricum dictum Corph canonicum ecclesie Sancti Petri Moguntinensis in procuratores diete nostre nationis. Tandem dictus dominus Ulricus infra mensem repatriavit, sic quod ego Iohannes ad ordinationem dominorum de nacione remansi solus procurator usque ad finem anni, et 25 profiteor me recepisse ex parte nationis infrascriptam pecuniam tempore officii: 25

Primo antequam dominus Ulricus recederet recepimus et invenimus de capsa XXXII solidos et VIII denarios.  
 Item recepi a Gregorio bedello IIII libras, quas tenetur solvere singulis annis de vinea.

Item dominus Iohannes canonicus Strengensis in regno Swevie<sup>a</sup> VI solidos.

Expense:

30 Item recepi ex parte domini Iacobi de Hexheim III libras, quas dedit nationi in extremis.

Primo XXXI solidos pro malvasia et confectionibus 30 in vigilia omnium sanctorum, loco illorum que debebant dari in festo assumptionis Virginis gloriose, et hoc fuit factum ad postulacionem et ordinationem dominorum de nacione omnium tunc presentium. 35

Item dominus Hermannus de Saxonia superveniens contribuit pro introitu IIII solidos.

35 Item in festo animarum racione testamenti Peregrini quinque libras, de quibus dedi unam libram pro candelis in missa, I libram pro malvasia, X solidos priori, alios L solidos pauperibus secundum conscienciam meam ut tenebar.

Item II solidos pro portatura capse de Predicatoribus ad domum.

Item pro portatura ornamentorum ad Saccum<sup>b</sup> X denarios.

40 Primo recepimus ab antiquis nostris procuratoribus XVI solidos.

Item priori de Sacco II libras pro pictancia. 40

Item dominus Wilhelmus Knyprode II libras.

Item Gregorio bedello IIII libras pro salario suo.

Item dominus Hartlevus archidiaconus Upsale in regno Suevie XX solidos.

Item in die epyphanie pro malvasia pro vino et confectionibus XXVI solidos.

Item tempore racionis pro vino IIII solidos. 45

45

\* Pestis horribilis *al. m.*

<sup>a</sup> Suetiae B.

50

<sup>b</sup> Id est ad fratres de Sacco. 50



## 1374.

fol. 71r.

Racio dominorum Wynrici de Knyprode sacrosancte Maguntine necnon Sancti Pauli Leodiensis ecclesiarum canonici, Iohannis magistri de Thorun canonici ecclesie Culmensis anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXV<sup>o</sup> 1.

<p>5</p> <p>Recepta pro contribucione:</p> <p>Primo a domino Arnolde de Rogiten<sup>a</sup> canonico ecclesie Warmiensi ac rectore parrochialis ecclesie in Barthenstein<sup>b</sup> licenciato in iure canonico pro augmento reddituum dicte parrochie solidos XIII.</p> <p>10 Item [a] dominis de nacione pro contribucione ad emendandum<sup>c</sup> candelas in festo purificationis solidos XXXVI.</p> <p>Item a domino Iohanne de Salzburga rectore ecclesie Sancte Marie in Castuna diocesis Salzburgensis pro contribucione ad nacionem solidos XXII.</p> <p>Item a domino Ulrico Corb pro augmento reddituum domini Iacobi de Hexem prepositi in Pallaciolo et canonici Warmaciensis solidos XL.</p> <p>20 Item a domino Hardolfo de Helpede magistro in artibus et licenciato in iure<sup>d</sup> solidos XII.</p> <p>Item a domino Nicolao Crutzburg<sup>e</sup> vicario perpetuo ecclesie Warmiensi solidos XIII.</p> <p>Item ex testamento quondam Henrici bedelli libras V.</p> <p>25 Item a domino Wenero Bulow<sup>f</sup> Lubicensis et Swuerinensis<sup>g</sup> ecclesiarum canonico solidos XX.</p> <p>Item a domino Hebrico Bouse alias de Rene rectore ecclesie parrochialis in Schonenberg Razeburgensis<sup>h</sup> diocesis pro contribucione solidos XX.</p> <p>30 Item a Gregorio [bidello nacionis]<sup>i</sup> pro pensione vinee nacionis libras III.</p> <p>Pene:</p> <p>Primo a domino Iohanne<sup>b</sup> de Salzburg solidos V.</p> <p>Item a domino Hardolfo de Helpede solidos V.</p> <p>35 Summa: libre XVIII solidi VII.</p>	<p>Expense:</p> <p>Primo ad portandum capsam nacionis solidos II.</p> <p>Item, congregata nacione in domo domini Andree Sunderman pro factis nacionis, de voluntate omnium dominorum de nacione pro vino solidos V denarios III.</p> <p>Item pro renovacione candelarum antiquarum et pro candelis novis in festo purificationis secundum formam statutorum solidos LVIII.</p> <p>Item ad portandum cistam magnam nacionis propter 15 discordiam inter priorem de Sacco et fratrem Anthonium eiusdem ordinis de ecclesia nostra ad Armenos solidos III.</p> <p>Item in die assumptionis pro malvasia, uvis et confectionibus, ut est moris, solidos XXIII.</p> <p>20 Item in die animarum pro candelis solidos XX.</p> <p>Item priori de Sacco solidos X.</p> <p>Item pro malvasia solidos XX.</p> <p>Item pro pauperibus hinc inde solidos L.</p> <p>Item Gregorio bedello pro salario<sup>e</sup> libras III.</p> <p>25 Item in festo epiphanie pro malvasia solidos XXIII.</p> <p>Item pro muscatello solidos VI.</p> <p>Item pro confectionibus solidos VIII.</p> <p>Item eodem die in consignacione et computacione facta de rebus et pecunia nacionis pro vino solidos III.</p> <p>30 Item pro confectionibus solidos III.</p> <p>Item pro notario solidos XX.</p> <p>Item ad portandum libros et res nacionis solidum I.</p> <p>Summa: libre XVII denarii III.</p> <p>35</p>
---	---

## 1375.

Noverint universi nostri successores, quod nos predicti procuratores tempore nostro optinimus a prelibata nacione ipso die palmarum, duas esse cystas procuratorum, videlicet unam magnam et parvam. Magnam pro coctidianis<sup>a</sup> nostris rebus conservandis, parvam vero in domibus procuratorum cum privilegiis et instrumentis nostris aliisque rebus retinendis decrevere secundum formam aliis<sup>a</sup> expressam in aliis nostris statutis  
5 etc. Preterea cappam quandam in inventario nunccupatam de cerico cum roseis aureis etc. in casulam 5 unam cum una stola et manipula eiusdem coloris eodem die palmarum decrevere mutandam.

Insuper predicta nacio duo pulpta<sup>a</sup> nova, unum parvum epistulare seu dyaconale et aliud cantuale magnum, eodem die predicto emere statuerunt, quippe ad officium seu dignitatem<sup>a</sup> cantarie nostre ecclesie magistrum Wylhelmum de Brede perpetue assumpserunt<sup>a</sup>, et quia fructus excresecencie in qualibet dignitate fulgere non debeant, ne thezaurezari clerici habeant, ideo predicta nobilissima nacio ex sue legationis  
10 fomite unum par caligarum predicto domino et magistro Wylhelmo pro perpetua dicte cantarie instructione et ipsius memoriale dari iusserunt ipso die sancti Nocolay<sup>a</sup>, ita tamen, ut successoribus nostris ac nacioni nullum generetur preiudicium per ea que habentur, quod alicui conceditur etc. de regulis iuris etc.

## Percepta nostra:

15 Et a predictis venerabilibus procuratoribus post con-  
quassacionem ipsorum nobis factam recepimus:  
Primo VII florenos de camera et V florenos Ry-  
nenses et LII Bollendinos<sup>a</sup> et III denarios.

Item dominus Conradus Hümerii de Maguncia I Ry-  
20 nensem.

Item magister Egidius de Vinea de Anwerpia<sup>a</sup> XII  
Bollendinos.

Item Magister Henricus de Bottelstete<sup>b</sup> de Wysense  
X Bollendinos.

25 Item magister Theodoricus Frost de Salza X Bollen-  
dinos.

Item magister Lampertus de Datyn cum socio suo  
I ducatum.

Item magister Henricus Gotfridi de Koburg XV Bol-  
30 lendinos.

Item dominus Meynricus de Padeburn<sup>c</sup> licenciatus in  
iure canonico XIII pyekones<sup>d</sup> 1.

Item dominus archidyaconus Cammynensis XVIII  
Bollendinos.

35 Item dominus Dethardus Sleter canonicus ecclesie  
Sancti Iohannis de Osnaburg XII Bollendinos.

Item generosus baro dominus Otto de Plesse<sup>e</sup> cano-  
nicus Hyldehemensis cum magistro seu socio suo  
XI Bollendinos.

40 Item dominus Iacobus de Berlin XI solidos.

Item dominus Martinus de Prucia<sup>f</sup> XV Bollendinos.

Item dominus Nicolaus de Uri montibus<sup>g</sup> magister in  
artibus XII Bollendinos.

Item dominus Otto de Schawenberg canonicus Au-  
gustensis XIII pickones. 15

Item magister Egidius de Leodia XX Bollendinos.

Item ab heredibus de Filicinis V libras Bononien-  
sium.

Summa summariorum: XVIII liberas<sup>a</sup> et sex  
Bollendinos et tres quadrenos et III denarios 20  
et VIII ducatos et VI Renenses.

<sup>a</sup> Exposita autem per prelibatos procuratores fol. 98r.  
sunt hec:

Primo octo quadrenos portatori ciste de domo pro- 25  
curatorum.

Item III libras et III solidos pro candelis in die puri-  
ficationis.

Item I pickonem portatoribus cistarum ad portandum  
et reportandum a magistro qui eas refecerat. 30

Item pro nova parva cista et fundamento antique  
ciste XXXVIII Bollendinos.

Item XIII Bollendinos pro coopertura missalis et pro  
alia<sup>b</sup> cantualis liberi<sup>a</sup>.

Item pro portatura magne ciste ad Saccum I pickonem. 35

Item pro ferris parvis et seris III ad eandem cistam  
et ad magnam XXIX Bollendinos.

Item VIII Bollendinos pro longis ligaminibus ad par-  
vam cistam.

Item pro duobus pulptis III libras minus V Bollen- 40  
dinis, quartam libram dedit prior.

Item I pickonem magistro Wylhelmo cantori pro mal-  
matico<sup>a</sup>.

45 <sup>a</sup> Regens missas in nacione habuit salarium, ne fierent confusiones *al. m.* 45

<sup>a</sup> sic.  
<sup>g</sup> montibus *deest B.*

<sup>b</sup> Botlestete *B.*  
<sup>h</sup> *corr. ex aliquibus.*

<sup>c</sup> Padelbunn *B.*

<sup>d</sup> Bon. *B.*

<sup>e</sup> Blesse *B.*

<sup>f</sup> Prussia *B.*

50 <sup>1)</sup> *Pyeko, picko, picho, peko vel grossus Mediolanensis valuisse videtur unum Bologninum et dimidium. Cf. pag. 189, 15.* 50  
Acta nationis Germanicæ. 23



- Item pro tribus candelis reficiendis in festo pasche XLVIII Bollendinos.
- Item pro malmatico in die penthecostes et supplicacionibus XL Bollendinos.
- 5 Item die dominica sub octava corporis Christi pro malmatico XXIII Bollendinos.
- Item I libram sartori pro casula superius expressa formanda cum aliis suis manipulis.
- Item ipso die assumptionis gloriosissime virginis Marie pro malmatico XL solidos.
- 10 Item ipso die omnium sanctorum duobus dominis de Anglia II Bollendinos.
- Item pro duabus libris candelarum ipso die animarum XI Bollendinos.
- 15 Item presbitero nostro ipso die X Bollendinos.
- Item pro pauperibus eodem die L Bollendinos.
- Item I ducatum magistro Wilhelmo de Breda pro dignitate sua suscipienda, de qua supra dictum est.
- Item pro malmatico sex bucalium et supplicacionibus die nativitatis Cristi<sup>a</sup> XLVII Bollendinos.
- 20 Item die epyphanie pro confexionibus IIII libras cum dimidia XXXIII Bollendinos.
- Eodem die pro octo bucalibus malevesie LVI Bollendinos.
- 25
- Item II pickones pro ligaminibus parve ciste appositis ferreis.
- Item V quadrenos pro frero<sup>b</sup> eiusdem ciste circumflexo foramine, per quod denarii inmittuntur.
- Item pro malmatico die computacionis antiquorum 5 procuratorum Bollendinos VII.
- Summa summarum expensarum: Primo libras XXXII, item Bollendinos IIII, item quadrenos IIII.
- 10
- Item pastor dominus Berteramus Episcopi in Zundis nobis procuratoribus ex parte prelibate nacionis ad hunc casum deputatis, videlicet domino Bernhardo de Baden et michi, promisit in presencia domini decani Argentinensis ecclesie dare Sacco X ducatos 15 vigore cuiusdam testamenti pie memorie tantum ad pios usus applicandum infra VI menses a die sancti Galli computandos. Et nos predicto domino pastori tanquam vices gerentes procuratorum dicte nacionis promissimus vice versa ita fiendum et firmiter tenendum. Et si indigeret instrumento a dicta nacione de predictorum expositione florenorum, sibi nacio de tali benigniter provideret. Scripta hec omnia ipsa die Solis XIII. Ianuarii mensis.<sup>1</sup>
- 20
- 25

## 1428.

## Ihesus.

fol. 98v.

30 In nomine Domini. Amen. Anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo vicesimo octavo, 30  
indictione sexta, pontificatus domini nostri pape anno X<sup>2</sup>, ephiphanie<sup>a</sup> Domini, congregata nacione dominorum  
Theotonicorum Bononie in utroque iure studencium apud ecclesiam Sancti Frigidiani extra muros Bononienses, dicti domini scholares eligerunt<sup>a</sup> nemine discrepante in procuratores nacionis generosos et venerabiles viros dominos Gasparem Stange alias Wandefen<sup>c</sup> de Prussia clericum Pomezaniensis diocesis ac dominum  
35 Lambertum Datyn canonicum Leodiensem et prepositum ecclesie Sancti Dionisii Leodiensis, scolares in iure 35  
canonico, qui dum electi erant, secundum formam statutorum dicte nacionis solita iuramenta prestiterunt necnon iuramenta a singulis dominis scolaribus prefate nacionis ibidem congregatis, ut moris est, receperunt  
solempnitatibus intervenientibus iuxta morem ab aliis observatis<sup>d</sup>. Actum etc.

Iohannes Tollner notarius scripsi.

40 Expost certa die nos Gaspar et Lambertus procuratores predicti a venerabili viro domino Petro de Slinitz olim procuratore nacionis nostre, absente domino Heinricho Barcecow olim etiam procuratore a civitate Bononiensi recepimus raciones, paramenta, libros, res et alia negocia ad nostram nacionem spectantes iuxta et secundum tenorem inventarii cuiusdam superius in secundo folio proxime precedenti con-  
45 scriptas et conscriptas de anno Domini M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. XXVI<sup>o</sup>, in die epiphanie etc. nobis secundum consuetudinem 45

<sup>a</sup> sic.<sup>b</sup> sic, loco ferro.<sup>c</sup> Wandeson B.<sup>d</sup> abservatis A.

<sup>1</sup>) Anno 1427. dies decima tertia mensis Ianuarii dies Lunae fuit.  
50 Nov. — 1427, Nov.

<sup>2</sup>) Annus X. Martini V. papae fuit a 1426,  
50



et statuta dicte nostre nacionis consignata. Qui eciam dominus Petrus olim procurator, facta de singulis expensis, introitibus et oneribus racione nobiscum diligenti, nobis procuratoribus prefatis in prompta pecunia summam sex florenorum Renensium, duarum librarum Bollendorum et XIII Bollendorum et unius denarii recipientibus, tradidit et consignavit.

5 Anno, indicione, pontificatu quibus supra, die vero Iovis penultima mensis Aprilis, hora meridiei 5 vel quasi, Bononie in domo habitacionis domini Gasparis Stange etc. procuratoris supradicti, presentibus ibidem dominis Petro de Slinitz preposito etc. et Heinrico Barcecow licenciato in iure canonico ac domino Bernharde de Baden testibus etc., honorabilis dominus Bertramus Biscopp pastor in Sondis Swerinensis diocesis, scholaris nacionis Alamanie, libere ac sponte confessus fuit et recognovit, se deberi et teneri in summa 10 decem florenorum auri de camera racione et occasione execucionis testamenti quondam Everhardi Menselin 10 apud Bononiam defuncti ad utilitatem fabrice Sacci seu ecclesie Sancti Frigiani extra muros Bononie convertendorum modo infrascripto. Quos quidem decem florenos prefatus dominus Bertramus promisit in bona fide delibare et consignare seu facere presentare procuratoribus protunc nacionis predictae per totum mensem Octobris proxime futurum, obligans se ad implendum efficaciter premissa sub pena XX librarum Bollen- 15 dinorum meliori modo, quo potuit etc. 15

Datum et actum ut supra, presentibus quibus supra.

Deinde statim loco, hora et presentibus quibus supra constituti idem domini Gaspar et Lambertus procuratores nacionis Alamanie, et promiserunt pro se ac suis successoribus procuratoribus futuris, quatenus infra annum post tempus solucionis premissae immediate sequentem operam dabunt et diligentiam possibilem, 20 quod pro predictis decem florenis stallus sive sedes pro scolaribus standis ibidem fient in choro ecclesie 20 Sancti Frigiani supradicte vel calix cum armis testatoris ad usum missarum etc. Et si premissa non fuerint effectualiter per prefatos procuratores adimpleta, quod extunc potestas exequendi modo premissa et ad utilitatem prefatam dictas pecunias convertendi ad priorem pro tempore existentem in prefata ecclesia Sancti Frigidiani devolvatur. Datum et actum ut supra.

25 Et ego Iohannes Tollner clericus Leodiensis diocesis, publicus apostolica auctoritate notarius, pre- 25 missis confessioni, recognicioni, obligacioni et promissioni et aliis rogatus interfui. Idcirco manu mea propria scripsi etc.

Nota<sup>a</sup>, quod hic obmittitur annus XXIX<sup>o</sup>, pro quo ab heredibus de Felisinis videtur solucio facta in XXX<sup>o</sup> anno proxime insequenti<sup>b</sup>.

30

30

## 1430.

Anno Domini millesimo CCCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>, congregata nacione dominorum Theotonicorum Bononie in utroque iure studencium apud ecclesiam Sancti Petronii Bononie, dicti domini scolares nemine discrepante 35 eligerunt<sup>c</sup> in procuratores dicte nacionis Alamanie egregios et venerabiles viros dominos Wynaldum Allama 35 de Marteren vulgariter de Merdym de Frisia<sup>d</sup> et Rodolfum Oberhusin de Dudirstat<sup>e</sup> clericos Traiectenses etc.

Recepta de anno 30<sup>o</sup>:

Ego Wynaldus prefatus recepi a ser Dominico factori heredis de Fillisinis quinque libras in grossis die 40 XXV. mensis Augusti anno quo supra. Item recepi ab eodem ser Dominico factori etc. anno quo supra, mensis Septembris die septimo quinque libras in grossis seu pekonibus.

Exposita de anno 30<sup>o</sup>:

Ego Wynaldus Allana exposui VIII pekones seu grossos Mediolanenses eundo versus Centum ad habendum res nacionis nostre a Gasparo de Li- 40 beris. Item VIII solidos pro calceis pro via versus Centum.

45 <sup>a</sup> Abhinc alia manu scripta sunt acta huius anni. electi nec aliqui albo ascripti reperiuntur B. <sup>c</sup> sic. Duderstat B.

<sup>b</sup> Anno Domini M CCCC XXIX. Hoc anno nulli procuratores 45 <sup>d</sup> de Marteren de Frisia B. <sup>e</sup> Oberhusen de



Nota, quod hic deficiunt percepta et exposita de duobus annis<sup>a</sup>, reperitur tantum proxime insequenti de manu notarii, quendam dominum Gerardum [Chromperg] canonicum Maguntinensem fuisse procuratorem; nulla fit mencio de eius electione vel aliis factis. Dubitatur ergo an de Felisinis solverint X libras.

fol. 99r. <sup>a</sup> Nota, quod dominus Gerardus Chromperg canonicus Maguntinensis et Treverensis ecclesiarum hic 5 suprascriptus in eodem folio<sup>1</sup> impignoravit contra iura calicem et missale<sup>2</sup> spectantes seu pertinentes ad 5 nacionem Teutonicorum.

Nota, quod ultimum folium habet istum numerum 101.

fol. 99v. <sup>a</sup> Sequitur quaternus novus de anno Domini 33<sup>o</sup>. Godschalcus.

10 fol. 100r. **1432.** 10

Anno Domini 1432<sup>o</sup> strenuus et famosus vir dominus Matheus Slyk de Lasono dederat duos florenos Renenses<sup>b</sup>. Anticipa istum.

15 fol. 100v. **1433.** 15

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup>, ipso die purificationis nostre Domine, ego Emundus Pollart Leodiensis diocesis et dominus Harneydus Appel Verdensis<sup>c</sup> dyocesis prepositus in Ullessen eiusdem dyocesis electi fuimus in procuratores nacionis nostre Almanorum scolarium, et postea michi Emundo propter absentiam domini Harneydi fuerunt omnes res assignate per dominum Gherardum Krampbergh canonicum eccle- 20 siarum Maguntinensis et Treverensis ante nos procuratorem, de quibus fit mencio in instrumento supra subscripto per dominum Rodolphum<sup>1</sup> etc.

Recepta:

Dominus Ludowicus Gässl<sup>d</sup> canonicus regularis Pa- 25 t[a]viensis dyocesis dedit nacioni grossos quatuor Mediolanenses, facientes solidos VI.

Dominus Godscalkus Uppembergh<sup>e</sup> Coloniensis dyocesis solidos XIII.

Dominus Heinricus de Lovania solidos XXX.

30 Emundus Vollart<sup>f</sup> solidos X.

Dominus Arnoldus Westfall canonicus Lubicensis<sup>g</sup> 1 solidos XX.

Item recepimus ab heredibus de Felisinis libras V.

Summa: libre IX.

35

Exposita:

Primo portatori ciste Bologninum I.

Item dedimus priori officianti cappellam nostram pro 25 duobus annis iam preteritis Bologninos XL.

Item in die animarum pro candelis Bologninos V.

Item eodem die pauperibus Bologninos XVI.

Item pro cartis istis novis Bologninos IX.

Restituimus novis procuratoribus electis anno se- 30 quenti<sup>h</sup> Bologninos XCVII et quatrinos quinque et Bologninos X, facientes simul Bologninos centum et septem et quatrinos quinque.

35

#### 1434.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup>, ipso die epyphanie Domini, ego Arnoldus Westfall de Lubec<sup>g</sup> 40 et Godscalcus Uppembergh Coloniensis diocesis clericus electi fuimus in procuratores nacionis dominorum

40

<sup>a</sup> pastor in Gruwel Coloniensis dyocesis *al. m.*

<sup>h</sup> et doctor qui factus post episcopus Lubicensis *al. m.*

<sup>g</sup> nunc episcopus Lubicensis anno Domini M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. LIII<sup>o</sup>. Godscalcus Lange *al. m.*

<sup>a</sup> Anno Domini M CCCC XXXI. Hoc anno nulli nec procuratores electi nec in numerum aliqui recepti sunt *B.*  
45 <sup>b</sup> Anno Domini M CCCC XXXII reverendo domino Gerardo Chromperg. canonico Maguntinensi et Treverensi procuratore etc. <sup>c</sup> Werdensis *B.* <sup>d</sup> Gassl *B.* <sup>e</sup> Uppenberg *B.* 45

<sup>1</sup> In superiore parte folii 99. invenitur diploma de 1433, Mart. 27. Cf. instrumenta de hoc anno.

<sup>2</sup> In margine picta sunt calix, missale, compedes et manicas.

<sup>3</sup> Episcopus Lubicensis 1450—1466, Jan. 31. Mitra cum baculo episcopali in margine picta est.



scholarium Almanorum, et eodem die nobis res omnes dicte nacionis per procuratores antiquos fuerunt assignate, de quibus fit mencio in instrumento per dominum Rudolphum subscripto, quod superius de verbo ad verbum in presenti libro continetur; et hec omnia acta fuerunt in presencia nacionis.

## Recepta:

- 5 Ludolphus van der Heyde<sup>a</sup> de Luneborgh solidos IIII.  
Dominus Birgerus Birgeri presbiter Stringinensis diocesis de Suecia dedit solidos XII.  
Ego G[odscalcus] prescriptus recepi ab heredibus de Felisinis XXV. die mensis Octobris quinque libras  
10 monete Bononiensis.  
Item recipi<sup>b</sup> a dictis procuratoribus solidos XCVII, V quatrinos et solidos X.  
Nicolaus Bremis<sup>c</sup> clericus Bremensis, scolaris in iure canonico nil dedit, dare tamen promisit, quamcito  
15 ad pinguiorem fortunam venerit.  
Summa receptorum: libre XII solidi IIII quatrini V.

## Exposita:

- Item die purificationis beate Virginis pro candelis et 5  
confectionibus solidos LXX.  
Ipso die animarum exposui pro candelis solidos V.  
Item eodem die pauperibus erogabam solidos XIX.  
Item dedi domino priori libram unam. 10  
Anno Domini M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. XXXV<sup>o</sup> ego Godschalcus ad-  
huc procurator solus post recessum domini Arnoldi  
exposui ipso die purificationis beate Virginis pro  
candelis et confectionibus XLII solidos.  
Summa expositorum: libre VII solidi XVI. 15

## 1435.

- 20 Anno Domini M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. XXXV<sup>o</sup>, ipso die purificationis beate Virginis, electus fuit in procuratorem  
predictus dominus Ludowicus Gassl<sup>d</sup> canonicus regularis Pataviensis<sup>e</sup> diocesis, et ego Godschalcus prefatus  
fui ipsi in socium et comprocuratorem confirmatus etc.

Acta fuerunt hec in dote ecclesie prefate in presencia nacionis Theotonicorum.

## Recepta:

- 25 Ego Godschalcus recepi ab heredibus de Felisinis vi-  
gore cuiusdam testamenti per Henricum Peregrini  
de Felisinis facti quinque libras in quadrinis XXVII.  
die mensis Octobris anni Domini suprascripti, quas  
tenentur solvere singulis annis nacioni nostre ipso  
30 die sancti Michaelis archangeli, de quo fit mencio  
supra folio 60, ubi vide<sup>1</sup>.  
Insuper recepi ab egregio circumspecto viro domino  
Andrea Ruperti<sup>f</sup> sacre theologie doctore de Prusia<sup>g</sup>  
oriundo solidos decem.  
35 Item recepi ab honorabili discreto viro domino Nico-  
lao Salfelt<sup>h</sup> rectore parrochialis ecclesie in Fiscaw  
Pomezaniensis diocesis necnon perpetuo vicario in  
ecclesia Misnensi solidos decem.  
Item recepi ab honorabili domino Ulrico Langman-  
40 tel<sup>i</sup> de Augusta solidos sex.  
Item dedit dominus Wylhelmus de Lovania clericus  
Leodiensis diocesis ad maiorem deliberacionem so-  
lidos X.  
Summa receptorum: libre VI solidi XVI.  
45 Item de consensu nacionis dedi cuilibet ipso die puri-

ficacionis beate Virginis unam candelam de una  
libra cere, alias non potuissem, cum statutum lo- 25  
quatur, quod quelibet debeat continere circa qua-  
tuor uncias cere.

## \* Exposita:

- Solvi priori ecclesie nostre deservienti libram unam. 30  
Item ipso die animarum pro parvis candelis solidos V.  
Item eodem die erogavi pauperibus solidos viginti  
unum.  
Summa expositorum: libre II et solidi VI.  
Summa omnium receptorum: libre XVIII solidi 35  
XIX quatrini V.  
Summa omnium expositorum: libre X solidi II.  
Dominus Lodewicus et ego Godschalcus prefatus assi-  
gnavimus proxime infrascriptis procuratoribus in  
pecunia numerata libras VIII et solidos XVII et 40  
quadrinos V monete Bononiensis.  
Item assignavimus in presencia nacionis infrascriptis  
procuratoribus omnes et singulas res conscriptas  
supra per manum domini Rudolphi procuratoris anni  
Domini etc. tricesimi tercii. 45

fol. 101<sup>v</sup>.

<sup>a</sup> von de Heyden B.    <sup>b</sup> sic.    <sup>c</sup> Brenus B.    <sup>d</sup> Gassl B.    <sup>e</sup> sic B; Paterniensis A.    <sup>f</sup> Rel-  
perti B.    <sup>g</sup> Prussia B.    <sup>h</sup> Salfeldt B.    <sup>i</sup> Langenmantel B.



## 1436.

Anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, die vero octava mensis 5  
 5 Januarii, que fuit dominica proxima post festum epiphaniæ Domini, in domo habitacionis venerabilis et 5  
 egregii viri domini Andree Ruperti de Prussia sacre theologie professoris, tunc ex certa sciencia et volun-  
 tate nacionis dominorum Theotonicorum pro infrascriptis faciendis deputato, loco congruenti, congregata na-  
 cione dominorum Theotonicorum predictorum, volentium iuxta ritum et consuetudinem ac tenorem statu-  
 torum dicte nacionis novos eligere pro futuro anno novo, videlicet nunc instante, procuratores, unanimiter  
 10 et concorditer ac nullo discrepante honorabilibus viris dominis Ludovico Gassel et Godschalco Uppembergh, 10  
 protunc ipsius nacionis procuratoribus, quatuor scolares in iure canonico et civili studentes ex quatuor  
 nacionibus, videlicet Swevie, Bavarie, Franconie et Saxonie, pro qualibet nacione unum scolarem seu elec-  
 torem, iuxta tenorem predictorum statutorum adiunxerunt ac pro eligendis novis procuratoribus deputarunt.  
 Qui quidem Ludovicus et Godscalcus antiqui procuratores una cum quatuor deputatis huiusmodi venerabilem  
 15 et egregium virum dominum Andream predictum necnon honorabilem virum dominum Ulricum Langen- 15  
 mantel de Augusta in artibus doctorem seu magistrum iurisque civilis scolarem in procuratores pro anno  
 presenti et novo dicte nacionis crearunt, ordinarunt et deputarunt in forma solita et consueta. Quo facto,  
 supradicti domini Ludovicus et Godscalcus res, bona ac pecunias dicte nacionis per prefatum dominum God-  
 scalcum manu eius propria proxime suprascriptas designatas et conscriptas eisdem dominis Andree et Ulrico  
 20 novis procuratoribus, ut solitum est fieri, tradiderunt et assignarunt. Super quibus singulis pro parte nacionis 20  
 huiusmodi, quatenus supradicta gesta et facta in presenti nacionis libro conscriberem, legitime fui requisitus  
 in fidem premissorum.

Signum. Et ego Leonardus Gessel clericus Augustensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia  
 premissis omnibus interfui, ideo rogatus prefata scripsi et subscripsi in testimonium prescriptorum.

- 25 Percepta sub nostre procuracionis tempore:
- |   |  |
|---|--|
| <p>Dominus Leonardus Gessel de Frankonia canonicus<br/>         ecclesie Sancti Mauricii Augustensis, rector parro-<br/>         chialis ecclesie in Remeterhusen necnon et canoni-<br/>         cus Sancti Arsatii in Ylenmönster Frisiensis dio-<br/>         cesis* dedit X solidos Bononinorum.</p> <p>30 Magister Bernardus de Sodfeldt canonicus Augusten-<br/>         sis* dedit VI solidos Bononinorum.</p> <p>Hermannus de Breitenlandenbergh<sup>b</sup> Constanciensis ca-<br/>         nonicus I ducatum.</p> <p>35 Item recepimus ab heredibus de Felisinis V libras<br/>         Bononienses VII. die mensis Octobris.</p> <p>Dominus Hinricus Leubing in decretis licentiatuſ pre-<br/>         positus Nuenburgensis<sup>c</sup> ac eiusdem et Misnensis ec-<br/>         clesiarum canonicus dedit . . . . .</p> <p>40 Item dominus Iohannes Kirchayn<sup>d</sup> Asschaffenburgen-<br/>         sis<sup>e</sup> et Fritslariensis ecclesiarum canonicus diocesis<br/>         Maguntinensis.</p> | <p>Dominus Iohannes de Doeven de Novomagio, magister 25<br/>         in artibus.</p> <p>Dominus Godscalcus Rixdorp<sup>f</sup> archidiaconus Sleswi-<br/>         censis<sup>g</sup>.</p> <p>Summa perceptorum: libre 6 solidi 19 quadrini 5.</p> <p>30</p> <p>Exposita:</p> <p>Primo ipsa die purificationis LXIII Bologninos et I<br/>         quadrinum.</p> <p>Item priori ecclesie nostre deservienti libram unam.</p> <p>Item pro cena ad mandatam omnium de nacione 35<br/>         nostra et consensum tempore computacionis facta<br/>         exposuimus XXXVIII solidos Bononienses et qua-<br/>         tuor quatinos.</p> <p>Magister Ulricus et Andreas Ruperti. In eius recessu<br/>         fui substitutus ego Nicolaus Salevelt etc. 40</p> <p>Item III. die Februarii pro una libra candelarum II<br/>         Bononenos II quatinos.</p> |
|---|--|

\* hodie vicarius generalis domini cardinalis et episcopi Augustensis dyocesis *al. m.*  
 45 tergo videantur *al. m.* *Nomina Hinrici Leubing et seqq. deleta sunt, A.*

\*\* Isti qui sunt doleti a

<sup>a</sup> Sodfeldt, canonicus et vicarius generalis Augustensis ecclesie Bon. sex B.  
<sup>c</sup> Nuemburg. B. <sup>d</sup> Kirthayn B. <sup>e</sup> Assaffenburg. B. <sup>f</sup> Rixstorp B.

<sup>b</sup> Breittenlanden B.  
<sup>g</sup> Slewic. B.



Item in profesto sancte Katherine pro duobus dupleriis ponderis librarum VIII unciarum XI, constat libra solidos III cum medio, summa solidos XXXVI denarios X.

5

Item in vigilia nativitatis Domini pro duobus candelis ad altare ponderis II librarum solidos X Bononienses.

Summa expositorum: libre 8 solidi 12 quadrini V.

5

## 1437.

Ipsa die epiphanie Domini dominus Henricus Leubing etc. fuit assumptus in procuratorem nostre nacionis et ego Nicolaus Salfelt pro tunc substitutus magistri A. Ruperti etc. sibi in comprocuratorem confirmatus, et assignate nobis fuerunt res et pecunie nacionis remanentes, scilicet in auro et monetis libre VI solidus I quadrini V Bononienses.

15

## 1437.

15

Anno Domini a nativitate millesimo CCCC<sup>o</sup>. XXXVII<sup>o</sup>, in die epiphanie, congregatis dominis scolaribus nacionis Theutonice prefate, concorditer elegerunt in procuratores nacionis prefate dominum Henricum Leubing prepositum Nuemburgensem et dominum Nicolaum Salfelt prefatum, qua electione res omnes supra descripte et designate per Rudolfum de Ebbirhusen fuerunt per dictum dominum Nicolaum et Ulricum Langemantel nacioni et novis procuratoribus unacum pecuniis proxime supra descriptis, videlicet libris VI solidi I quatrini V, assignate et tradite. In cuius testimonium requisitus per nacionem scripsi hec ego Leonardus Gessel clericus Augustensis diocesis manu propria in fidem premissorum.

Ser Leonardus notarius superscriptus etc. manu propria scripsi.

25

## 1437.

25

fol. 101v.

Item dominus Iohannes Kirchayn canonicus Asschafenburgensis et Fritslariensis ecclesiarum Maguntinensis diocesis dedit XII solidos Bononinorum.

Item magister Iohannes Doenen in artibus de Novomagio etc. dedit solidos IX Bononinorum.

Item magister Georgius Haugwicz de Slezia<sup>\*1</sup> X Bologninos.

Erhardus de Asparn baccalarius in artibus clericus Pataviensis diocesis dedit solidos VI Bononinorum.

Item dominus Theodericus Boicholt de Wesalia clericus Coloniensis diocesis in artibus magister dedit pro nacione solidos XIII Bononinorum.

Item dominus Gerhardus Userlude doctor in medicina canonicus Francfordensis<sup>a</sup> etc., scolaris in iure canonico, ad meliorem deliberacionem dedit solidos VI Bononinorum.

Item dominus Godscalcus Rixstorp<sup>\*\*</sup> archidiaconus

45

Sleswicensis ad meliorem deliberacionem dedit solidos XII Bononinorum.

Item Nicolaus Liptzkendorff clericus Brandenburgensis<sup>b</sup> similiter ad deliberacionem meliorem dedit solidos VI Bononinorum.

Item dominus Iohannes Dunker<sup>c</sup> clericus Maguntinensis diocesis eciam dedit solidos VI Bononinorum.

Item dominus Fridericus Smydel de Egra clericus Ratisponensis diocesis in artibus magister dedit solidos VI Bononinorum.

Item dominus Nicolaus de Cusa<sup>2</sup> clericus Treverensis diocesis dedit solidos III Bononinorum.

Item dominus Iohannes Klep clericus Spirensis diocesis dedit solidos IV Bononinorum et dimidium.

Item dominus Henricus Bulle rector parrochialis ecclesie in Antiqua Krempa Lubicensis diocesis dedit solidos IX Bononinorum.

45

\* Electus fuit in episcopum Nuemburgensem; postquam XI. die confirmacionem obtinuit, in Domino obdormivit *al. m.*

\*\* De Holsatia *al. m.*

<sup>a</sup> Francfordiensis *B.*

<sup>b</sup> Brandenb. *B.*

<sup>c</sup> Duncker *B.*

50

<sup>1</sup>) Georgius ab Haugwitz, episcopus Naumburgensis, 1463, Sept. 19 — Oct. 1.

<sup>2</sup>) Super litura scriptum.

50



- Item dominus Gherardus Koneken iunior clericus beneficiatus Halberstadensis<sup>a</sup> diocesis solidos XV Bononinorum.
- Item dominus Melchior de Soldaw clericus Pomezaniensis diocesis dedit solidos VI Bononinorum.
- Item dominus Iohannes Peterlenher<sup>b</sup> magister in artibus presbiter Pataviensis diocesis dedit solidos VI Bononinorum.
- Item dominus Leonardus Stadler de Burchkawsen<sup>c</sup> rector parrochialis ecclesie Sanctorum Martini et Nicolai in Straswalhen<sup>d</sup> Pataviensis diocesis solidos VI Bononinorum.
- Item die lune VII. Octobris recepi ab heredibus de Felisinis quas tenentur solvere singulis annis nationi in festo s. Michaelis ratione cuiusdam testamenti libras quinque, V libras Bononinorum.
- Item dominus Alfardus de Montford solidos decem.
- Item dominus Albertus Poylich<sup>e</sup> solidos duodecim.
- Summa introituum: libre XVIII solidi VIII quadrini V Bononinorum.
- Nota, dominus Georgius Haugwitz electus erat in episcopum Naumburgensem; post confirmationem a summo pontifice obtentam XI<sup>o</sup>. die felicem obiit diem et est in Ancillarum oppido<sup>f</sup> sepultus.
- Item dominus Hinricus Leubing prepositus ecclesie Nuemburgensis superscriptus, qui hic promotus fuit in doctorem legum, dedit nationi quandam credenciam ad usufructuandum, quam consignavit domino Godschalco Uppenbergh infrascripto; nichil tamen ego Nicolaus procurator mee procuracionis tempore inde recepi.
- Dictus dominus Hinricus Leubing fuit procurator nacionis nostre, qui recessit ante expirationem officii, quare ego Godschalco Uppinbergh fui sur-
- rogatus in locum ipsius de consensu omnium sociorum.
- Iste Heynricus erat prepositus in Forcheym et canonicus ecclesie beate Marie virginis Erfurdensis et decanus Misnensis et est Misne sepultus fuitque successor in decanatu domini Georgi de Haugwitz.
- Exposita eodem anno 1437:
- Primo in die epiphanie Domini pro confectionibus I libram.
- Item malvatici bocchales II.
- Item post prandium pro pomis, caseo, pane et vino. Summa huius in totum: solidi XXXI et dimidius Bononinorum.
- Item in vigilia purificationis Marie pro candelis distribuendis fuerunt VII libre et dimidia, quelibet libra constat V solidos. Summa: solidi XXXVII et dimidius Bononinorum.
- Item in vigilia assumptionis beate Virginis pro confectionibus libras II.
- Item pro vino albo bochales III. Summa: solidi XVII Bononinorum.
- Item in vigilia omnium sanctorum pro II cereis ad altare ponderis I libre.
- Item pro parvis candelis in die animarum media libra, V solidos pro libra. Summa: solidi VII et dimidius Bononinorum.
- Item domino priori Saccorum ratione salarii libram I Bononinorum.
- Item pro die epiphanie Domini 1438. in creacione novorum procuratorum subscriptorum pro malvatici bochalibus III solidos X et dimidium Bononinorum.
- Item pro confectione XXII solidos Bononienses. Summa expensarum: VII libre VI solidi Bononienses.

## 1438.

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. XXXVIII<sup>o</sup>, in die epiphanie Domini, congregatis dominis scolaribus nacionis Theotonice, et electis canonicis procuratoribus, videlicet dominis Godschalco Uppinberg et Albert<sup>o</sup> Poylich de Colonia pro anno presenti, et demum calculo facto per dominos Nicolaum et Godschalco antiquos procuratores, die XXVIII. Ianuarii sequenti assignarunt ipsi antiqui<sup>f</sup> procuratores dictis novis procuratoribus in pecunia numerata libras Bologninorum undecim et Bologninos II, quadrinos V cum rebus nacionis supra descriptis.

Ser Leonardus Gessel notarius etc.

<sup>a</sup> Halberstadiensis B.    <sup>b</sup> Peterlencher B.    <sup>c</sup> Burchusen B.    <sup>d</sup> Stranswalhen B.    <sup>e</sup> Paylich B.  
<sup>f</sup> antique A.

<sup>g</sup> id est Magdeburg. Mitra cum baculo in margine picta est.



## Exposita:

- Dedi primo portitoribus rerum nacionis solidos III Bononienses.
- Item pro die purificationis emi ad altare II candelas magnas, quamlibet de una libra cere.
- Item eadem die in missa fuerunt dominus Anselmus corrector literarum apostolicarum, dominus Iohannes de Lovania prepositus Zantiensis, dominus Iacobus Geyer plebanus, quam alii prelati, pro quibus et scolaribus emi candelas continentes libras XIII cere et VI uncias. Solvi pro candelis omnibus libras quinque et VIII quadrimos.
- Item pro clave solidos III.
- Item pro ramis palmarum quadrimos VII.
- Item portitoribus ciste II solidos.

10

10

## \* 1438.

fol. 102r.

Anno etc. M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. XXXVIII<sup>o</sup>, indictione prima, die secunda mensis Februarii, venerabiles viri domini Gotschalchus et Albertus de Alamania procuratores et syndici nationis Alamanorum, quatinus etc., tradiderunt et de novo confirmarunt Nicholao Marschoto in possessione trium tornaturarum vel circa etc., quam iure possedit iam sunt duodecim anni vel circa, et nullam confirmationem sive nomen concessionis ab aliquibus procuratoribus habuit usque in presentem diem, et eam concesserunt ad beneplacitum eorum et suorum in officio successorum etc., qui Nicolaus bidellus nationis predictae fuit confessus, dictas tres tornaturas eas possidisse iure dicte nationis.

Presentibus Nicholao Marschoto, bidello generali dominorum ultramontanorum, Nicholao Rustignani de Pavanis testibus etc.

Et ego Augustinus de Zamblearis notarius rogatus fui de predictis conficere instrumentum.

De vinea nostra vide superius in folio 80.<sup>1</sup>

## Recepta:

- Recepi a venerabili domino Conrado Abbenborgh<sup>e</sup> decretorum doctore decano ecclesie Bardewicensis solidos Bononienses viginti unum.
- Item prefatus dominus Conradus tempore licencie et conventus simul factorum habuit credentiam nacionis nostre, pro qua solvit solidos XII.
- Item dominus Georius Gaisler<sup>b</sup> de Lanhuot<sup>c</sup> VI Bologninos dedit.
- Item dominus Conradus de Sellis XII Bologninos.
- Item a domino Ulrico Nustorffer<sup>\*\*</sup> Pataviensi, Ratisponensi etc. canonico, preposito Sancti Andree Frisingensis, unum florenum Renensem in Nuremberg factum ad maiorem deliberacionem.
- Item a domino Henrico Feuchter plebano in Cystertorff<sup>d</sup> Pataviensis diocesis Bononienses solidos X.
- Item a domino Iohanne Luceltrater plebano in Maurkirchen Saltzeburgensis diocesis Bononienses solidos X.
- Item ultra alias datas a domino Bernardo Sutveld solidos VI.

35

35

## \* 1439.

fol. 102v.

Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono, die epiphanie Domini, congregata nacione dominorum Theutunicorum prope ecclesiam Sancti Cristofori Bononiensis in domo egregii viri domini Nicolai Salvelt de Prussia protunc rectoris dominorum ultramontanorum, de unanimi consensu dominorum de predicta nacione electi fuerunt in procuratores dicte nacionis venerabiles viri domini Alfardus de Montfurd<sup>e</sup>

\* Obiit Rome postea dum lites haberet supra archidiaconatum Luneborgensem, qui requiescat in pace. Godscalus Lange *al. m.* <sup>\*\*</sup> iam episcopo Pataviensi *al. m.*

\* sic.

b Saller B.

c Lantzbut B.

d Cysterdorf B.

e Monfort B.

<sup>1</sup> Cf. pag. 148, 34.  
Acta nationis Germanicæ.

<sup>2</sup> Ulricus III. a Nussdorf, episcopus Pataviensis, 1451, Jul. 18 — 1479, Sept. 2. Mitra adpicta est.



ecclesie parochialis in Polsbrock<sup>a</sup> rector et canonicus Sancte Marie Traiectensis et Fridericus Sesselmann arcium magister canonicusque ecclesie Sancti Iohannis Novi Monasterii Herbipolensis, in iure civili scolares, qui onus procuracionis huiusmodi assumentes, res, pecunias et alia ad dictam nacionem spectancia et infra conscripta nomine dicte nacionis a prefato Nicolao rectore vigore substitutionis cuiusdam Gotscalci Uppen-  
5 berg in decretis licenciati protunc veri procuratoris et absentis, ad suas procuracionis nomine manus ac-  
ceptarunt in Dei nomine.

Sequuntur recepta a nobis dictis procuratoribus nomine dicte nacionis:

10 Casula una cum duabus tunicis pro dyacono et sub-  
dyacono de serico rubeo.

Unam casulam de serico cum rosis aureis sine monili.

Cappam pro cantoribus de serico rubeo.

Aliam cappam similem etiam de serico rubeo.

15 Duo superpelicia de serico, ex quibus fiat unum per  
dominum priorem<sup>b</sup>.

Unam albam camiseam lineam pro ministrante.

Unam stolam cum manipulo de serico rubeo et albo.

Duo capitalia que alias dicuntur amite.

Albam stolam cum serico glauco.

20 Aliam stolam cum serico glauco.

Aliam stolam albam cum serico albo brunatico et viridi.

Duos manipulos, unum viridi<sup>b</sup> coloris, reliquum albi  
et aurei.

Unam stolam coloris varii.

25 Item unum antiquum lintheamen pro rebus portandis  
seu involvendis.

Item, elapsis ex post paucis temporibus, iuravimus et  
iuramenta a suppositis nacionis recepimus.

30 Item a dominis recepimus:

A domino Nicolao Salvelt de Prussia rectore domi-  
norum ultramontanorum ex parte domini Godscaldi  
Uppenberch procuratoris nacionis nostre pro sui  
officii computu anni precedentis ducatos quinque.

35 Item ab illis de Felesinis et heredibus eorum pro anno  
XXXVIII. libras quinque Bononienses.

Item a domino Iohanne Pollaert<sup>c</sup> magistro in arti-  
bus preposito ecclesie Sancti Spiritus Rurmunden-  
sis Leodiensis diocesis ac canonico Traiectensi et

40 Sancti Andree Coloniensis ecclesiarum I ducatum  
Venetum.

Item a domino Georgio Stock clerico Poznianiensis<sup>d</sup>  
diocesis solidos sex Bononienses.

45 \* et maioris *al. m.*  
abbas in Sancto Gallo *al. m.*

\*\* in Holdsatia *al. m.*

\*\*\* monast. S. Marci *alia manu superscriptum est.* Postea factus 45

<sup>a</sup> Polsbruck *B.*

<sup>b</sup> sic.

<sup>c</sup> Pollart *B.*

<sup>d</sup> Pomaniensis *B.*

<sup>e</sup> de Egatia *B.*

<sup>f</sup> Recheim *B.*

<sup>g</sup> Hildensemensis *B.*

<sup>h</sup> Hesden de Holdsatia *B.*

<sup>i</sup> Valck *B.*

<sup>k</sup> deest *B.*

<sup>l</sup> Culmbach *B.*

<sup>m</sup> Dyessenhoven *B.*

<sup>n</sup> Erelbach *B.*

<sup>o</sup> Suevia *B.*

50

<sup>1</sup> Mitra cum baculo adpicta est.

50



- Item a nobilibus viris dominis Iacobo de Lyns canonico ecclesie Sancti Florini<sup>a</sup> in Confluentia Treverensis diocesis et Petro de Lyns eius fratre florenum Renensem.
- 5 Item a nobili viro domino Frederico de Soetrea<sup>b</sup> alias Soeteren canonico ecclesie Treverensis ducatum unum.
- Item a venerabili viro domino Diderico Becker<sup>c</sup> canonico ecclesie Sancte Marie Halberstadensis XII
- 10 solidos Bolonienses ad meliorem deliberacionem.
- Item a venerabili viro domino Burekardo Mayer de Constancia ecclesie Emeracensis canonico XVII solidos Bolonienses.
- Item ab illo de Felisinis et heredibus eius de anno
- 15 Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXIX<sup>o</sup> libras quinque Bolonienses.
- Exposita per nos procuratores:
- In die purificationis Virginis gloriose I ducatum pro candelis.
- Item I Bologninum portanti capsam de domo Casparis de Liberis ad domum procuratorum. 5
- Item XIII Bologninos domino Nicolao Salvelt protunc rectore ex parte nacionis in electione nostra.
- Item quinque Petro priori die pasche.
- Item portanti credenciam nacionis de domo familiarum nacionis ad domum Polharz et reportanti eandem 10 ad domum procuratorum II Bologninos cum dimidio.
- In die assumptionis beate Marie pro malfetico XXI Bologninos.
- Eadem die XLVIII solidos Bolonenorum pro confectiombus. 15
- In die animarum quinque Bologninos pro candelis. Domino priori unam libram.

20

\* 1440.

20 fol. 103r.

In nomine Domini. Amen. Anno a nativitate Domini millesimo quadragesimo quadragesimo, indictione secunda<sup>d</sup>, die vero VI. mensis Ianuarii, que fuit dies epiphanie Domini, Bononie in domo venerabilis viri domini Alberti de Rethem<sup>e</sup> canonici ecclesie Lubicensis, sita ex opposito monasterii Sancti Stephani, congregata nacione dominorum scolarium Theonicorum ibidem Bononie in utroque iure studencium, dicti

25 domini scolares eligerunt nemine discrepante in procuratores nacionis prefatum dominum Albertum de Rethem et honorabilem virum dominum Thomam Angelbeck rectorem parrochialis ecclesie ad Sanctum Leonardum in Forst Pataviensis dyocesis, qui dum electi erant, iuxta formam statutorum eiusdem nacionis solita iuramenta prestiterunt necnon iuramenta a dominis scolaribus, qui non iurarunt, receperunt, et post hoc ipsi domini Albertus et Thomas procuratores electi ut premittitur a venerabilibus viris dominis Alfardo de Mon-

30 fort et Frederico Sesselman arcium magistro beate Marie Traiectensis et Sancti Iohannis Novi Monasterii Herbipolensis ecclesiarum canonico, eorum in dicto officio antecessoribus et antiquis procuratoribus, ac nonnullorum aliorum plurimorum scolarium ad hoc deputatorum presencia, facto per eos calculo et racione, in numerata pecunia habuerunt et receperunt ducatos novem in auro et libras decem in moneta, minus uno grosso, cum ceteris ornamentis, clenodiis ac bonis et rebus necnon iuribus et munimentis nacionis antedictae.

35 In Dei nomine. Amen.

Ita est. Theodericus Haver notarius.

- Item nos procuratores predicti recepimus a domino Gherardo Vrihus<sup>f</sup> decretorum doctore Coloniensis dyocesis I florenum Renensem.
- 40 Item a magistro Iohanne Rodichin canonico ecclesie beate Marie Maguntinensis I florenum Renensem.
- Item a domino Nicolao de Esch alias de Metis canonico et thesaurario ecclesie Metensis I ducatum.
- Item a dominis Iohanne Ulrici canonico ecclesie Constanciensis et Itelhans<sup>g</sup> fratre eius<sup>h</sup> dictis de Stoffel ac magistro eorundem domino Iohanne Bregencz plebano in Gailingen Constanciensis diocesis I ducatum.
- Item a domino Iacobo Seckendorffer<sup>i</sup> I florenum Renensem.

45

\* de Rynhoven<sup>k</sup> alia manu additam.

45

<sup>a</sup> Floriani B.    <sup>b</sup> Soetern B.    <sup>c</sup> Becher B.    <sup>d</sup> sic, loco tertia.    <sup>e</sup> Rochem B.    <sup>f</sup> Vriehus B.  
<sup>g</sup> Ioannes Eytellus B.    <sup>h</sup> Verba fratre eius bis scripta sunt.    <sup>i</sup> Seckendorfer B.    <sup>k</sup> Rynhofen B.



- Item a domino Bernhardo Aycheren de Lichtenstaig professo monasterii Sancti Iohannis Imturtal<sup>a</sup> ordinis sancti Benedicti Constanciensis diocesis XX Bologninos.
- 5 Item a domino Iohanne de Godesberg milite ordinis beate Marie Theotonicorum II ducatos.
- Item a domino Iohanne Scharff clerico Warmiensi diocesis VIII Bologninos.
- Item a domino Harmanno Iussel canonico ecclesie Sancti Petri extra muros Maguntinenses XXI Bologninos.
- 10 Item a domino Henrico Struss de Constancia XII Bologninos.
- Item a domino Iohanne Swarcz<sup>b</sup> de Mersburg familiari domini Iohannis Trucksez canonici Constanciensis VI Bologninos.
- 15 Item recepi a domino Pangratio de Wyenna Pataviensis dyocesis Bologninos VI.
- Item a domino Iohanne Scaper<sup>c</sup> clerico Mindensis dyocesis Bologninos XII.
- 20 Item recepi ab illis de Felisinis civibus et mercatoribus Bononiensibus libras quinque.
- Infrascripti domini scolares caritative contribuerunt pro solucione summe, pro qua quondam Gerhardus Chranperg tunc nostre nacionis procurator canonicus Maguntinensis et Treverensis ecclesiarum iniuste inignoravit librum et calicem<sup>d</sup> nacionis.
- 25 Dominus Arnoldus de Roperg canonicus ecclesie Basiliensis dedit IX solidos.
- 30 Dominus Fredericus de Soeteren canonicus Treverensis dedit X solidos et dimidium.
- Dominus Gaspar de Landenberg professus monasterii<sup>e</sup> Augie Constanciensis diocesis dedit IX solidos.
- Dominus Iohannes Truckses de Diesehenhoffen<sup>\*\*</sup> canonicus Constanciensis dedit IX solidos.
- Domini Iacobus et Petrus Lyns fratres dederunt IX 5 solidos.
- Dominus Henricus de Livonia prepositus dedit IX solidos.
- Dominus Wolfgangus Rosenawer de Austria dedit III solidos. 10
- Dominus Alfardus de Montfort dedit VI solidos.
- Dominus Burkardus Mayer de Constancia dedit VII solidos et dimidium.
- Dominus Arnoldus Clore dedit III solidos.
- Dominus Dydericus Becker solidos quinque. 15
- Exposita per procuratores predictos:
- Primo in die purificationis Virginis gloriose pro candelis Bologninos LIIII.
- Item pro collacione ipso die, quando facta erat racio 20 Bologninos X.
- In vigilia pasche pro candelis Bologninos X et dimidium.
- Item in die assumptionis beate Marie pro collacione ducatum Venetum unum et Bologninos XVIII. 25
- Item pro reformacione credencie pichones XI.
- Pro candelis in die animarum Bologninos V quadrenos III.
- Item domino priori libram I.
- Item pro subsidio porte chori ecclesie nostre ducatum I. 30
- Pro prandio in die epiphanie ducatos II Bologninos VIII.

fol. 103v. 35

\* 1441.

35

In nomine Domini. Amen. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragésimo primo, ipso die epiphanie Domini, congregatis dominis scholaribus nacionis Theutonice, voto concordi singulorum canonicorum eligebantur pro more dicte nacionis novi procuratores nobiles ac prestantes viri domini Caspar de Landenberg professus monasterii Sancti Marci ordinis sancti Benedicti Constanciensis diocesis ac Dionisius

40 Hesteden<sup>d</sup> ecclesie Lubicensis canonicus, ac paulo post, calculo sublevatorum et expositorum per antiquos 40 procuratores peracto, presentarunt predictis novis procuratoribus anno predicto decima nona Februarii in prompta ac numerata pecunia XVI ducatos tres florenos Renenses et XIII Bolendinos cum ceteris bonis ac ornamentis supra proximis conceptibus integre descriptis.

Iohannes Honnover ad prescripta notarius.

45

45

\* S. Marci et maioris alia manu superscripta sunt.

\*\* de Dies. alia manu superscriptum est.

<sup>a</sup> sic A; in Turtal B.<sup>b</sup> Schwatz B.<sup>c</sup> Staper B.<sup>d</sup> Hesten B.

50

<sup>e</sup> Calix in margine pictus est. Cf. pag. 180, 5.

50



- Recepimus a supervenientibus scolaribus:  
 A dominis Herneydo de Wrestede<sup>a</sup> et Baldewino de Monte professis monasterii Sancti Michaelis in Luneboreck<sup>b</sup> ordinis sancti Benedicti Verdensis dyocesis  
 5 I florenum Renensem.  
 Domino Iacobo Pleeske<sup>c</sup> decano ecclesie Warmiensis I florenum Renensem.  
 Domino Hermanno de Bircken arcium magistro clerico Sambiensis diocesis XVI Bologninos.  
 10 Domino Iohanne Ulrici de Prussia XIII Bologninos. Ab heredibus illorum de Felisinis V libras Bononienses.  
 Domino Iohanne Crantz dicto Speye de Confluentia Treverensis diocesis arcium magistro atque canonico ecclesie in monasterio Meynfelt<sup>d</sup> diocesis antedictae  
 15 XII pecones alias XVIII Bologninos.  
 Exposita:  
 Tempore computacionis antiquorum procuratorum I ducatum de camera.
- In die purificationis VIII libras Bononienses X Bologninos X quadrinos.  
 In die assumptionis III florenos Renenses XVII Bologninos.  
 In die omnium sanctorum X Bologninos IIII quadrinos candelis.  
 In die animarum V Bologninos III quadrinos candelis parvis.  
 In nativitate Christi priori capelle nostre I libram I peconem. 10  
 In die nativitatis I peconem pro parvis candelis.  
 Notario nacionis II libras Bononienses.  
 Item II Bologninos pro carta notario nacionis.  
 Item pro scriptura instrumenti II Bologninos.  
 Item pro collacione in die epiphanie Domini IIII 15 libras Bononienses XI solidos I quadrinum.

20

## 1442.

20

- In nomine Domini. Amen. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, ipso die ephyphanie Domini, scolares nacionis Theutonicorum congregati, voto concordi elegerunt in procuratores  
 25 pro novo anno futuro, videlicet dominos Fredericum de Soeten<sup>e</sup> scolasticum Treverensem et Petrum Lyns, 25 quibus fuerunt presentate res infrascripte.
- Item primo liber matricule coopertum<sup>f</sup> corco rubeo. Carta domini Francisci de Luca.  
 Item duo libri statutorum nacionis. Item instrumenta quatuor simul consuta.  
 Item antiqua statuta universitatis. Item septem instrumenta insimul consuta.  
 30 Item duo superpellicia. Item tria instrumenta simul suta. 30  
 Item unum instrumentum caricaturarum terre. Item unum instrumentum locacionis possessionis.  
 Item unum instrumentum laudi super iniuriis. Item instrumenta exclusionis Flamingorum<sup>g</sup>.  
 Item iura et instrumenta dominorum Teutonicorum. Item carta de terra fragianali.  
 Item instrumentum de Flamingis. Item instrumentum ruptum.  
 35 Item privilegium quod nobiles Almanni non tenentur iurare rectori<sup>h</sup>. Item capsam<sup>i</sup> nacionis cum duabus clavibus. 35

## 1443.

fol. 104<sup>v</sup>.

- 40 In nomine Domini. Amen. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio, ipso 40 die epyphanie, fuerunt electi in procuratores nacionis dominorum scolarium Theutonicorum concordii voto omnium, nemine discrepante, domini Georgius Birsker necnon Iohannes Spey<sup>k</sup> de Confluentia; post hoc, dicto domino Georgio pretendente habere aliquas legitimas excepciones dictum procuracionis officium in se non suscipiendi, eius in locum surrogatus est dominus Iohannes de Saxonia, qui in se dictum officium una cum  
 45 dicto domino Iohanne Spey suscepit, quibus per dominos Fredericum de Soeten et Petrum Lyns olim procuratores res annotatas in superiori proxima notula fuerunt assignate.

\* Privilegium exemptionis a rectore universitatis *al. m.*\*\* Exclusio Flamingorum. *al. m.*

50

† sic.

\* Hernestus de Vurestede *B.*† Luneburg *B.*† Pleske *B.*† Meynfeld *B.*\* Soetern *B.* 50† Speye *B.*



## Recepta:

- Primo a predictis dominis Frederico de Soeten et Petro  
Lyns olim procuratoribus florenos XII solidos XI.  
Item racione laudi contra Henricum de Constancia  
5 lati florenum I.  
Item a Henrico de Kerpena solidos VI.  
Item a domino Iohanne de Monte Regio<sup>a</sup> solidos VIII.  
Item a domino Leonardo Iurhoel<sup>b</sup> de Prussia unum  
florenum Renensem in auro.  
10 Item ab heredibus de Felisinis libras quinque.

## Exposita:

- Pro candelis in die purificationis libras tres solidos  
III denarios VI.  
15

- Pro candelis in die pasche solidos XXIII.  
Pro portitori ciste nacionis solidum I.  
Pro priore nacionis libram I.  
Item pro candelis in die animarum solidos V qua-  
drinos III. 5  
- Item de consensu concordi omnium dominorum seolarium nostre nationis procuravimus et fecimus fieri unum frontale seu antependium pro altari summo ecclesie Sancti Fridiani in Sacco expensis nationis 25 et pro natione; expense autem fuerunt hec: Primo exposuimus XXII solidos pro tela blavii sive celestis coloris. Item III solidos pro tela rubei coloris. Item pictori magistro videlicet duas libras.
- 30 Surgat summa.
- Item pro collacione pro die ephiphanie Domini

exposuimus libras III et solidos VII et quadrenos III.

Summa omnium expositorum: libre X et solidi XVI minus I quadreno.

Facto calculo de omnibus et singulis receptis et expositis, officio dictorum procuratorum dominorum Valentini et Andree finito, videlicet anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, indicione septima, die vero XXI. mensis Ianuarii, que fuit assignata<sup>a</sup> pro termino ad rationem reddendam de singulis receptis et expositis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providencia pape secundi anno eius primo, supradicti domini Valentinus et Andreas remanserunt debitores dicte nationis in summa 15 XXX Bologninorum et III quadrenorum, quam summam, computatione perfecta, dederunt et assignarunt<sup>a</sup> honorabilibus viris et dominis Gerwino Rennegarne de Sundis et Diederico de Rudessheim novis procuratoribus pro presenti anno, videlicet 20 quinquagesimo nono, electis meritissimis, in presencia notarii ac bedelli nostri domini Nicolai Marrotii.

Ego Nicholaus de Marociis bidelus generalis dominorum seolarium ultramontanorum et bidelus 25 et notarius nationis dominorum seolarium Almanorum fui presens in onibus<sup>a</sup> suprascriptis, et ita de manu mea scripsi, presentibus ibidem dominis procuratoribus novis, videlicet domino Gervino Rennegarne de Sundis et Diederico de Rudessheim novis procuratoribus pro presenti ano<sup>a</sup> 1459. 30

35

1459.

35

Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono, die ephiphanie, que fuit sexta dies mensis Ianuarii, congregata natione Almanorum in loco solito et consueto, electionem celebrarunt, unanimi consensu, nemine discrepante, eligendo in suos procuratores venerabiles viros dominum Didericum de Rudesshemia<sup>b</sup> pastorem ecclesie in Berstard<sup>c</sup> Maguntinensis diocesis et Gherwinum Rennegarnen<sup>d</sup> clericum diocesis 40 Swerinensis, scholares universitatis Bononie, et in [se] huiusmodi onus procuracionis receperunt et in forma solita iuramenta prestiterunt. 40

Recepta per procuratores suprascriptos:

Primo recepimus a procuratoribus anno precedenti XXX Bologninos et III quadrenos, qui eis remanserunt singulis computatis. 45

<sup>a</sup> Item dominus Cristofferus Iohannis canonicus Roschildensis dedit et solvit X Bologninos<sup>a</sup>. fol. 111v.

Item dominus Hinricus Spiegel de Mitzena XX Bologninos. 45

<sup>a</sup> Idem inferius dedit XXX Bologninos *al. m.*

50

<sup>a</sup> sic.<sup>b</sup> Ridesheim B.<sup>c</sup> sic A; Berstatt B.<sup>d</sup> Remegarne B.

50

26\*



- Item dominus Melchior de Mekow<sup>\*a</sup> XIII Bologninos.  
 Item dominus Iohannes X Bologninos.  
 Item magister Martinus de Griphenhagen<sup>b</sup> VI Bologninos.  
 Item Paulus Klinkebil<sup>c</sup> de Premptlow<sup>d</sup> III Bologninos.  
 Item a domino Iohanne de Fillesinis seu suis heredibus recepimus quinque libras.  
 Summa: IX libre XIII Bollognini III quadreni.

Exposita per procuratores supradictos:

- Exposuimus primo in vigilia purificationis XXVI Bologninos pro luminibus.  
 Item VI Bologninos pro candelis in die animarum.  
 Item domino priori pro suo salario unam libram.  
 Item pro collatione facienda in die ephiphanie ex-

posuimus singulis computatis VI libras VI Bologninos et I quadrenum.

Item duos Bollogninos pro duabus vicibus portatoribus cistam.

Summa omnium expositorum: IX libre minus 5 quinque quadrinis, et remanet nacio in possessione XV Bologninatorum dempto I quadreno ex singulis computatis.

Facta igitur ratione per prefatos dominos, videlicet Didericum et Gherwinum, secundum quod moris est, remanserunt obligati in XV Bologninis demptis quinque quadrinis solidorum Bononiensium, quos predicti procuratores tradiderunt cum effectu novis procuratoribus in presencia notarii nostre nacionis, qui in fidem et robur premissorum se premissis subscripsit manu sua propria.

20

1460.

20

Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, in die ephiphanie, inclita nacione dominorum Theutunicorum, ut moris est, in utroque iure Bononie studencium, in ecclesia Sancti Fridiani extra muros Bononienses congregata, omnes dicte nacionis scholares concorditer, nemine discrepante, venerabiles viros magistrum Cristopherum Iohannis Lundensis ac Roschildensis ecclesiarum canonicum ac Mathiam Wedel archidiaconum Stolpensem in ecclesia Caminensi in dicte nacionis procuratores elegerunt, qui quidem domini Cristophorus et Mathias, dicta nacione instante et petente, procuracionis huiusmodi onus in se susceperunt, petitionibus et instanciis dicte nacionis se opponere aut resistere nolentes.

Recepta:

- Primo a procuratoribus antiquis XIII solidos.  
 Item a domino Iohanne Huseman perpetuo vicario in Hervordia<sup>f</sup> clerico Coloniensis diocesis X solidos.  
 Item a domino Iohanne Orges de Livonia XII solidos.  
 Item a domino Heningo de Bardfelde canonico Hildensemensi XII solidos.  
 Item a domino Iohanne de Fillesinis V libras.  
 Item a domino Stephano Gruben de Lipczk<sup>g</sup> VII solidos.  
 Item a domino Georgio Bucher de Werle arcium magistro X solidos.

Item a domino Nicolao Hegher de Etinge<sup>h</sup> arcium magistro VI solidos.

Item a domino Iohanne Vogheler de Wendinge<sup>i</sup> VI solidos.

Item a domino Petro Ridler canonico Frisingensi I florenum Renensem.

Item a domino Iohanne Ebernhusen<sup>k</sup> decretorum doctore XII solidos.

Item a magistro Bertoldo Cantrifusoris clerico Maguntinensis diocesis X solidos.

Item a magistro Cristoforo Iohannis Lundensis et Roschildensis ecclesiarum canonico XXX solidos.

\* Nota Magdeburgensis Misnensis et Cilenensis ecclesiarum prepositus et canonicus, nunc Brixinensis ecclesie episcopus. — Qui postea creatus a summo pontifice in cardinalem alius manibus. \*\* postea factus est episcopus Rigensis al. w. \*\*\* Naumburgensi, Merseburgensi, Hildenshemensi et Halberstadensi canonico al. w.

45

<sup>a</sup> Meckow B. <sup>b</sup> Guphenhagen B. <sup>c</sup> Klinckelil B. <sup>d</sup> deest B. <sup>e</sup> un. libr. bis scriptum A.  
<sup>f</sup> Ertfordia B. <sup>g</sup> Lipsia B. <sup>h</sup> Otinga B. <sup>i</sup> Wendingen B. <sup>k</sup> Ebernhausen B.

<sup>l</sup> Melchior a Meckau, episcopus Brixinensis, 1489, Iun. 20 — 1509, Mart. 3. Mitra cum baculo episcopali et pileus cardinalis adpicta sunt. <sup>m</sup> Stephanus Grube, archiepiscopus Rigensis, 1480, Mart. 22 — 1483, Dec. 20. Mitra adpicta est.

45

50



Idem superius dedit antiquis procuratoribus X solidos.

\* Summa receptorum: XIII libre et XI Bolognini cum tribus quadrinis.

5

Exposita:

Primo I solidum portitoribus pro sista<sup>a</sup>.

Item XXXIII solidos pro candelis in festo purificationis Marie.

10 Item XX solidos priori pro salario suo.

Item pro cereis in festo mortuorum isto anno VI solidos.

Item Nicolao bidello VI solidos pro cereis quos dixit se comparasse nacionis intuitu anno preterito.

15 Item pro collacione in die epiphanie Domini VII libras et XIII Bologninos.

Item in die pentecostes VII solidos pro candelis.

Item in die corporis Christi XXXVII solidos pro duobus tortisiis, que habuerunt VI libras et tres uncias.

20

Item in die assumptionis Marie VI solidos pro duabus candelis super altare.

Summa expositorum: XIII libre et XI solidi; sic fol. 112<sup>r</sup>.

restant tres quadrini, quos presentavimus successoribus nostris dominis Petro Regeler canonico Frisingensi et Iohanni Orges de Livonia, procuratoribus a nacione dominorum Theutunicorum concorditer electis, post calculum, quem eisdem de perceptis et expositis fecimus, Nicolao nacionis nostre notario et bi- 10 dello presente.

Ego Nicholaus de Marociis bidelus dominorum scoliarium generalis ultramontanorum et bidelus et notarius nacionis Alamanorum fui presens in onibus<sup>a</sup> suprascriptis et ita de manu mea 15 scripsi, presentibus ibidem dominis procuratoribus novis, videlicet domino Petro Rigeler et domino Iohanne de Livonia et Iohannes<sup>a</sup> de Arzentina et Laurus<sup>a</sup> de Sutilitatibus<sup>a</sup> arcium bachalario presentibus etc.

20

## 1461.

Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, in d[i]e epiphanie, inclita nacione do- 25 minorum Theutunicorum, ut moris est, in utroque iure Bononie studencium, in ecclesia Sancti Fridriani<sup>a</sup> extra 25 muros Bononienses congregata, omnes dicte nacionis scolares concorditer et nemine discrepante venerabiles viros dominum Petrum Ridler canonicum Frisingensem ac Iohannem Orghes de Livonia in dicte nacionis procuratores elegerunt, qui quidem domini Petrus et Iohannes, dicta nacione instante et petente, procuracionis huiusmodi onus in se susceperunt, petitionibus et instanciis dicte nacionis se opponere ac resistere nolen- 30 tes etc., postea vero dicto domino Petro legitima ex causa recedente, dicti domini nacionis Almania in locum, 30 nemine discrepante, elegerunt et surrogarunt discretum et providum dominum Iohannem Huseman vicarium in Hervorde clericum Coloniensis dyocesis, qui dictis dominis instantibus onus procuracionis in se acceptavit etc.

Recepta:

Primo a dominis procuratoribus antiquis III quatrinos.

35 Item a domino Theoderico Morung<sup>b</sup> de Hasfurt VI Bologninos.

Item a domino Iohanne Teut<sup>c</sup> de Argentina<sup>a</sup> V Bologninos.

40 Item magister Georgius Simchen recepit a quodam licenciato XIII Bologninos, quos non presentavit procuratoribus, sed hospite insalutato recessit, tamen postea compulsus rediit et solvit totum.

Item a nobili viro domino Hinrico de Veris<sup>\*\*</sup> I ducatum.

45

Item a domino Iohanne de Fillesinis V libras.

Item a domino Caspero Nagel de Augusta X Bologninos.

Item a venerabili viro domino Hinrico Tenckinck<sup>e</sup> 35 sacri pallacii apostolici notario XXVI Bologninos etc.

Item a domino Sibrando de Werne<sup>\*\*\*</sup> X Bologninos.

Item a domino Theoderico Tolle de Leydis<sup>\*\*\*\*</sup> X Bologninos.

Item a domino Bertoldo Oldense de Luneborch<sup>d</sup> ca- 40 nonico Suerinensi<sup>e</sup> XI Bologninos etc.

Item Leonardus Brotman clericus Spirensis<sup>f</sup> dyocesis iuravit, promisit solvere.

Item a domino Adam Deyring de Ulma V Bologninos.

45

<sup>a</sup> fuit factus vicarius Sancti Petri Iunioris Argentinensis *al. m.*      <sup>\*\*</sup> in artibus magistro Zelandensi Traiectensis diocesis *al. m.*      <sup>\*\*\*</sup> de Leydis Hollandensi in artibus magistro Traiectensis diocesis *al. m.*      <sup>\*\*\*\*</sup> Hollandensi in artibus magistro *al. m.*

<sup>a</sup> sic.      <sup>b</sup> Monung B.      <sup>c</sup> Teucknick B.      <sup>d</sup> Oldensis de Luneburg B.      <sup>e</sup> Swirinensis B.      50 <sup>f</sup> Spyrensis B.

50



- Item a domino Nicolao Schultz de Olsna<sup>a</sup> de Slezia<sup>b</sup> canonico Wratislaviensi X Bologninos.  
 Item a domino Eberhardo de Westhoven<sup>c</sup> XIII Bologninos.  
 5 Item a domino Iohanne Beckelnheim XIII Bologninos.  
 Item a domino et magistro Nicolao Mulhuser XIII Bologninos.  
 Item a domino Iohanne Stokker<sup>c</sup> de Regnis<sup>d</sup> XIII Bologninos.  
 10 Item Martinus de Rotenhan de Franconia X Bologninos.  
 Summa receptorum: XIII libere et VIII Bolognini.
- Exposita:
- Item XL Bologninos pro candelis in festo purificationis beate Marie virginis.  
 15 Item I Bologninum portitoribus pro sista.  
 Item Nicolao pro festo pasce pro candelis VI Bologninos.  
 Item Nicolao III Bologninos pro candelis, quas dixit se comparasse intuitu nacionis.  
 20 De vinea nostra vide supra in folio octuagesimo.  
 Item Udalricus Scholler de Norlingen nichil dedit neque iuravit neque voluit esse de nacione.
- Item pro festo animarum VI Bologninos pro candelis.  
 Item domino priori XX Bologninos pro sallario suo.  
 Item in die epiphanie Domini VIII libras cum dimidia et VI Bologninos cum tribus quadrinis.  
 Summa expositorum: XII libere et XII Bolognini 5  
 et tres quadrini; sic restant XXXV Bolognini, quos presentavimus successoribus nostris dominis Hinrico de Veris et Hinrico Tenckink procuratoribus a nacione dominorum Theotonicorum concorditer electis post calculum, quem 10  
 eisdem de perceptis et expositis fecimus, Nicolao nacionis nostre notario et bedello presente.  
 Ego Nicholaus de Marociis bidelus generalis dominorum scolarium universitatis dominorum ultramontanorum et bidelus nacionis dominorum Totonorum<sup>e</sup> fui presens in onibus<sup>e</sup> superscriptis et ita de manu mea scripsi, presentibus domino Scristiano<sup>e</sup> Meier retori<sup>e</sup> de colegio<sup>e</sup> de Ancharano<sup>f</sup> et domino Bertoldo Oldense canonico Suerinensi, testibus et promissis<sup>e</sup> etc. 15

fol. 112<sup>v</sup>. 25

1462.

25

Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, indictione decima, die vero Mercurii sexta mensis Ianuarii, qua fuit epiphanie Domini festum, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providencia pape secundi anno eius quarto, inclita nacione nobilium et venerabilium discretorumque virorum dominorum Theotonicorum, ut moris est, in utroque Bononie scholarium, 30  
 in ecclesia Sancti Fridriani extra portam Sancti Mamme Bononie congregata, omnes dicte nacionis scholares concorditer et nemini<sup>e</sup> discrepante nobiles ac venerabiles viros dominos Henricum de Veris de comitatu Zeelandie<sup>f</sup> Traiectensis diocesis et Henricum Tenckinck<sup>e</sup> de Bocholdia cathedralis ac Sancti Lamberti Monasteriensis ecclesiarum prebendarium et vicarium, tunc temporis Bononie in iure scholares, in suos elegerunt 35  
 35 procuratores; qui onus procuracionis huiusmodi acceptantes, iuxta eiusdem nacionis consuetudinem solita 35  
 prestiterunt iuramenta.

## Recepta:

- Item a procuratoribus antiquis Bologninos XXXV.  
 Item a venerabili viro domino Wolgango Sitzingher<sup>g</sup> 40  
 Bologninos XII.  
 Item a venerabili ac egregio viro domino Iohanne Sula de Crutzborch<sup>h</sup> decretorum doctore rectoreque 45  
 parochialis ecclesie in Buckensteyn Brixiensis diocesis florenum Renensem I.  
 Item a domino Iohanne de Fellasinis bankario libras quinque. 40  
 Item a nobili venerabilique viro domino Ulrico de Rechtberg<sup>g</sup> florenum Renensem unum.

<sup>a</sup> Argentinensis diocesis; alias de Honenfyls, quondam decanus, modo autem prepositus ecclesie Treverensis obiit, sepultus Sancto Dominico *al. m.* <sup>g</sup> rectore parochialis ecclesie S. Michaelis superioris cenobii *al. m.* <sup>h</sup> canonico Augustensi *al. m.* 45

<sup>a</sup> Osna B. <sup>b</sup> Silesia B. <sup>c</sup> Stokkerf B. <sup>d</sup> Reguir B. <sup>e</sup> sic. <sup>f</sup> Seland B.  
<sup>g</sup> Tencknick B. <sup>h</sup> Creutzburg B. <sup>i</sup> Rechberg B.

<sup>j</sup> Collegium hoc ab illustri iurisconsulto Petro de Ancharano anno 1414. Bononie scholarium Parmensium commodo institutum, 50  
 50 1448. auspiciatum est. M.



- Item a domino Lechlyn rectore parrochialis ecclesie\* Bologninos XV.  
 Item a domino Gerharo Nicolai Bologninos XII.  
 Item a domino Nicolao Swichtenberch Bologninos III\*\*.
- 5 Item a domino Henrico Zeghener de Colonia in artibus magistro Bologninos XXV.  
 Item a domino Iohanne de Foramine de Venrade Bologninos XV.
- 10 Item a domino Iohanne Lecksel de Otting<sup>b</sup> Bologninos VII.  
 Item a domino Philippo Freyz<sup>c</sup> Bologninos X.  
 Item a domino Conrado Mecher Bologninos VI quadrinum I.
- 15 Item a domino Gregorio Yllsanig<sup>d</sup> de Augusta Bologninos VI.  
 Item a domino Petro Paternoster de Antwerpia medium ducatum.  
 Item a domino Andrea Bolonenos X.
- 20 Summa receptorum: sex ducati largi Bolognini XXXIII quatrinus I.
- Exposita:  
 Item in festo purificationis beate Marie virginis Bologninos XLII.  
 Item portitori ciste Bologninum I.  
 Item in festo pasche pro candelis Bologninos X.  
 Item in festo omnium sanctorum pro candelis Bologninos VI.
- 30 Item priori nacionis pro salario suo Bologninos XX.  
 Item pro calice reformato Bologninos LIII.

Item in festo virginis Marie pro candelis Bologninos XII.

Item in festo nativitatis Christi pro candelis Bologninos VI.

Item pro convivio in die dominico proximo festo 5 epiphanie Domini pro singulis computatis et expositis quatuor ducatos largos et tredecim Bologninos.

Summa omnium expositorum ascendit ad sex ducatos largos et quinquaginta duos Bologninos, et sic, omnibus computatis et defalcatis, novi 10 procuratores nomine nacionis tenentur nobis antiquis procuratoribus in XVIII Bologninos et priori nacionis in lignis combustis in convivio, et suprascripta omnia calculata ac computata sunt Nicolao generali bedello infrascripto 15 presente. Ac nos nobilibus ac venerabilibus viris dominis Ulrico Rechtbergher et Wulfango Sitzingher novis procuratoribus concorditer et nemine discrepante electis nichil aliud presentavimus, quam capsam cum libris et instru- 20 mentis, nobis per predecessores nostros dominos Iohannem de Ories de Lyvoniam et Iohannem Huseman de Tremoniam presentatam.

Ego Nicolaus de Marociis bidelus generalis universitatis dominorum scolarium ultramontanorum et bidelus nacionis dominorum Totonico- 25 rum fui presens in omnibus suprascriptis et ita de manu mea scripsi, presentibus venerabilibus ac discretis viris dominis Conrado Lichtlin rectore parrochialis ecclesie et Nicolao Venatore de Alamaniam, testibus et promissis 30 clericis Augustensis diocesis.

## 1463.

35

Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio, die vicesima sexta mensis Decembris, hora terciarum vel quasi, nacione dominorum Theotonicorum in ecclesia Sancti Fridiani extra portam Sancti Mamme ad actum infrascriptum per dominos procuratores specialiter convocata, dominus Nicolaus Schulten<sup>f</sup> de Slezia canonicus Wratislaviensis proposuit, quomodo prandium paucis anteactis temporibus introductum 40 et ad quinquennium fere continuatum pro sua expeditione sumptus exigebat adeo graves, ut nec facultates nec importancie undecumque collecte sufficerent, sed et precedencium et sequencium annorum procuratores debita inolerent, sic quod pro rebus ipsi nacioni necessariis comparandis nil residuari poterat, sed quod toto anno exacte colligebatur convivantes una hora consumebant, eratque contrarium legalibus statutis eorum et iuratorum consciencias non mediocriter onerabat, instetitque idem dominus Nicolaus sollicite, quatenus ipsa 45 nacio contenta esset collacione, de qua in statutis cavetur, et dictum prandium sicut premittitur dispensiosum deponerent et omitterent; extunc decrevit nacio, ut ad partitum fabarum procederetur, et quibus

\* in Dyerliwanghen<sup>a</sup> Augustensis diocesis *al. m.*\*\* qui anno LXVI addidit XV Bologninos *al. m.*

50

<sup>a</sup> Dyrlewanghen *B.*<sup>b</sup> Ottingen *B.*<sup>c</sup> Freytz *B.*<sup>d</sup> Ilzung *B.*<sup>e</sup> *sic.*<sup>f</sup> Schultz *B.* 50



placere continuacio prandii ponerent fabas albas et quibus non placeret ponerent nigras, et sic procedebatur. Facto autem partito, reperte fuerunt fabe albe due dumtaxat et nigre viginti quatuor, designantes prandium et commesationes huiusmodi non placere nec deinceps fieri debere, sed perpetuo ab eisdem desistendum esse et collacioni atque statutis nacionis de hiis et aliis caventibus firmiter insistendum, et sic ab 5 omnibus concorditer ratificatum fuit et est pariter approbatum. 5

Et ego Nicholaus de Marociis bidelus generalis dominorum scolarium ultramontanorum et bidellus nacionis dominorum Theotonicorum et notarius publicus huiusmodi proposicioni per dominum Nicholaum de Slezia facte et partito eiusque ratificacioni, approbacioni et conclusioni interfui et ea sic fieri vidi et audivi et de manu mea hic me subscripsi.

10

10

fol. 113r.

1463.

Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio, indictione undecima, pontificatu sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providentia pape secundi anno eius quinto etc. 15 nos Nicolaus Schulten<sup>a</sup> de Slezia Wratislaviensis et Bertoldus de Lunenburg Swerinensis ecclesiarum cano- 15 nici inclite nacionis dominorum Alamanorum sive Theotonicorum procuratores recognoscimus nos recepisse:

Ab honorabili viro domino Laurentio Thum de Eystet canonico ecclesie collegiate in Feuchtwangen<sup>b</sup> Augustensis diocesis unum florenum Renensem.

20 A magistro Laurentio Rupprecht<sup>c</sup> de Dyngkenspühel<sup>d</sup> XII Bologninos.

A Martino Weynrich<sup>e</sup> de Wratislavia de Slezia<sup>f</sup> diocesis Wratislaviensis XII Bologninos.

A Georgio Spigel<sup>g</sup> I florenum Renensem.

25 A bankario de Fellasinis libras quinque.

A Cristofero Kwppener<sup>h</sup> VI Bologninos<sup>i</sup>.

A magistro Georgio Zonchen<sup>j</sup> licenciato in decretis XXIII Bologninos.

30 Exposuisse:

Item pro malmatico XLIX Bologninos.

Item pro confectionibus LII Bologninos.

Item pro panibus VII Bologninos.

Item pro . . .<sup>k</sup> VII Bologninos.

35 Item pro vitris pikkeriis<sup>l</sup> III Bologninos.

Item domino priori XX Bologninos.

Item pro candelis in die animarum VI Bologninos.

Item pro conductione fiascorum I Bologninum.

Item domino Rechemberger XXX Bologninos.

40 Item magistro Henrico Thengkyng XVIII Bologninos.

Item per dominum Ulricum de Rechberger exposita sunt I florenus Renensis et XXXIII Bolognini

45 <sup>a</sup> canonicus Misnensis; ad S. Dominicum defunctus *aliis manibus*. 45

<sup>a</sup> Schultz B. <sup>b</sup> Feuchtwang B. <sup>c</sup> Ruprecht B. <sup>d</sup> Dunkelspiel B. <sup>e</sup> Weynreich B.  
<sup>f</sup> Silosia B. <sup>g</sup> Spiegel B. <sup>h</sup> Kuuppen B. <sup>i</sup> Zonch B. <sup>k</sup> sic.

50 <sup>l</sup>) ab alia sed coeva manu hoc loco additum.

<sup>m</sup>) alias bickeriis sive ciatis M.

50



## 1464.

Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, die Veneris, sexta mensis Ianuarii, qua fuit festum epiphaniæ Domini, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pii divina providencia pape secundi anno eius sexto, inclita nacione nobilium ac venerabilium virorum dominorum Theotonicorum in utroque iure Bononie scolarium in ecclesia Sancti Fridriani\* extra portam Sancti Mamme Bononie, ut moris est, congregata, omnes dicte nacionis scolares concorditer venerabiles viros dominos Georgium Spiegel canonicum ecclesie Missnensis et Laurencium Thum de Eystett canonicum ecclesie collegiate beate Marie in Feuchtwangen Augustensis diocesis, Bononie in iure scolares, in suos elegerunt procuratores; qui onus procuracionis huiusmodi acceptantes, iuxta eiusdem nacionis statuta solita prestiterunt iuramenta.

## Percepta:

A generoso ac magnifico viro domino Heinrico de Schwarczpark<sup>b</sup> comite<sup>c</sup> pro se et Theodrico de Arnstatt ac Iohanne de Heringen<sup>\*\*\*</sup> suis famulis III florenos Renenses.  
A Marco Hörndlen<sup>d</sup> de Augusta XII Bologninos.  
A nobili viro domino Walthero de Stadion I florenum Renensem.  
A Iohanne Bernyr de Augusta XII Bologninos.  
A Petro de Kemnis<sup>\*\*\*</sup> X Bologninos.  
A Martino de Elbing VI Bologninos.  
A Bartholomeo de Elbing VI Bologninos.  
Item ex testamento domini Theodrici de Rudessham X Bologninos.  
Item a bankario de Fillisinis V libras.  
Item a Euchario Verlisser<sup>e</sup> de Kizing<sup>f</sup> X Bologninos.

## Exposita:

Item XV quadrinos antiquis procuratoribus in racione debitos.  
Item L Bologninos pro candelis scolaribus et ad altare in die purificationis beate Marie virginis.  
Item III pikones notario in pallacio quarta mensis Maii, cum probatum fuit nobiles Almanos rectoribus non tenere iurare.<sup>\*\*\*\*</sup>

Item XVIII Bologninos pro candelis in festis penthecostes, beate Virginis et animarum.  
Item III Bologninos pro bibalibus bidello nostro.  
Item XX Bologninos domino priori. 15  
Item pro confeccionibus in die regum V libras et V solidos.  
Item pro malmatico LXX Bologninos et XI quadrinos.  
Item pro soldanis VI Bologninos et III quadrinos.  
Item pro vitris pikeriis<sup>a</sup> VI Bologninos. 20  
Item pro panibus V Bologninos.  
Item I Bologninum pro conduccionem flasearum.  
Computatis itaque singulis et defalcatis tam perceptis quam expositis, die Solis, tredecima mensis Ianuarii, anno etc. LXXV, restabant IIII libre et X Bolognini presentate nobili atque honorabili viris<sup>a</sup> domino Walthero Stadion et Laurencio Ruperti de Dinkelspuhel procuratoribus electis una cum cista et instrumentis et libris dicte nacionis.

Ego Nicholaus de Marockis bidelus generalis dominorum scolarium ultramontanorum et bidelus nacionis dominorum Totonicoorum<sup>a</sup> et notarius publicus huiusmodi calculacioni, racionis presentacioni et rerum omnium nacionis effectu presentacioni una con<sup>a</sup> prenomatis testibus interful et omnia sic fieri vidi et audivi, ideo me hic manu mea scripsi. Actum anno Domini M. 465, die tercia decima mensis Ianuarii.

## 1465.

fol. 113v.  
40

Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, die Lune<sup>2</sup>, sexta mensis Ianuarii, qua fuit festum ephiphaniæ Domini, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli di-

\* postea factus episcopus Monasteriensis et Bremensis *al. m.* \*\* decanus in Northausen et cantor beate Marie virginis Erfordensis *al. m.* \*\*\* canonicus Misnensis et archidiaconus Misnensis *al. m.* \*\*\*\* Exemptio Alamanorum 45 contra rectorem probata. — Nobiles nacionis rectori non iurant 1464. *aliis manibus.*

<sup>a</sup> sic.  
<sup>f</sup> Kitzingen B.

<sup>b</sup> Schwartzenburg B.  
<sup>g</sup> huiusmodi A.

<sup>c</sup> Hernigen B.

<sup>d</sup> Hörndlen B.

<sup>e</sup> Verlisser B.

<sup>1</sup> Heinricus III. comes a Schwarzburg, archiepiscopus Bremensis 1463, episcopus Monasteriensis 1466, Dec. 7 — 1496, Dec. 24. 50  
<sup>2</sup> Anno 1465 festum epiphaniæ Domini dies Solis fuit.

Acta nationis Germanicæ.



vina providencia pape secundi anno eius primo, inclita nacione nobilium ac venerabilium virorum dominorum Theotonicorum in utroque iure scholarium Bononie in ecclesia Sancti Fridriani<sup>a</sup> extra portam Sancti Mamme Bononie, ut moris est, congregata, omnes dicte nacionis scolares concorditer prestantes viros dominos Walterum de Stadion<sup>b</sup> et Laurencium Ruprecht de Duncelspuel<sup>c</sup> arcium liberalium magistrum, Bononie in iure scolares, in suos elegerunt procuratores, deinde in recessu memorati domini Laurencii in locum eius 5 Martinum Iohannis Weynrich<sup>d</sup> de Wratislavia<sup>e</sup> de Slesia; qui onus procuracionis acceptantes, iuxta eiusdem nacionis statuta solita prestiterunt iuramenta.

## Percepta:

Ab illustri principe et domino domino Wolfgango comite Palatino Reni, superioris et inferioris Bavarie 10 duce, pro se ac magistro Caspate Smidhauser<sup>\*</sup> decretorum doctore, pedagogo suo, magistro Leonardo Newfarer, Paulo Talhaymer<sup>f</sup>, Cristoforo Cottanawer<sup>g</sup>, Gamedero Pütreich, Seyboltzdorffer, principis 15 prefati familiaribus, IIII florenos Renenses.  
A domino Georgio Spiegel procuratore antiquo XXII Bolendinos.  
A magistro Laurencio Thum III libras et VIII Bolendinos.  
20 Ab honorabili viro domino Iacobo Sucher<sup>\*\*</sup> rectore parochialis ecclesie in Windisch Grecz<sup>h</sup> I ducatum.  
A Ruperto Chnoll<sup>i</sup> de Salczburga XII Bolendinos.  
A domino Nicolao de Saxonia XVI Bolendinos.  
A magistro Laurencio Ruprecht XXI Bolendinos.  
25 Ab argentario V libras Bolendinorum.

## Exposita:

Item I Bolendinos pro candelis in die purificationis.  
Item in die annucciacionis<sup>a</sup> II Bolendinos<sup>b</sup> pro candelis.  
30 Item I Bolendinum ad portandum cistam nacionis.

Item in die Lune in festivitibus pasche I Bolendinum pro candelis.

Item in die penthecostes I Bolendinum pro candelis. 10  
Item in die assumptionis XL Bolendinos pro candelis, IIII magnis ad altare et parvis ad peragendum exequias Cristoffero Cotnawer.  
Item VI Bolendinos pro candelis in die animarum.  
Item I libram priori ecclesie Sancti Fridriani. 15  
Item V Bolendinos pro candelis magnis ad altare.  
Item pro picciris<sup>l</sup> VI Bolendinos.  
Item pro celdonis<sup>m</sup> IIII Bolendinos.  
Item pro panibus IIII Bolendinos.  
Item pro confectionibus V libras et XIX Bolendinos. 20  
Item pro malmatico XXXI Bolendinos et IIII catrinos.  
Item pro conductione vasculorum et uno vasculo quod fractum fuit III Bolendinos et IIII quatrinos.  
Item baiulis II Bolendinos.

Computatis itaque singulis et defalcatis tam perceptis 25 quam expositis, IIII die Maii anno etc. LXVI, restabant I ducatus I florenus Renensis et XXXII Bolendini, presentati nobilibus ac venerabilibus viris domino Iacobo Sucher et Ysbrando, procuratoribus electis, una cum cista et instrumentis et 30 libris dicte nacionis.

## 1466.

35

Anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, die sexto mensis Ianuarii, qui in honorem et venerationem trium regum celebris est, pontificatus sanctissimi in Cristo patris ac domini nostri domini Pauli divina providencia pape secundi anno eius secundo, inclita nacione nobilium ac venerabilium virorum dominorum Theotonicorum in utroque iure scholarium Bononie in ecclesia Sancti Fridriani<sup>a</sup> 40 extra portam Sancti Mamme, ut moris est, congregata, omnes dicte nacionis scolares concorditer, nemine 40 contradicente, prestantes viros dominos Iacobum Sucher rectorem parochialis ecclesie in Windischgretz et Isbrandum Werf de Leidis<sup>m</sup> Hollandensem in artibus magistrum, in utroque iure scolares, in suos elegerunt procuratores; qui onus procuracionis acceptantes, iuxta eiusdem nacionis statuta solita prestiterunt iuramenta.

45

\* canonico Frisingensi *al. m.*\*\* Iste fuit cubicularius pape Pii *al. m.*

45

<sup>a</sup> sic. <sup>b</sup> sic B; Stadian A. <sup>c</sup> Duncelspiel B. <sup>d</sup> Weynreich B. <sup>e</sup> Vratisl. B. <sup>f</sup> Talheymer B. <sup>g</sup> Cottanawer B. <sup>h</sup> Windischgretz B. <sup>i</sup> Chnoll B. <sup>k</sup> Bolendinis A. <sup>l</sup> sic, loco bicariis. <sup>m</sup> Leydis B.



## Percepta:

- Ab<sup>1</sup> antiquis procuratoribus I ducatum I florenum  
Renensem, Bologninos XXXII.  
A Nicholao bedello Bologninos IIII.  
5 A Wilhelmo Alfyn<sup>a</sup> de Leidis Hollandensi artium  
magistro Bologninos XII.<sup>1</sup>  
A Wolfgango Strobel de Chunrinek Bologninos X.  
A Donato Feris de Lipczk<sup>b</sup> Bologninos V.  
A Iohanne de Tillingen plebano in Prens florenum  
10 Renensem.  
Summa receptorum est: libre X Bolognini V.

## Exposita:

- Pro candelis in festo purificationis Bologninum I.  
In festo assumptionis pro candelis Bologninos VI ka-  
trinos III, pro collacione Bologninos VIII.  
Pro delacione ciste nationis Bologninum, pro porta- 5  
tura organi Bologninos III.  
Pro ramis palmarum katrinos III.  
Summa expositorum est: libre III Bolognini IX;  
remanserunt obligati in libris VI Bologniniis  
XVI, de quibus dominus<sup>1</sup> Iacobus dedit nationi 10  
ducatum unum et florenum Renensem, resi-  
duum vero tenentur heredes domini Isbrandi,  
videlicet Bologninos XXXV.

Et quum dominus Iacobus revocabatur in patriam<sup>1</sup>, honorabilem virum dominum Rupertum Chnoll  
15 de Salczburga iuris canonici scholarem de consensu nationis et supradictum procuracionis onus acceptantem 15  
sibi successorem reliquit.

Predictus vero dominus Isbrandus Werf Leidensis epidimie morbo, qui tunc Bononie reingressere  
ceperat, infectus, mortem obivit, sepultus in ecclesia Sancti Nicholai, que contigua est vie publice ac mo-  
nasterio Sancti Felicis, iuxta fores maiores supradicte parrochialis<sup>c</sup> ecclesie in angulo, qui vie publice pro-  
20 ximior est; cui defuncto prenominate dominus Guilhelmus Alfyn de Leidis Hollandensis in artibus magister 20  
ac rector ecclesie parrochialis<sup>c</sup> in Alfyn, super tam diro dulcissimi quondam sodalis fato dolens, iussu na-  
tionis succedens, onus procuracionis suscepit, et<sup>1</sup> infrascripta nomine nationis receperunt<sup>d</sup>.

Recepta<sup>1</sup>:

- A domino Iohanne de Fynistenga<sup>e</sup> archidiacono in  
25 Cardone<sup>f</sup> canonico ecclesie Treverensis XIII Bolo-  
gninos.  
A domino Guilhelmo Zül de Leidis<sup>g</sup> Hollandense in  
artibus magistro VIII Bologninos.  
A domino Cornelio Hoenkens Zelandense<sup>h</sup> VIII Bolo-  
30 gninos.  
A domino Iohanne Houck de Leidis Hollandense in  
artibus magistro VIII Bologninos.  
Dominus Christianus Meiger alias Starke beneficiatus  
ecclesie beate Virginis in Tanglin ac canonicus dio-  
35 cesis Camminensis legum doctor addidit ad ea que  
prius contulerat nationi ob redditus suos augmen-  
tatos . . . . .<sup>1</sup>  
Dominus Nicholaus Swichtenberch de Gdanzik bene-  
ficiatus ecclesie beate Virginis in Gdanzik decre-  
40 torum licenciatus ultra ea que prius dederat ad-  
didit ob<sup>1</sup> exerescentiam reddituum<sup>o</sup> XV Bologninos.  
Ex banko de Fellesinis ex testamento quondam Hen-  
rici libras V.  
Summa receptorum: libre XII Bolognini XII.<sup>1</sup>

## Exposita:

- In die omnium sanctorum pro candelis et die ani-  
marum Bologninos XVIII. 25  
Domino priori pro salario suo libram unam.  
Item eidem pro exequiis domini Isbrandi Bologni-  
nos V.  
In die sancti Nicholai pro collatione Bologninos IX  
katrinos II. 30  
In die epiphanie pro confectionibus libras V Bolo-  
gninos X.  
Pro vitris Bologninos IIII.  
Pro lignis katrinos XIII.  
Pro malvatico Bologninos XXVIII. 35  
Pro alio vino Bologninos VIII.  
Pro panibus Bologninos II.  
Pro celdonis<sup>d</sup> Bologninos VII.  
Bedello nacionis Bologninos III.  
Summa expositorum est: libre X Bolognini XVI 40  
katrini IIII.

<sup>1</sup> Restabant de receptis per supradictos procuratores fol. 114r.  
Bolognini XXXV katrini II, quos presentaverunt

\* Nota solutionem secundum redditus *al. m.*

<sup>a</sup> Alfyn *B.*      <sup>b</sup> Lipsia *B.*      <sup>c</sup> parroch. *A.*      <sup>d</sup> sic.      <sup>e</sup> Finistenga *B.*      <sup>f</sup> Cardova *B.*  
<sup>g</sup> Zül de Leydis *B.*      <sup>h</sup> Seland. *B.*      <sup>1</sup> Summa deest, abrasa est.

50 <sup>1</sup> Verba Ab—Bologninos XII, dominus—patriam, et infrascr.—Recepta, ob—Bolognini XII in *litura scripta sunt.* 50



una cum libris, instrumentis et cista nationis honorabilibus domino Iohanni Trelinghen et domino Marco Horlin de Augusta, novis procuratoribus electis per ipsam inclitam nationem.

5 Item ex parte heredum domini Isbrandi soluti sunt procuratoribus supradictis LI Bolognini.

Et ego Wolfgangus Strobel auctoritate imperiali iudex ordinarius notarius publicusque huic pre-

senti, ut premittitur, calculacioni, rationi pecunieque prestacioni, omnibus et singulis, ut moris nostre nacionis est, vidi fieri et audivi, in presentia honorabilium testium ac anno eodem procuratorum venerabilium, magistri Iohannis de Tillingen plebani in Prens, Marci 5 Hornlin Augustensis diocesis. Anno millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Signum.

Ita de presentibus subscripsit.

10

10

## 1467.

Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, die sexta mensis Ianuarii, qua fuit 15 festum ephiphanie Domini, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Pauli divina 15 providentia pape secundi anno eius tercio, inclita natione nobilium ac venerabilium virorum dominorum Theothonicorum in utroque iure scolarium Bononie in ecclesia Sancti Fridriani<sup>a</sup> extra portam Sancti Mamme Bononie, ut moris est, congregata, omnes dicte nationis scolares concorditer prestantes viros dominos Iohannem de Tillingen plebanum in Prens necnon Marcum Horlin de Augusta Augustensis diocesis, Bononie in utro- 20 que iure scolares, in suos elegerunt procuratores; qui onus procuracionis acceptantes, iuxta eiusdem nationis 20 statuta solita prestiterunt iuramenta.

## Percepta:

Ab antiquis procuratoribus libras 4 solidos 6 katrinos 2.

25 A banco de Felisinis libras 5.

A domino Liborio de Schliben<sup>\*1</sup> solidos X.

A domino Apacz Kolo<sup>b</sup> de Gupen solidos X.

## Exposita:

30 Pro candelis in die purificationis solidos 27.

Pro portatione ciste et duabus clavibus solidos 4 katrinos 2.

Capellano nostro solidos 20, quos probavit et obtinuit in natione nostra sibi non esse solutos super anno

35 secundo ab illis procuratoribus antiquis.

Pro candelis magnis ad altare solidos XII katrinos 4.

Capellano nostro pro anno presenti solidos 20.

Item in die omnium animarum pro candelis parvis solidos 3.

40 Pro confectionibus in die ephiphanie libras 4 solidos X.

Pro malmatico solidos 29.

Pro lignis solidos 2.

Pro pigeriis<sup>c</sup> solidos 3.

45

\* qui postea in episcopum Lubucensem electus est *al. n.*

<sup>a</sup> sic.      <sup>b</sup> Kol B.      <sup>c</sup> sic pro bicariis.

50

<sup>1</sup> Liborius a Schliben, episcopus Lubucensis 1483—1486, Apr. 27. Mitra adpicta est.

50

Pro panibus solidos 2.

Pro celdonibus solidos 6.

Pro portatione collationis ad nationem solidum 1 katrinos 3.

Computatis itaque singulis et defalcatis tam perceptis quam expositis, 25 die mensis Ianuarii anno etc. ut supra, supererat et debitores erant procuratores nationis ex parte nationis in 4 solidos, quos libere remisi; presentati sunt autem libri una cum cista 30 nationis honorabilibus viris domino Arnolde de Monte necnon domino Apazz Kol de Gupen, nationis procuratoribus electis per ipsam inclitam nationem.

Et ego Wolfgangus Strobel de Chunring Pata- 35 viensis diocesis auctoritate imperiali iudex ordinarius publicus notariusque huic presenti, ut premittitur, calculacioni, rationi pecuniarumque prestacioni et satisfacioni, omnibus aliis et singulis, ut moris est, inclite nostre nacionis sic vidi fieri et audivi de anno Domini millesimo 40 quadringentesimo sexagesimo octavo, mensis Ianuarii vigesime quinte diei, rogatus et requisitus subscripsi me in testimonium omnium premissorum.

Signum.

Wolfgangus Strobel rogatus subscripsit.

45



## \* 1468.

fol. 114v.

Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, die sexto mensis Ianuarii, qua fuit  
5 festum ephiphaniæ Domini, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Pauli divina  
providencia pape secundi anno eius quarto, inclita<sup>a</sup> natione nobilium ac venerabilium virorum dominorum  
Theothonicorum in utroque iure scolarium Bononie in ecclesia Sancti Fidriani<sup>b</sup> extra portam Sancti Mamme  
Bononie, ut moris est, congregata, omnes dicte nationis scolares concorditer prestantes viros dominum Ru-  
pertum Knol de Salzborg necnon Apacz Kolo de Gubbin Misnensis diocesis Bononie in utroque iure sco-  
10 lares in suos elegerunt procuratores; qui onus procuracionis acceptantes iuxta eiusdem nationis statuta solita  
prestiterunt iuramenta.

## Recepta:

- A venerabili viro domino Cristoffero Schachner ec-  
clesie Cornicensis preposito<sup>\*1</sup> Brixienſis ecclesie ca-  
15 nonico necnon rectori ecclesie Altenmoldorf<sup>c</sup> Salt-  
borgensis diocesis: dedit unum ducatum Ungaricum.  
A nobili viro domino Georgio de Schänbergk<sup>d</sup> eccle-  
sie maioris Augustensis canonico: contribuit nostre  
nacioni unum florenum Renensem.  
20 A nobili viro domino Vito de Rechenbergk<sup>e</sup> ecclesie  
Aystetensis<sup>f</sup> canonico<sup>\*\*</sup> unum florenum Renensem.  
A Conrado Tischer de Egra XXX Bologninos.  
A domino Ulrico de Augusta XXIII Bologninos.  
Ab argentario in banco de Filizinis quinque libras  
25 Bologninorum.

## Exposita:

- Item antiquis procuratoribus XX solidos.  
Die primo Februarii pro candelis XXXVIII Bologni-  
30 nos et dimidium.  
Item decima sexta Aprilis XLII Bologninos.

Item in die omnium animarum 38 Bologninos pro  
candelis.

Item in vigilia nativitatis pro candelis XIII Bologninos.

Item prespitero nostro XX Bologninos in die beate  
Katherine.

Item pro collacione, hospiti pro domo, pro lignis et  
aliis necessariis<sup>†</sup> XX Bologninos.

In dominica proxima post ephiphaniæ VI libras minus  
3 Bologninis.

20

Et ego Bolfgangus Strobel de Chunring Pata-  
viensis diocesis iudex ordinarius publicus no-  
tariusque auctoritate imperialis invictissimi et  
inclitissimi Federici tertii huic presenti calcu-  
lacioni, racioni, omnibus aliis et singulis, ut  
moris est, nostre nacionis de anno Domini  
M CCCC LXVIII, in die quintadecima mensis  
Ianuarii anni 1469, facte, sic fieri vidi et audivi  
rogatusque hic me et requisitus subscripsi in  
fidem et testimonium omnium factorum et  
gestorum ut supra, presentibus nobili viro  
Georgio Klacher et Cristiano Starkh alias Mey-  
30 ger utriusque iuris doctore.

Signum.

## \* 1469.

fol. 115r.  
35

35 Anno a nativitate Domini M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. LXIX<sup>o</sup>, die sexta mensis Ianuarii, qua festum ephiphaniæ cele-  
bratur, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli divina providencia pape se-  
cundi anno eius quinto, inclita natione nobilium venerabiliumque virorum dominorum Theothonicorum in  
utroque iure Bononie scolarium in ecclesia Sancti Fridiani extra portam S. Mamme Bononie, ut moris est,  
40 congregata, omnes dicte nationis scolares concorditer nemineque discrepante nobiles egregiosque viros dominos  
Cristofferum Schachner ecclesiarum Gornicensis<sup>g</sup> Brixinensisque prepositum atque canonicum etc. et Georgium

\* nunc est episcopus Pataviensis ecclesie *al. m.*  
perg ordinis s. Brigide *al. n.*

\*\* nunc monachicam et cenobiale[m] deget vitam in Gemaden-  
perg

45 <sup>a</sup> inclinata *A.* <sup>b</sup> sic. <sup>c</sup> Altenmoldorf *B.* <sup>d</sup> Schaumberg *B.* <sup>e</sup> Roehberg *B.* <sup>f</sup> Eystet. *B.* 45  
<sup>g</sup> Cornicensis *B.*

1) Christoph. a Schachner, episcopus Pataviensis, 1490, Dec. 9 — 1500, Jan. 3. Mitra cum baculo adpicta est.

2) Verba hospiti — necessariis deleta sunt.



de Schaumberg ecclesie Augustensis canonicum, tunc Bononie in iure pontificio scolares, in suos elegerunt procuratores; qui onus procuracionis secundum statutorum formam acceptarunt.

## Percepta:

A bankario de Felisinis V libras Bologninorum.

5

## Exposita:

In die epiphanie pro collacione X Bolendinos.

Restant desuper IIII libre et X Bolognini, quos procuratoribus post eos noviter electis, videlicet dominis Liborio de Slieven, Ulrico Friess de Augusta, presentarunt, ut ex eorum claret ratione supra proxime posita.

fol. 114v. 10

1470.

10

Anno a nativitate Domini M<sup>o</sup>.CCCC<sup>o</sup>.LXX<sup>o</sup>, die vero sexta mensis Ianuarii, qua erat festum epiphanie Domini, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli divina providencia pape secundi anno eius sexto, inclita nacione nobilium ac venerabilium virorum dominorum Theotunicorum in utroque iure scolarium in hac regia urbe Bononie in ecclesia Sancti Fidriani extra portam Sancti Mamme, ut moris est, congregata, omnes dicte nacionis scolares concorditer nos Ulricum Friess de Augusta et Liborium de Slieven<sup>a</sup>, videlicet in utroque iure scolares, in suos elegerunt procuratores secundum formam ac ritum statutorum nostrorum.

## Recepta:

A nobili ac egregio viro domino Caspare de Wernow<sup>b</sup>.

20 A magistro Iohanne Maynberger de Ratispona plebano in Kirchdorff XXIII solidos.

A magistro Luca Wassenrode<sup>c</sup> de Thorn<sup>\*\*d</sup> X solidos.

A magistro Ernesto Stoere de Melsungen<sup>e</sup> X Bologninos.

25 A domino Bussone Dragstedt<sup>f</sup> de Hallis X Bologninos.

A domino Conrado Celtis<sup>\*\*\*</sup> Francone X Bologninos.

A domino Iacobo Pfister de Augusta X Bologninos.

A domino Henrico Warnholdt de Tanglem XII Bologninos.

30 A domino Iohanne Seborch de Duderstadt VIII Bologninos.

A domino Hermanno de Keppel VIII Bologninos.

A domino Iohanne de Asbegk<sup>§</sup> VIII Bologninos.

A domino Wilhelmo de Froynhoben.

35 A domino Thoma Wolff<sup>†</sup> X Bologninos.

A domino Iohanne Berlein<sup>h</sup> de Dinkelspuhel<sup>††</sup>.

A domino Michaelae Pauerfindt de Praunsberch<sup>k</sup> II Bologninos.

A domino Iacobo Strubgen<sup>l</sup> de Prusia<sup>m</sup> III Bologninos.

40 Item recepinus a procuratoribus antiquis IIII libras et X Bologninos.

Item a banco de Fillizinis libras IIII et X Bolo-

gninos; reliquos X Bologninos retinuit pro candelis a tribus annis citra non sibi redditis<sup>n</sup>, ut ipse dicit.

## Exposita:

Item pro candelis speciario IIII libras Bologninos VI.

Item bedello antiquo pro ligatura libri XXXIII Bologninos.

Item procuratori ecclesie ex parte capellani<sup>†††</sup> XL Bologninos.

Item pro palmis II Bologninos.

Item pro fasciculis<sup>o</sup> in vigilia nativitatis Christi X quadrinos.

Item pro collacione in die trium regum libras V quadrinos VIII.

Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, die vigesimo septimo mensis Ianuarii, ego Franciscus de Caravita notarius et bidelus generalis studii Bononiensis ac bidelus nationis Alamanorum presens fui rationi redite per dominum Liborium de Slieven et dominum Theodoricum de Alamania scolares et qui fuerunt procuratores dicte nationis Alamanorum anni proxime preteriti, dominis Caspary de Werno et domino Iohanni Maynberger de Alamania procuratoribus anni presentis, qua ratione facta, solverunt dicti procuratores anti- qui procuracionis solidos quadraginta etc. Et in fidem suprascriptorum me subscripsi.

Signum.

<sup>a</sup> solvit ut in procuracia anni LXXI XXVIII Bologninos *al. m.*

<sup>\*\*\*</sup> Co. Celtis poeta primus Germanie *al. m.*

<sup>†††</sup> Nota: Hic inceperunt solvere capellano solidos quadraginta *al. m.*

<sup>a</sup> Schliben B. <sup>b</sup> Wernaw B. <sup>c</sup> Wasserodt B. <sup>d</sup> Torn B. <sup>e</sup> Melsingen B. <sup>f</sup> Dragsteit B. <sup>§</sup> As-  
bech B. <sup>h</sup> Berlen B. <sup>l</sup> Duncelpul B. <sup>k</sup> Praunsperg B. <sup>l</sup> Strubghen B. <sup>m</sup> Prussia B. <sup>n</sup> redditis A. <sup>o</sup> sic.

<sup>1)</sup> Mitra in margine picta est.

<sup>2)</sup> Nicolai Copernici avunculo M; Lucas Watzelrode, episcopus Warmiensis, 1489, Febr. 19 — 1512, Mart. 29. Mitra et baculus episcopalis in margine adpicta sunt.

50



## 1471.

Anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, indictione quarta, die 5  
5 sesta<sup>a</sup> Ianuarii, qua festum theophanie<sup>a</sup> Domini celebratur, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini 5  
nostri domini Pauli divina providencia pape secundi anno eius septimo, inclita natione nobilium dominorum  
scolarum Theotonicorum in hoc vetustissimo Bononiensi gymnasio in utroque iure studencium in ecclesia  
Sancti Fridiani extra portam Sancti Mamme, ut moris est, congregata, prefati domini scolares unanimi voto  
nemineque reluctante nobilem virum dominum Casparem de Wernaw et Iohannem Maynberger<sup>b</sup> de Ratis-  
10 bona arcium liberalium doctorem ecclesie in Kirchdorff plebanum, in suos elegerunt procuratores; qui ut 10  
parentes iuxta eiusdem nationis statuta oneri procuracionis humeros suos summiserunt, deinde prefato do-  
mino Caspare infulis doctoreis in iure civili decorato ipsoque se ab hac urbe Bononiensi absentante, de  
communi omnium dicte nacionis scholarum consensu in eius locum surrogatus substitutusque est dominus  
Liborius de Slieven<sup>c</sup>.

## 15 Recepta:

- A reverendissimo in Christo patre et domino domino Nicolao Stoltz de Slantz de Slesia<sup>d</sup> ecclesie Waradiensis in Ungaria episcopo<sup>1</sup> pro se ac domino Iohanne Stoltz de Slantz fratre suo, Iohanne de Caschovia<sup>e</sup> decretorum doctore pedagogo suo, Gregorio Neneke canonico Agriensi, Nicolao de Slaboni capellano suo, Caspare de Augusta, Cristoffero Seydelitz, Iohanne de Ratispona, prefati domini episcopi familiaribus II ducatos Florentinos.
- 20 A magnifico et generoso comite domino Heinrico Rewss<sup>f</sup> de Plawen domino in Cranichfelt et Groytz<sup>g</sup> pro se et domino Nicolao Kutzer plebano in Schompach eius pedagogo I ducatum Venetum.
- A nobili et egregio legum doctore domino Caspare de Wernaw XXVIII Bologninos.
- 30 A domino Leonardo Zolner de Ratispona canonico ecclesie Sancti Iohannis Ratisponensis.
- <sup>a</sup> A domino Waltasare Huser utriusque iuris licenciato plebano in Solem VIII Bologninos.
- 35 A domino Andrea Hanco<sup>h</sup> arcium magistro et presbitero Olmocensis<sup>h</sup> diocesis IX Bologninos.
- A domino Wolfgango Czechner<sup>i</sup> de Fronlewitten arcium magistro VI Bologninos.
- A domino Iohanne Grundense<sup>k</sup> de Niderneinsen<sup>l</sup> arcium magistro Pataviensis dyocesis<sup>m</sup> VIII Bologninos.
- 40 A domino Heinnengo Sculte<sup>n</sup> clerico Bremensis<sup>n</sup> ac 15 arcium magistro canonicoque Sless<sup>n</sup> XV Bologninos.
- A domino Waltasare Ruedner de Oting<sup>o</sup> plebano in Birchachhawsen VIII Bologninos.
- A domino Andrea Tustir<sup>p</sup> de Clecze<sup>o</sup> X Bologninos.
- A domino Iohanne Rassel de Butesen X Bologninos. 20
- A domino Giselero Giseleri de Gottingen Maguntinensis dyocesis VIII Bologninos.
- A domino Georgio Giseleri de Gottingen VIII Bologninos.
- A domino Nicolao Liborii de Thoren<sup>r</sup> Colmensis<sup>r</sup> 25 dyocesis.
- A domino Georgio Rustler de Elpogen<sup>s</sup> VI Bologninos.
- A domino Iohanne Michaelis de Elpogen VI Bologninos.
- A domino Iohanne Berlein de Dinckelspuhl<sup>t</sup> a prede- 30  
cessoribus nostris intitulo XVI Bologninos.
- A domino Iohanne Dednot<sup>u</sup> de Gottingen VIII Bologninos. fol. 115 v.
- A domino Nicolao Reyman de Prusia<sup>v</sup> VI Bologninos.
- A domino Iohanne Reysse de Maguncia X Bologninos. 35
- A domino Hainrico von Reyn<sup>w</sup> XI Bologninos.
- A domino Steffano Hoen de Stargardia.
- A domino Michaelis de Vilshoven<sup>x</sup>.
- A domino Michaelis Drosdaw.
- A domino Marco Kayser de Augusta. 40
- A domino Martino de Stargardia.

\* Postea factus prepositus Numburgensis *al. m.*

- 45 <sup>a</sup> sic. <sup>b</sup> de Meynberg B. <sup>c</sup> Schliben B. <sup>d</sup> Silesia B. <sup>e</sup> Caschonia B. <sup>f</sup> Rewse B. <sup>g</sup> Hanck B. <sup>h</sup> Olmacens. B. <sup>i</sup> Czechner B. <sup>k</sup> Grunderse B. <sup>l</sup> Nomen loci non satis apparet. <sup>m</sup> deat B. <sup>n</sup> Schulte B. <sup>o</sup> Otingen B. <sup>p</sup> Tustic B. <sup>q</sup> Slesia B. <sup>r</sup> Nicol. de Torn B. <sup>s</sup> Coloniensis B. <sup>t</sup> Elenpogen B. <sup>u</sup> de Duret B. <sup>v</sup> Prussia B. <sup>w</sup> de Reyno B. <sup>x</sup> Vilshoven B.

50 <sup>1)</sup> Nicolaus II., episcopus Waradiensis, 1469—1473. Mitra cum baculo adpicta est. <sup>2)</sup> Cf. Pag. 214, 36 et adnot. ††. 50



- A domino Mathia Michaelis de Lunaw.  
 A domino Nicolao Drosdaw de Prusia<sup>a</sup>.  
 A domino Petro Iohannis Vollenhoe<sup>b</sup>.  
 A dominis procuratoribus antiquis XL Bologninos.  
 5 A banco de Fillisinis occasione anni LXX. proxime  
 precedentis X Bologninos.  
 Ab eodem banco occasione anni nostri, videlicet  
 LXXI. quinque libras Bologninorum.  
 A domino Petro de Camini.  
 10 A domino Georgio Crista alias Kraft de Ulma X Bo-  
 logninos.  
 A domino Erasmo Smarsow IIII Bologninos.  
 Summa omnium perceptorum suprapositorum:  
 II ducati Florentini et unus ducatus Venetus  
 15 et XVIII libre Bononienses et unus Bologninus.

## Exposita:

- Item speciario pro candelis libras quinque solidos XV.  
 Item pro portacione candelarum singulis vicibus ad  
 20 ecclesiam nostram Bologninos duos katrinos III.  
 Item capellano nostro libras duas.  
 Eidem in exequiis domini licenciati Waltasaris Huser  
 dive memorie solidos V.  
 Item pro ramis palmarum solidum I.  
 25 Item pro incensu solidos II.  
 Item pro frassis<sup>1</sup> solidum I.  
 Item pro confectionibus libras IIII solidos XIII in die  
 epiphanie.  
 Item pro malmatico libram I solidum I.  
 30 Item pro centum celdonibus solidos XIII.

Item pro pigeriis solidos IIII katrinos III.

Item pro fassis et fascinis solidos IIII.

Summa expositorum supra sunt: libre quindecim  
et III Bolognini.

Facto computo de omnibus et singulis receptis et ex- 5  
 positis, superscripti procuratores sunt debitores et  
 remanserunt nacioni obligati in duobus ducatis Flo-  
 rentinis et uno ducato Veneto et duabus libris Bo-  
 noniensibus et XVIII Bologninis, quam summam,  
 facta computatione, dederunt et assignarunt procu- 10  
 ratoribus sequentibus, videlicet venerabilibus viris  
 magistro Luce Waczenrode de Thorn et Bussoni  
 Drakenstein de Hallis, et hec computacio facta est  
 XX. die mensis Ianuarii anno Domini 1472.

Ego Pelegrinus filius Ser Francisci Caravita Bo- 15  
 noniensis civis, publicus imperiali et communis  
 Bononie auctoritate notarius, vice et nomine  
 dicti patris mei bidelli generalis totius nationis  
 Alamanorum, presens fui rationi redditu per  
 dominum Iohannem Maynberger suo nomine et  
 nomine domini Iasparris de Werno, scholares, 20  
 qui fuerunt procuratores dicte nationis Alama-  
 norum anni proxime preteriti, dominis magistro  
 Luce et Buxoni procuratoribus noviter pro anno  
 presenti electis; qua ratione facta, solverunt et  
 solvit dictus dominus Iohannes dictis nomini- 25  
 bus<sup>c</sup> procurator antiquis procuratoribus novis  
 ducatos duos Florentinos ducatum unum Ve-  
 netum libras duas et solidos decem et octo Bo-  
 nonienses, presentibus dominis Iohanne Reyse  
 de Maguntia, domino Henrico von Reyn de  
 Alania, testibus, et in fidem premissorum  
 me subscripsi signo meo solito. 30

Signum.

fol. 116r.

1472.

35 Anno Domini 1472, die sexta mensis Ianuarii, qua erat festum epifanie Domini, pontificatus sanctis- 35  
 simi in Cristo patris et domini domini Sixti divina providencia pape quarti anno eius primo, congregata  
 inclita nacione dominorum Theotonicorum in utroque iure scolarium Bononie studencium in ecclesia Sancti  
 Fidriani<sup>e</sup> extra portas Bononie, ut moris est, elegerunt concorditer, nemine discrepante, in suos procuratores  
 nos Bussonem Drakenstet<sup>d</sup> de Hallis de Saxonia et Lucam Waczenrode de Thorun de Prussia; quod officium  
 40 acceptavimus secundum statutorum nostre nacionis tenorem. 40

## Recepta:

Item a domino Ioanne Borer de Oppich Argentinensis 35  
 diocesis<sup>e</sup> X Bologninos. Item [a] domino Daniele Kellenbach canonico Treve-  
 rensis ecclesie XXVIII Bologninos.  
 45 Item a domino Emeramo Wager de Offingen Augu- Item [a] domino Francisco Brun<sup>e</sup> de Norenberga<sup>f</sup>  
 stensis diocesis VIII Bologninos. Bambergensis diocesis XII Bologninos. 45

<sup>a</sup> hic doctor promotus in utroque *al. m.*<sup>a</sup> Prussia B.<sup>b</sup> Vollenhoe B.<sup>c</sup> sic.<sup>d</sup> Drackenstett B.<sup>e</sup> Brauma B.<sup>f</sup> Nornberga B.50 <sup>1</sup>) vel fassis, *italice, et latine* stramentorum fascibus.

50



- Item a domino Iohanne Musseler Argentinensis diocesis XXII Bologninos.
- Item a domino Mathia Ertmanni<sup>a</sup> Warmiensis diocesis XII Bologninos.
- 5 Item a domino Iohanne Medici Wratislaviensis diocesis III Bologninos.
- Item a domino Arnoldo Strohut canonico Sancti Stefani Maguncie XII Bologninos.
- Item a domino Bartholomeo Welsir<sup>b</sup> Augustensis diocesis X Bologninos.
- 10 Item a domino Nicolao Mokewicz<sup>c</sup> ecclesie Wratislaviensis canonico XIII Bologninos.
- Item a domino Erasmo Permiger de Kytzburck<sup>d</sup> Winensis diocesis III Bologninos.
- 15 Item a Cristoforo Herb<sup>e</sup> Augustensis diocesis VI Bologninos.
- Item a domino Cristiano Pedigk<sup>f</sup> de Kemnicz Pragensis diocesis X Bologninos.
- Item ab antiquis procuratoribus duos ducatos et unum ducatum Venetum et duas libras Bononiensis monete et XVIII Bologninos.
- 20 Item a banco de Filisinis quinque libras.
- Exposita:
- Item capellano nostro II libras. 5
- Item VIII libras et XIII Bologninos pro candelis in die purificationis Marie.
- Item pro ramis palmarum I Bologninum.
- Item in die animarum IIII Bologninos pro candelis.
- Item pro confeccionibus in die epiphanie III libras 10 et IIII Bologninos.
- Item pro celdonibus XIII Bologninos.
- Item pro bikeriis VI Bologninos.
- Item pro lignis V solidos.
- Item pro incensu et frassis II Bologninos. 15
- Item pro malmatico in die epiphanie XXII Bologninos.
- Item pro muscatello vino VIII Bologninos.
- Item fakino qui portavit singula suprascripta ad ecclesiam nostram IIII Bologninos. 20

## 1473.

Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, die vigesimo mensis Ianuarii, facto calculo et computo rationum de omnibus et singulis receptis et expositis per suprascriptos procuratores, qui fuerunt et sunt debitores et remanserunt obligati in duobus ducatis et viginti Bolondinis, quam su[m]mam 25 facta computacione dicti procuratores dederunt, solverunt, resignaverunt venerabilibus viris dominis Corrado Grundemon de Sassonia et Leonardo Zolner canonico Sancti Iohannis Ratisponensis, procuratoribus novis, et in fidem omnium predictorum ego Franciscus publice me subscripsi.

Ego Franciscus quondam Iacobi de Caravita civis et notarius et nunc bidelus nationis supradicte prezens fui rationi reddite per dominum Lucam et dominum Bussonem procuratores suprascriptos anni 30 proxime preteriti suprascriptis procuratoribus novis, qua ratione facta solverunt domini procuratores antiqui dictis procuratoribus novis ducatos duos et solidos viginti Bononienses, presentibus honorabilibus viris dominis Iohanne Kummeste de Alamania artium doctore, domino Gualterio Humel de Alamania adhibitis et rogatis, et in fidem predictorum me subscripsi.

## 1473.

Anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tercio, indictione sexta, die vero sexta, qua celebratur festum epiphanie, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providencia pape quarti anno secundo, inclita nacione nobilium venerabiliumque virorum dominorum Theotunicorum in utroque iure scolarium Bononie in ecclesia Sancti Fridiani extra muros, ut 40 moris est, congregata, inibique omnes et singuli unanimiter nemine discrepante honorabiles viros dominos Conradum Grundemon de Saxonia et Leonardum Zolner canonicum Sancti Iohannis Ratisponensis, ibidem scolares, in suos ac dicte nacionis procuratores eligerunt, qui iuxta cuiusdam statuti formam desuper editi onus procuracionis huiusmodi in se receperunt.

## Recepta:

- 45 Item a venerabili viro domino Georgio de Bolkenstain<sup>a</sup> canonico Brixinensi<sup>b</sup> Bologninos XVIII.
- Item a domino Iohanne Stadler rectore parrochialis ecclesie in Stamhaym<sup>b</sup> Bologninos XX.

<sup>a</sup> Qui detentus in carceribus Brugis una cum serenissimo Romanorum rege ac domino domino Maximiliano de domo Austriae 1488. ibidem moritur captivus *et. w.*

<sup>a</sup> Erdtman B.    <sup>b</sup> Welfer B.    <sup>c</sup> Mockewitz B.    <sup>d</sup> Kytzburg B.    <sup>e</sup> Herbe B.    <sup>f</sup> Pedick B. 50

<sup>50</sup> s Wolckenstein B.    <sup>h</sup> Stamheim B.

Acta nationis Germanicæ. 28



fol. 116<sup>v</sup>. Item a domino Bernardinus<sup>a</sup> Eysenreich canonico  
Wratislaviensi<sup>b</sup> Bologninos XIII.  
Item a magistro Vito Meler arcium doctore de Mem-  
mingen<sup>c</sup> canonicus Augustensis<sup>a</sup> Bologninos VII.  
5 Item a Balthasare de Norlingen<sup>d</sup> Bologninos VII.  
Item a Iohanne Bruffer<sup>e</sup> de Salma Bologninos X.  
Item a Petro von der Nüt<sup>f</sup> de Prusella Bologninos  
VIII.  
Item a Iohanne Riedner de Nidershaym<sup>g</sup> VII solidos.  
10 Item a Ieronimo Perler<sup>h</sup> de Dincelspuchl<sup>i</sup> XIII.  
Item recepi a Felisinis quinque libras.  
Summa receptorum: XV libre et XVI Bolognini.

## \* Exposita:

Item dedi pro candelis septem libras et Bologninos IIII.  
Item pro confectionibus LVI Bologninos.  
Item capellano XL Bologninos.  
Item pro malfatico XIII Bologninos. 5  
Item in septimana sancta pro frascis Bologninos II.  
Item pro ture et frondibus Bologninos II.  
Item pro faschinis Bologninos II et quadrimos IIII.  
Item pro pikiriis Bologninos VI.  
Item pro celdonibus Bologninos X. 10  
Item pro vino Bologninos XII et quadrimos IIII.  
Summa expositorum: XIII libre et VIII Bolo-  
gnini et I quadrimos.

## 1474.

15 Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, indictione septima, die vigesima 15  
quinta mensis Ianuarii, factis<sup>a</sup> calculo rationum de omnibus datis, habitis, receptis et expositis per dominos  
procuratores scriptos<sup>a</sup>, prefati domini Leonardus Zoller canonicus scriptus<sup>a</sup> constitutus et dominus Iohannes  
Comost substitutus procuratores in presentia mei notarii restarunt obligati in libra una, soldis<sup>a</sup> septem,  
quatrenis quinque, quas pecunias dictus dominus Leonardus numeravit, presentavit et dimisit venerabilibus  
20 viris dominis Nicolao Mochviz canonico ecclesie Wladislaviensis et domino Iohanni Comost, dignissimis pro- 20  
curatoribus constitutis pro anno presenti.

In cuius rei fidem et testimonium ego Peligrinus filius Ser Francisci Caravite notarius publicus  
Bononiensis, qui predictis interfui eaque vidi, propria manu scripsi anno, mense, die predictis. Libra I  
solidi 7 denarii 10.

25

25

## 1474.

Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, indictione septima, pontificatu sanctis-  
simi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providencia pape quarti anno eius tercio etc.,  
30 nos Iohannes Kumost in utroque iure licenciatus et Nicolaus Mokewicz canonicus ecclesie Wratislaviensis<sup>a</sup>, 30  
inclite nacionis dominorum Alemanorum sive Theotonicorum procuratores per nobiles eiusdem nacionis in  
utroque iure scolares Bononie in loco et tempore solitis et consuetis concorditer electi, qui et onus procu-  
racionis in vim atque formam cuiusdam statuti desuper editi subivimus, recognoscimus percepisse:

A dominis Iohanne Runcker de Caldaren<sup>k</sup> X Bolo- Paulo de Amersoyen<sup>m</sup> de Hattem<sup>n</sup> XII Bologninos,  
35 gninos, Georgio Gneucker de Herbipoli X Bologninos. 35  
Iohanne de Diepholt arcium magistro<sup>\*</sup> XIII Bolo- A nobili et generoso domino Iohanne de Hispen huius  
gninos, almi gymnasii Bononiensis rectore dignissimo I flore-  
Petro Laurencii de Brugis<sup>l</sup> arcium magistro XIII num Renensem, alias postulatatum cognominatum<sup>o</sup>.  
40 Bologninos, A domino Andrea de Pampeto<sup>p</sup> XII solidos. 40

\* Rector is fuit A<sup>o</sup>. D. 1476. *al. n.*

<sup>a</sup> sic. <sup>b</sup> Vratisl. B. <sup>c</sup> Memmingen B. <sup>d</sup> Nordlingen B. <sup>e</sup> Brusser B. <sup>f</sup> Mit B.  
g Widersheim B. <sup>h</sup> Perlen B. <sup>i</sup> Duncelspil B. <sup>k</sup> Caldau B. <sup>l</sup> Burg B. <sup>m</sup> Amersoyen B.  
n Hatten B. <sup>o</sup> Hyspen, alias Postulatus cognominatus<sup>l</sup>, almi huius Bononiensis studii rector flor. unum Ren. B.  
45 p Pampeto B. 45

<sup>o</sup> B. Iohannem de Hyspen „Postulatum“ vocans errat, nam ita floreni vocabantur, quos Rudolphus a Diepholt, episcopus po-  
stulatus Traiectensis (1433—1455) eudit.



## 1474.

Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, ipso die assumptionis gloriose virginis Marie, inclita natione nobilium venerabiliumque dominorum scolarium Theotonicorum in utroque iure studencium congregata, venerabilis vir dominus Nicolaus Mokewitz procurator nationis predictae dominum Iohannem collegam suum recessisse seque in brevi recessurum proposuit aliosque procuratores eligi petiit, quare nationis predictae scolares inibi presentes eiusdem domini Nicolai petitionibus annuentes, in iamdictae nationis procuratores elegerunt concorditer honorabiles viros dominos Gislerum de Gottingen et dominum Arnoldum Strohut canonicum ecclesie Sancti Stephani Maguntinensis; qui onus procuracionis in se suscipientes, pecunias<sup>a</sup> subscriptas ad nationem pertinentes sublevarunt.

Recepimus a domino Nicolao Mokewitz procuratori antiquo VI libras III Bolendenos et quinque quadrinos.	Exposita:	Item II libras pro cappellano nostro in die purificationis.	
Item a banco de Felezinis quinque libras.		Item I Bolendinum pro frondibus.	15
15 Item a domino Iohanne de Bergen arcium magistro.		Item pro candelis VI libras et XV Bologninos.	
Item a domino Nicolao Martmeyster <sup>b</sup> de Maguncia arcium magistro.		Item vakino portanti candelas III quadrinos.	
Item a domino Volperto de Francfordia.			

## 1475.

Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, indictione octava, die vigesimo septimo mensis Ianuarii, factis<sup>c</sup> calculo rationum de omnibus datis, habitis et receptis et expositis per dominos Arnaldum Strohut canonicum ecclesie Sancti Stephani Maguntinensis et dominum Gislerum de Munden de Sassonia procuratores in presentia mei Francisci de Caravita bideli dicte nationis Alamanorum restarunt debitores et obligati in libris duabus, solidis octo et denariis sex, quas pecunias prenominati procuratores antiqui numeraverunt, solverunt manualiter in presentia mei notarii domino Paulo de Amersoyen de Gelria et domino Iohanni Berlen de Alamania procuratoribus novis dicte nationis.

Et in fidem et testimonium ego Franciscus notarius et bidelus predictus qui predictis interfui eaque vidi propria manu scripsi anno, mense et die predictis, videlicet libre II solidi 8 denarii 6.

30

## \* 1475.

30

fol. 117r.

Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, ipso die epyphanie, quo congregata fuit inclita ac generosa natio dominorum Theutonicorum extra portam Sancti Mamme in ecclesia Sancti Phydriani<sup>e</sup> ad divina celebrandum et successive ad novorum procuratorum electionem secundum formam statutorum faciendam, electi fuerunt in procuratores dicte nationis concorditer ac nemine discrepante nobiles ac spectabiles viri in utroque iure studentes, videlicet dominus Iohannes Berlem<sup>d</sup> de Dinckelspyhel<sup>e</sup>, dominus Paulus de Amersoyen Ghelrensis<sup>f</sup> de Hattem<sup>g</sup> syndicus utriusque universitatis studii Bononiensis pro tunc; qui domini procuratores, sic ut premittitur electi, procuracionis officium acceptaverunt et secundum formam statutorum iuraverunt etc.

40	Recepimus infrascriptas pecunias:	Dominus Theodericus Persyn <sup>h</sup> artium doctor de Amstelredammis de Hollandia solvit solidos XII.	40
	Recepimus viginti solidos a quatuor scholaribus pro penis: solidos XX.	Dominus Henricus Redekyn cantor Lubucensis <sup>i</sup> de Saxonia solvit solidos XI.	
	Dominus Balthasar Ziegeler <sup>h</sup> canonicus ecclesie beate Marie virginis Erfordensis <sup>i</sup> solvit libram 1 solidos 2.	Nobilis et generosus dominus Bohuslaus de Hassensteyn baro <sup>m</sup> de Bohemia solvit ducatum unum.	45

<sup>a</sup> pecunias A.    <sup>b</sup> Marekmaister B.    <sup>c</sup> sic.    <sup>d</sup> Berlen B.    <sup>e</sup> Dunckelspiel B.    <sup>f</sup> Gheldrensis B.  
<sup>g</sup> Hatten B.    <sup>h</sup> Ziegeler B.    <sup>i</sup> Erdfordiensis B.    <sup>k</sup> Persing B.    <sup>l</sup> Lubicensis B.    <sup>m</sup> comes B.



Dominus Henricus Kalker de ducatu Clivensi, dominus Iohannes de Udem <sup>a</sup> de ducatu Clivensi*, dominus Henricus de Minori Villa <sup>b</sup> , dominus Iacobus de Hagis de Hollandia, 5 dominus Nicolaus de Maguntia, dominus Volbertus de Maguntia, dominus Iohannes Paulstaffer Bavarus, dominus Matheus Grunhofer non solverunt**.	Recepimus ex bancho illorum de Felizinis libras quinque quatrinatorum. Dominus Iheronimus Berlem de Dincelspyhel <sup>c</sup> solvit solidos XIII.	5
Exposita:		
Dominus Iohannes Paulstaffer Bavarus solvit solidos 10 XV quattrinum 1. Dominus Iohannes artium doctor de Rasteten solvit solidos XIII. Dominus Petrus Schot de Argentina solvit solidos XIII, doctor utriusque iuris et canonicus Sancti 15 Petri iunioris Argentinensis.	Exposuimus pro refectione stalli in choro ecclesie nostro solidos 8. Item pro palmis solidum 1. Item pro thure quattrinos 3. Pro candelis nostris, quas distribuimus in natione, et pro dupiriis <sup>d</sup> libras VII solidos 2. Pro plebano nostro exposuimus libras 2.	10 15

## 1476.

Anno Domini millesimo quadingentesimo septuagesimo sexto, indictione nona, die vigesimo octavo mensis Ianuarii etc. factis<sup>e</sup> calculo rationum de omnibus datis, habitis et receptis et expositis per dominos Paulum de Amersoyen de Gelria et dominum Iohannem Berlen de Alamania procuratores nationis dominorum 20 scolarium Alamanorum in presentia mei Francisci de Caravita notarii Bononiensis et bideli et notarii dicte nationis Alamanorum restavit debitor dictus dominus Iohannes de pecuniis per eum receptis in libris tribus et solidis quinque et denariis octo, et dictus dominus Paulus restavit debitor in solidis tredecim et denariis sex, quas quantitates pecuniarum prenominati procuratores antiqui dederunt, solverunt manualiter in presentia mei notarii domino Theoderico de Alamania et domino Iohani de Argentina procuratoribus novis dicte na- 25 tionis pro anno 1476.

Et in fidem et testimonium omnium predictorum ego Franciscus notarius et bidelus predictus, qui predictis interfui eaque vidi, propria manu scripsi anno, mense et die predictis, videlicet libro 3 solidi 1 denarii 2.

Egregii atque spectabiles viri domini Iohannes Berlem de Dincelspyhel necnon dominus Paulus de 30 Amersoyen Ghelrensis de Hattem syndicus generalis utriusque universitatis studii Bononiensis procuratores honorabilis nationis dominorum Theutonicorum videntes et cognoscentes, quod bona et honores dicte nationis per incuriam predecessorum suorum vehementer in rebus atque dignitatibus fuerint debilitata, ea potissimum ratione, quod dicte nationis statuta atque ordinationes non fuerint observata, et presertim statutum quod loquitur de inventario conficiendo de rebus et bonis dicte nationis, et iam viginti quinque anni sint acti, 35 quibus de bonis et rebus dicte nationis inventarium non sit confectum, volentes consulere honori ac utilitati nationis sepedicte adventum venerabilis patris domini prioris generalis Sancti Fridiani, qui Luce residet, ad quem dicta capella Sancti Fridiani vel fratrum deli Sacci de Luca vulgariter nuncupata spectat atque pertinet, deliberaverunt expectare, ut singula ordine iuris procederent et firma atque perpetua perdurarent, qui dictus dominus prior expectatus longo tempore tandem Bononiam applicuit, dicti domini procuratores do- 40 minum priorem ut supra in presentia mei Ser Francisci Caravite notarii dicte nationis, ad dictam domini 40

\* Flandri. Nota exclusionem Flamingorum *al. m.* cum fuerit Flamingus non est reputatus de natione *al. n.*

\*\* Solverunt omnes preter Henricum de minori Villa qui

<sup>a</sup> Uden B.

<sup>b</sup> deletum A; deest B.

<sup>c</sup> Dunkelspyhel B.

<sup>d</sup> sic.

<sup>e</sup> *Lege dupleriis.*



prioris requisitionem specialiter vocati atque rogati, sub hac verborum forma dictum dominum priorem requisiverunt: „Cum sit, venerabilis pater, quod multa et diversa bona atque res et presertim ea que divino officio exercendo accomadata\* sunt in capella vestra Sancti Fridiani vulgariter nuncupata extra portam Sancti Mamme, in qua supradicti scholares honorabilis nationis dominorum Theutonicorum secundum formam statutorum suorum divina officia soliti sunt cantare atque festa dicte nationis celebrare, que ad dictam nationem spectant et pertinent, et multi sint anni, quibus de dictis bonis non sit confectum inventarium propter diversos casus, rationes et causas etc., quare ne dicta bona distraherentur atque a proprietate et dominio dicte nationis reddantur aliena, supplicant dicti domini procuratores ut supra, ut Paternitas vestra dignetur imponere Ser Iohanni de Manzolinis notario ac civi Bononiensi necnon procuratori dicte Paternitatis vestre presenti, ut secundum formam, tenorem inventariorum ac iurium dicte nationis ante multos annos confectorum dictis dominis procuratoribus presentibus atque instantibus dictas res et bona nationis exhibeat, ut ex hiis Ser Franciscus Caravita eorum notarius publicum instrumentum conficiat“ etc.

Qui dominus prior ut supra intelligens petitionem atque requisitionem dictorum dominorum procuratorum honestam, equam ac iuri consentaneam dictis dominis procuratoribus honesta atque iuri consentanea petentibus pollicitus est in presencia mei Ser Francisci dictis dominis procuratoribus velle obtemperare atque morem gerere. Commisit itaque dictus dominus prior dans plenam potestatem dicto Ser Iohanni procuratori suo ut supra, ut ad omnem petitionem dictorum dominorum procuratorum nationis sepedicte quod possit et valeat dictis dominis procuratoribus exhibere omnia et singula bona, que in dicta capella sunt et ad dictam nationem pertinent et spectant, atque ex eis publicum inventarium conficere, ad quod perpetuo possit haberi recursus, cum de bonis, libris, calice, paramentis ac rebus ad dictam nationem spectantibus questio vel dubium vertitur. Et presertim ut ordo et forma statuti observetur, que dicit quod singulo anno per dominos procuratores nationis de rebus et bonis nationis debeat confici inventarium<sup>1</sup>.

\* fol. 118r.

25 *Sequitur tabula nimio picta, qua cubiculum virginis Mariæ exprimitur. Ipsa mater Domini in solio sedens tenet in gremio puerum Iesum, qui manum sinistram benedicens protendit quattuor scholares versus flexis genibus manibusque ad orandum sublatis iacentes. Quorum studiosorum primum rubro indutum talari commendat manu sinistra in humero ipsius posita sancta matrona vestitu nigro instructa, tribus ornata coronis, quarum unam gestat capite, alteram tenet in manu dextra, tertia in solo iacet (S. Elisabeth?). Inter tres, qui restant, scholares, unus purpureo pallio indutus manibusque portans biretum, alter caeruleo vestimento circumdatus cruce nigra in pectore insignitus apparet. Omnium quas videmus personarum crines flavo colore adumbrati sunt.*

30 *Rubro colore dedicatio hæc subscripta est:*

Me donavit Almanorum aut Theutonicorum dignissime nationi nobilis ac generosus vir dominus Iohannes de Diepholt artium magister et utriusque iuris doctor, Aldensalensis, Amersfordensis ac Davantriensis ecclesiarum canonicus<sup>b</sup> ac eiusdem ecclesie Davantriensis scolasticus et utriusque universitatis dominorum iuristarum studii Bononiensis rector, anno<sup>\*\*</sup> septuagesimo sexto, die XII. mensis Maii 1476.

35 *In ima pagina insignia Iohannis de Diepholt picta sunt.*

\* 1476.

fol. 118v.

Iesus Maria.

40 Anno Domini millesimo quadingentesimo septuagesimo sexto, die epyphanie Domini, qua congregati fuere legitime in ecclesia Sancti Fridiani extra portam Sancti Mamme scholares omnes dignissime Alemanorum

\* Nota, res sacras esse nationis ut etiam videtur partim de anno 1411.<sup>2</sup> *al. m.*<sup>\*\*</sup> 14 alia manu et nigro colore suprascriptum est.<sup>a</sup> sic. <sup>b</sup> canonicus A. Verba sequentia — scolasticus subus addita sunt.

45

45

<sup>1</sup>) Sequitur inventarium. Cf. Instrumenta ad annum 1475.<sup>2</sup>) Cf. pag. 163.



nationis studio iuris canonici et civilis in universitate Bononie diligentius insistentes, electi fuerunt concorditer in eiusdem nationis procuratores viri vite approbate dominus Theodoricus Persin de Amsterdams de Hollandia iuris utriusque scholaris et dominus Iohannes Müller de Rastetten arcium magister Parisiensis scholaris iuris canonici necnon ecclesie Tanbachensis Argentinensis diocesis vicarius perpetuus, qui, iuramento iuxta 5 dicte nationis statuti tenorem prestito, una omnium voce sunt procuratores approbati, procurationis onus 5 voluntate propensissima suscipientes.

- Receperunt autem dicti domini modo qui premit-  
titur electi a dominis procuratoribus anni supe-  
rioris domino Iohanne Berlin de Dinckelspuhel  
10 iuris utriusque scholare et domino Paulo de  
Amersoyen de Hattem universitatis Bononiensis  
pro tunc sindaco tres libras Bononienses XVIII  
Bologninos et IIII quadrinos una cum rebus  
omnibus in inventario per eos confecto descriptis.
- 15 A nobili ac generoso viro domino Bohuslao de Has-  
sensteyn barone de Boemia I ducatum.  
A nobili ac generoso viro domino Iohanne de Brandis  
barone ecclesiarum Argentinensis et Curiensis ca-  
nonico suoque pedagogo domino Cristiano Dietegen  
20 de Chur X grossos Bononienses, quorum quilibet  
XIII valuit quadrinos.  
A nobili viro domino Eggeharo de Wenden Hildens-  
heimensi canonico\* XVI solidos Bononienses.  
A magistro Iohanne Hugx de Sancto Gallo VII so-  
25 lidos.  
A magistro Nicolao Franck de Maguncia XIII solidos.  
A domino Volperto Volperti de Franckfordia XIII so-  
lidos.  
A domino Mathia Grünhover de Marona VII grossos  
30 Bononienses.
- A domino Cristiano Winckler XIII solidos Bon.  
A domino Iohanne de maiore Bohemia\* IIII grossos Bon.  
A domino Iohanne de maiore Bohemia<sup>b</sup> III grossos  
Bononienses et I Senensem\*\*.
- 10 A domino Iacobo Weltsseer<sup>c</sup> de Weltsseern X solidos.  
A magistro Iacobo de Hagis XII solidos.  
A domino Andrea Bothstover<sup>d</sup> XIII solidos.  
A magistro Heinricho Caleker VIII solidos.  
A domino Iohanne Knofloch IIII grossos Bononienses. 15  
A magistro Sifrido Ziegler de Ertfordia XIII solidos.  
A domino Arnaldo Seghenberg de Grippenswaldis  
IIII grossos Bononienses.  
A domino Iohanne Brugk de Wismaria X solidos.  
Summa: XVI libre XIII solidi IIII quadrini. 20
- Exposuerunt V libras XIII Bologninos et II qua-  
drinos pro cereis in festo purificationis beate  
Virginis.  
Item II libras domino Ambrosio capellano nationis. 25  
Item VI quadrinos pro incenso.  
Item II quadrinos baiulo cereos ad ecclesiam nationis  
deferenti.  
Item IX quadrinos pro lampade.  
Item VII quadrinos pro oleo. 30

Anno quo supra, die vero dominico proxime sequenti festum apostolorum Philippi et Iacobi<sup>1</sup>, con-  
vocata legitime natione Alemanorum in ecclesia Sancti Fridiani, inter cetera super tali consulebantur arti-  
culo omnes dicte nationis scholares, utrum Franciscus Caravite pro tunc nostre nationis bidellus provisione,  
quam pro suo salario donata habuerat atque dicto bidellatus officio videretur esse privandus, tum quod  
35 se in certis actibus nostre nationi et presertim nobili ac generoso viro domino Iohanni Diepholt pro tunc 35  
utriusque universitatis Bononiensis rectori dignissimo, nostre nationis membro precipuo, ingratum prestiterit,  
tum quod, omnibus aut maiori parte\* dominorum, quorum bidellus extitit, ad mandatum procuratorum legi-  
time convenientibus, ipse vel non vel minus sollicito in peragendis rebus apparuit; in cuius decisione articuli  
omnes atque singuli nostre nationis domini propter supradictas causas in hanc concordem devenere senten-  
40 ciam, ut una omnium voce dictis bidellatus officio necnon possessione, cuius fruebatur comodo\*, preno- 40  
fol. 119. minatus privaretur Franciscus. Super qua privacione rogatus notarius publicum fecit instrumentum. \* Pro  
cuius instrumenti confectione et triplici scripcione necnon IIII protestationibus ab eodem scriptis XX solidi  
sunt expositi.

45 \* postea preposito ecclesie Sancte Crucis eiusdem dyocesis *al. m.* \*\* qui in computo X quadrinis est estimatus *al. m.* 45

<sup>a</sup> emendatum ex minore Bolonia; *ita B.* <sup>b</sup> Bolonia *B.* <sup>c</sup> Weltsseer *B.* <sup>d</sup> Bothstower *B.* <sup>e</sup> *sic.*

<sup>1</sup> quinto die Maii.



Item III quadrinos nuncio deferenti protestationem unam Caravite.

Item III quadrinos alteri nuncio ferenti protestationem colono.

Item III grossos Bononienses advocato replicam ad responsionem Caravite conficienti.

Item II solidos notario replicam illam scribenti.

Summa expositorum: IX libre VII solidi V quadrini.

5 Anno quo supra, die vero XIX. mensis Maii, convocata legitime in ecclesia Sancti Fridiani natione 5 supradicta, tres sunt in medium deducti articuli. Primus erat super recepte impenseque ratione cognoscenda; secundus de subrogatione alicuius in locum domini procuratoris Theodorici Persin de Amsterdams de Hollandia in utriusque iuris doctorem promoti, patriam repetentis; tertius super electione alicuius in bidellum nostre nationis.

10 Quoad primum volebant dicti domini procuratores, ut (quoniam alter eorum brevi discederet) 10 omnium, que per ambos gesta fuerant, ratio cognita foret. In quo ipsis est ab omnibus adstipulatum; unde diligenti calculo, modo premissis, recepta impensa collatis et a recepta subtractis impensis, superfuerunt ex omnibus dicte nationis pecuniis duo ducati in auro cum XXXII solidis Bononiensibus in moneta currenti, que quidem pecunia cum hac ipsa nostre nationis matricula instrumentisque diversis in communem eiusdem 15 nationis archam iuxta statuti tenorem fuere deposite atque in domum procuratoris antiquioris delate. — 15 Quod ad secundum attinet, subrogatus est, omnibus aut parte maiori nostre nationis concordante, in locum prefati domini Theodorici procuratoris dominus Paulus de Amersoyen de Hattem universitatis Bononiensis pro tunc syndicus, qui subrogationi de se facte consentiens, iuxta statutorum formam prestito iuramento procuratoris assumpsit officium. — Quoad tertium electus est ad bidellatus officium exequendum vir admodum 20 honestus Henricus Sunder-Angst de Amsterdams, ea condicione, ut, quotienscunque notarius negociis nostre 20 nationis interesse debuerit, prenomiatus Henricus expensis suis ipsum induceret, intuitu cuius id, quod in instrumento super hoc per notarium publicum confecto est expressum, consequi debet.

Receperunt dicti domini procuratores post habitam supradictam rationem infrascriptam pecuniam:

25 A magistro Paulo Newman de Cametz<sup>a</sup> diocesis Misenensis capellano capelle assumptionis beate Marie virginis in Riwliduarum diocesis Auguensis regni Ungarie atque a domino Cristoforo Hufnagel<sup>b</sup> Montonista Riwliduarum I ducatum Ungarum.

30 A domino Henrico Danhof de Livonia canonico Tarbatensi<sup>c</sup> XIII solidos.

A domino Iohanne Broeckel de Livonia XIII solidos.

A domino Adriano Rick canonico ecclesie Monasteriensis VII grossos Bononienses minores.

35 A domino Reynero Borman provincie Leodiensis XIII solidos.

A domino Hermanno de Clivis XI solidos.

A magistro Arnolde Boot de Dordraci XIII solidos.

40 A domino Iohanne Valkner de Udem de ducatu Clivensi III grossos Bononienses minores.

Item XXV solidos poenarum.

A domino Nicolao Obendruff de Wormacia<sup>d</sup> ecclesie Sancti Ciriaci canonico VI grossos.

45 Item V libras ex banche illorum de Velesinis, quas procuratores noviter electi dominus Egkardus et dominus Christianus receperunt ex commissione nostra, de quibus in anno suo reddent rationem.

Exposuerunt autem III solidos et III quadrinos nuncio protestationem deferenti colono tunc decem miliariis a Bononia elongato. 25

Item I solidum baiulo archam nationis in domum procuratoris senioris deportanti.

Item III solidos pro clavibus eiusdem archae.

Item VII solidos pro renovandis candelis in festo penthecostes. 30

Item in die animarum VIII solidos pro candelis.

\* Item I solidum pro incenso in die sanctorum fol. 119 v. omnium.

Item XXXVIII solidos et III quadrinos pro duobus dupleriis et III candelis in die epiphanie. 35

Item pro collatione diei epiphanie tres libras solidos XVII pro confectionibus.

Item pro vino Cretensi XXXV solidos.

Item pro medio corbe vini X solidos.

Item pro vini latione in nacionem XIII quadrinos. 40

Item pro celdonibus VIII solidos et V quadrinos.

Item pro bucalibus et pickeriis VIII solidos.

Item pro locatione mapparum VIII solidos III quadrinos.

Item pro locacione flasce II quadrinos. 45

Item pro lignis III solidos et II quadrinos.

Item baiulis vitrorum et confectionibus V quadrinos.

<sup>a</sup> Cametz B.

<sup>b</sup> Hufnagel B.

<sup>c</sup> emend. ex Revaliensi A; Tarbattensis B.

<sup>d</sup> Vormatia B.



fol. 120r.

1477.

Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, die epyphanie, congregata nacione  
5 dominorum Alamanorum in ecclesia Sancti Fridiani extra portam Santi Mamme in loco consueto, concorditer 5  
et nemine discrepante elegerunt honorabiles viros dominum Eggehardum de Wenden\* Hildensheimensem  
canonicum et dominum Cristianum Pedigk de Kempnicz Pragensis diocesis in procuratores dicte nacionis,  
qui onus procuracionis in se susceperunt et in forma solita iuramenta nacioni prestiterunt.

Receperunt primo a dominis procuratoribus anni  
10 superioris libras quinque solidos quindecim et  
quadringentos tres.

Ex banco illorum de Filziniis libras V.

A domino Gherardo Ondewatern\* Traiectensis diocesis  
solidos XVIII.

15 A domino Stephano de Rumelaer Traiectensis diocesis  
solidos XVIII.

A domino Georgio Heess<sup>b</sup> plebano ecclesie Wermesch<sup>c</sup>  
in Ungaria grossos quatuordecim, qui valuerunt soli-  
dos XXX denarios 2.

fol. 120v. 20 A domino Iohanne Henick de Gronyngen<sup>d</sup> V grossos.

A domino Hermanno Tenbrock<sup>e</sup> Stremoder V grossos.

A domino Henrico Møser<sup>f</sup> de Thurego III grossos.

A domino Volrado de Etdorp<sup>g</sup> caonico Misnensi  
6 grossos.

25 A domino Everhardo Hubbeldingk de Frisia 6 grossos.

A domino Iohanne Tenbrueck de Frisia 6 grossos.

A domino Lamberto Huisinck<sup>h</sup> de Frisia de Groningen  
6 grossos.

30

Exposuerunt in die purificationis beate Virginis  
pro cereis libras V solidos VIII. 10

Item domino Ambrosio capellano nacionis II libras.

Item die qua antiqui procuratores fecerunt racionem  
sacerdoti qui dixit missam 1 grossum.

Item pro lignis combustis circa rationem 4 quatrinos.

Item baiulo archam nacionis deportanti in domum 15  
senioris procuratoris 1 solidum.

Item pro ramis in die palmarum 1 solidum.

Item pro cereis super altare 6 solidos.

Item pro thure 1 solidum.

Item pro cartha ad unum instrumentum 8 quatrinos. 20

Item pro una libra candelarum in exequiis domini  
Hermanni Tenbrock 6 solidos.

Item pro una libra candelarum in exequiis domini  
Henrici Calkers 6 solidos.

Facto computo de omnibus perceptis et expositis, 25  
supradicti domini procuratores remanserunt debi-  
tores nacioni in novem libris Bolendinorum minus  
uno solido, quam pecuniam tradiderunt infrascriptis  
procuratoribus.

30

1477.

Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, die sexta decima mensis Octobris,  
inclita nacione dominorum Alamanorum legitime congregata in ecclesia Sancti Fridiani, proposuit dominus  
35 Eggehardus sese absentaturum a civitate Bononiensi animo non redeundi infra tempus in statutis expressum, 35  
quapropter in locum eius quoad procuracionis officium surrogatus fuit honorabilis vir dominus Sifridus Ziegler  
de Erfordia arcium liberalium magister, qui hoc onus in se suscepit et iuxta formam statutorum solitum  
prestavit iuramentum; qui una cum domino Cristiano procuratore infrascriptas receperunt pecunias:

A reverendo patre ac generoso comite domino An-  
40 tonio de Bergis abbate montis Sancte Marie<sup>\*\*\*</sup>  
unum ducatum valentem LVIII solidos.

A nobili ac generoso domino Petro de Rosis barone  
de Bohemia unum ducatum Veneciarum.

A nobili ac prestantissimo viro domino Caspare de  
Bappenheim<sup>†</sup> sacri Romani imperii marschschalko 40  
canonico ecclesie Eystitensis unum florenum, qui  
valuit quadraginta solidos.

A domino Laurentio de Bybra<sup>\*\*\*k</sup>.

\* prepositum ecclesie S. Crucis ac *al. m.*

45 *al. m.* \*\* postmodum effectus est abbas Sancti Trudonis Leodiensis dio-  
cesis *al. m.* \*\*\* postea factus episcopus Erbyopolensis anno XCV<sup>o</sup> in Franconia. Et ego Sebastianus de Rotenhan 45  
Franconicus procurator ad eum scripsi nomine nacionis *al. m.*

<sup>a</sup> Ondewartern *B.* <sup>b</sup> Thess *B.* <sup>c</sup> in W. *B.* <sup>d</sup> Gnyngen *B.* <sup>e</sup> Tenbrock *B.* <sup>f</sup> Moser  
<sup>g</sup> Etdorf *B.* <sup>h</sup> Huisinck *B.* <sup>i</sup> Pappenheim *B.* <sup>k</sup> Bibra *B.*

<sup>†</sup> Mitra cum baculo in margine adpicta est. <sup>‡</sup> Laurentius a Bibra, episcopus Herbipolensis, 1495, Mai. 12 — 1519, 50  
50 Febr. 6. Mitra, baculus episcopalis et insignia ducatus Franconie adpicta sunt.



- A domino Caspare Weygel de Brega Wratislaviensis diocesis XIII solidos.      Exposuerunt in die animarum pro candelis IX solidos.
- A domino Volfardo de Groningen<sup>a</sup> XIII solidos.      Item pro thure I solidum.
- A domino Arnolfo de Davandria<sup>b</sup> XIII solidos.      Item locatori aulearum conductarum ad ornandam ecclesiam in die sancte Katherine 6 solidos.      5
- 5 A domino Iohanne Wespach de Memmyngen<sup>c</sup> XIII solidos.      Item in die sancti Nicolai pro cereis VI solidos.
- A domino Iohanne Reidner<sup>d</sup> decretorum doctore VII solidos.      Item pro pensione aulearum ad diem epiphanie VI solidos.
- A domino Wenzeslao Hayder de Budweys Pragensis diocesis.      Item pro vino muscatello XXVIII solidos 2 denarios.      10
- 10 A domino Iohanne Fetter de Cadana Pragensis diocesis IX solidos.      Item pro vino Cretensi XXV solidos.
- A domino Nicolao Weyss<sup>e</sup> de Budweys Pragensis diocesis 4 grossos.      Item pro confeccionibus V libras 1 solidum.
- A domino Eggehardo in recessu suo X solidos, quos de suo donavit nationi.      Item pro celdonibus III grossos.
- 15 Item a prefato domino Eggehardo ratione sui officii novem libras minus uno solido, quas nomine nationis tempore sui officii susceperat.      Item pro vitris VIII solidos 4 denarios.
- Item baiulo qui singula portavit ad collacionem pertinencia V solidos.      15
- Item pro lignis in collacione combustis 1 grossum.

20

1478.

20

fol. 121r.

Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, mensis Ianuarii die sexta, nobilibus ac egregiis dominis scholaribus dignissime Alamanorum nationis in ecclesia Sancti Phridiani extra portam Sancti Mamme legitime congregatis, studio iuris pontificii vel civilis in universitate Bononiensi ferventius insistentibus, electi fuerunt unanimiter in eiusdem nationis procuratores circumscripti viri dominus Vitus Maller de Memmynghen<sup>f</sup> artium doctor ac utriusque iuris scholaris necnon dominus Stephanus Rumelayr<sup>g</sup> artium magister Parisiensis legum scholaris Bononiensis; qui, iuramento iuxta formam statutorum prestito, onus dicte procuracionis in se assumpserunt.

- 30 Receperunt in primis a dominis procuratoribus anni precedentis libras decem.      A domino Gerardo de Myda de Hollandia<sup>h</sup> XIII solidos.      30
- Item ab hiis de Filisinis ultima Ianuarii libras quinque.      A Nycholao Chosenstin de Franconia<sup>m</sup> X solidos et II quadrinos.
- A domino Gerardo Penthier canonico ecclesie Sancti Pauli Leodiensis XIII solidos.      Item pro pena exacta a domino Laurencio non comparente in missa V solidos.      35
- 35 A domino Michaelae Blaeurock<sup>n</sup> canonico Pragensi XXXVII solidos.      Item a magistro Mathia de Brielis II grossos.
- A domino Reginaldo canonico Upsalensi XIII solidos.      Item a Bernardino Mosar Turecensis<sup>o</sup> diocesis III grossos.
- A domino Leonardo de Eglolfsteyn<sup>i</sup> Bambergensi<sup>\*\*</sup> XXII solidos.      Item a domino Iacobo Piin de Delft<sup>o</sup> Traiectensis diocesis<sup>\*\*\*\*</sup> XII Bolendinos.      40
- 40 A domino Bernardo Roer de Marchia Brandenburgensi<sup>\*\*\*</sup> XIII solidos.      Item a domino Iohanne Ofhuys<sup>o</sup> Cameracensis diocesis XII Bollendinos.
- A domino Arnolfo officiali episcopi Heydelbergensi<sup>k</sup> XIII solidos.

45 \* postea factus prepositus Sancti Iohannis et decanus Sancti Petri Traiectensis *al. m.*      \*\* Arcium ac utriusque iuris doctore canonico *al. m.*      \*\*\* Havelbergensis diocesis *al. m.*      \*\*\*\* pater domini procuratoris anno 1520. *al. m.*  
*Wilb. de Piau ao. 1518 procurator est.*

<sup>a</sup> Gningen B.      <sup>b</sup> Davandria B.      <sup>c</sup> Memmingen B.      <sup>d</sup> Riedner B.      <sup>e</sup> Weys B.      <sup>f</sup> Maller de Memmingen B.      <sup>g</sup> Rumelaer B.      <sup>h</sup> Blaeurock B.      <sup>i</sup> Eglolsteim B.      <sup>k</sup> Offer de Heydelberg B.      <sup>l</sup> de Hollau B.      <sup>m</sup> Nomina non satis apparent A; desunt B.      <sup>n</sup> Traiectensis B.      <sup>o</sup> Piin de Delft B.      <sup>p</sup> Ofhuys B. 50



Anno quo supra, III<sup>a</sup>. Decembris, prefato domino Vito procuratore in facie nacionis computum red-  
dente pecunie restantis, in manus domini Stephani antedicti et domini Venceslai tunc surrogati deposuit  
libras octo Bollendinos sex quadrimos XI; post eius tamen recessum prefati domini Stephanus et Venceslaus  
eas pecunias receperunt a dominis scholaribus, videlicet Gerardo de Myda, Bernardino Mosar, Iacobo Piin  
de Delft et Iohanne Ofhuys, que pretacte sunt. 5

<p>Exposuerunt antedicti procuratores: In die epiphanie pro portitore deferente singula III Bolendinos et pro lignis I grossum, pro bickeris quinque solidos, 10 pro locatione lagenarum I grossum. Item pro vino Cretensi XXXVI Bolonenos,</p>	<p>pro vino dulci XII Bolendinos. Item pro confectionibus III Bolendinos. Item pro celdonibus III grossos et II quadrimos. Item pro portitore deferente quedam vasa in locum nacionis III quadrimos. 10</p>
---	---

## 1479.

15 Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, die sexta mensis Ianuarii, scholaribus  
omnibus dignissime atque inclite nationis dominorum Theotonicorum studio iuris pontificii vel caesarei in  
universitate Bononiensi diligentius insistentibus in ecclesia Sancti Fridiani extra portam Sancti Mamme le-  
gitime congregatis, electi fuerunt in eiusdem nationis procuratores concorditer et nemine discrepante hono-  
rabiles viri dominus Arnoldus Boot Dordracensis arcium magister sacre theologie baccalarius et utriusque 20  
iuris scholaris et dominus Iohannes . . . .<sup>a</sup> iesnensis diocesis clericus; qui, iuramento iuxta formam statu-  
torum diete nationis prestito, onus procuracionis susceperunt.

<p>Receperunt autem dicti domini procuratores a do- minis procuratoribus anni superioris unum flore- num Renensem III grossos et X quadrimos una 25 cum rebus omnibus in inventario anno septua- gesimo septimo confecto descriptis. Item quinque libras a Filizinis ultima Ianuarii. A domino Iohanne Wesop canonico regulari sex 30 grossos. A domino Iohanne de Galen clerico Coloniensis dio- cesis canonico Padeburnensi<sup>b</sup> V grossos et II car- linos. fol. 121 v. A domino Florentio Bevelant<sup>c</sup> Traiectensi III grossos. 35 A domino Mathia Brieleni III grossos. A domino Iohanne Ioerger Thurecensi Constantiensis diocesis III grossos. A domino Henrico Grebel Thurecensi Constantiensis diocesis III grossos.<sup>e</sup> 40 A domino Iohanne Schoenman de Hattinghen<sup>d</sup> Con- stanciensis diocesis III grossos.</p>	<p>A domino Udelrico Beabelhem<sup>e</sup> de Scopffen<sup>f</sup> Con- stanciensis diocesis paupere II grossos. A domino Iacobo Haerlemensi XIII solidos. 25 A domino Rutghero Dobben Coloniensis diocesis III grossos. A domino Iohanne Schewerlegn<sup>g</sup> canonico ecclesie cathedralis Wratislaviensis VI grossos. A domino Bertoldo Graeu<sup>h</sup> Norenbergensi VI grossos. 30 A domino Michaeli Davantriensi III grossos. Summa: Exposuerunt in festo purificationis beate Virginis pro cereis libras III et solidos XVIII. Item eadem die domino Ambrosio capellano diete na- 35 tionis libras II. Item pro dupleriis solidos X. Item baiulo archam nacionis in domum senioris pro- curatoris deportanti solidum I. Item pro incenso<sup>i</sup> solidum I. 40 Item pro palmis in dominica palmarum quadrimos III.</p>
---	--

Anno quo supra, octava die mensis Septembris, inclita natione dominorum Teotonicorum in ecclesia  
Sancti Fridiani legitime congregata, proposuit dominus Iohannes de Franconia<sup>2</sup>, brevi sese discessurum a civitate

\* canonicus Thuricensis Constantiensis diocesis *al. w.*

<sup>a</sup> Ioh. Nensens, Nessensis dioc. B.      <sup>b</sup> Padeburgensis B.      <sup>c</sup> Bevelandt B.      <sup>d</sup> Hattingen B.  
<sup>e</sup> Beabelhem A; Belhem B.      <sup>f</sup> Scopffen A; Scopssen B.      <sup>g</sup> Schewlegn B.      <sup>h</sup> Graeum B.      <sup>i</sup> sic.

<sup>1</sup> Nomen humiditate deletum est.

<sup>2</sup> In littera haud perspicue scriptum.



Bononiensi animo non redeundi infra tempus a statutis expressum, quapropter in eius locum quoad procuracionis officium subrogatus fuit honorabilis vir dominus Georgius [T]heess plebanus ecclesie Werme[sch] in [Un]garia\*; qui, hoc onere in se suscepto et iuxta formam statutorum sacramento prestito, una cum domino Arnaldo procuratore supradicto\* infrascriptas pecunias recepit.

- |    |   |  |    |
|----|---|--|----|
| 5  | A domino Frederico Bussener cive Argentinensi VIII grossos.   | Item pro vino Cretensi solidos XXIII.  | 5  |
|    | A domino Conrado Coebrinck <sup>b</sup> canonico ecclesie Osnaburgensis VIII grossos.                                 | Item pro medio corbe vini dulcis solidos XIII et 4 quadrinos.  |    |
|    | A domino Theodrico de Bülow clerico Verdensis diocesis** <sup>1</sup> VIII grossos.                                   | Item pro vini lacione in nationem quadrinos VII.   |    |
| 10 | A domino Anselmo Blanc X grossos.   | Item pro celdonibus solidos V.   |    |
|    | A domino Iohanne Meier <sup>c</sup> de Turegho Constanciensis diocesis*** III grossos.                                | Item pro fialis et ciatis vitreis solidos VII.   | 10 |
|    | A domino Iohanne Scriptoris de Blututz Curiensis diocesis III grossos.  | Item pro locatione lagene quadrinos II.  |    |
| 15 | A domino Iohanne Beerstraten VI grossos.  | Item pro lignis solidos III.   |    |
|    | Exposuerunt autem antedicti procuratores pro collocatione diei epyphanie in confectionibus III libras et XVI solidos. | Item baiulis poculorum et confectionum I grossum.  |    |
| 20 |   | Item habita diligenti ratione recepte impenseque supradictarum omnium, remanserunt dicti domini procuratores obligati nationi supradicte in quinque libris Bononiensibus sex Bolendinis quadrinis III, quam pecuniam tradiderunt procuratoribus infrascriptis. | 15 |

1480.

fol. 122r.

25 Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, die sexta mensis Ianuarii, scholaribus omnibus dignissime atque inclite nacionis dominorum Theutonicorum studii iuris pontificii vel cesarei in universitate Bononiensi diligentius insistentibus in ecclesia Sancti Fridriani extra portam Sancti Mamme legitime congregatis, electi fuerunt in eiusdem nacionis procuratores concorditer et nemine discrepante honorabiles circumspectique viri dominus Georius<sup>d</sup> Thetze de Agaria\* et dominus Bernhardus Rör<sup>e</sup> de Marchia Brandenburgensi Havelbergensis diocesis; qui, iuramento iuxta formam statutorum [prestito<sup>e</sup>], onus procuracionis 30 susceperunt.

- |    |  |  |    |
|----|--|--|----|
|    | Receperunt autem dicti procuratores a dominis procuratoribus anni superioris quinque libras sex solidos et quatuor quadrinos.          | Item a domino Iohanne Dobben <sup>f</sup> scholastico ecclesie Hildensemensis X grossos.     |    |
| 35 | Item quinque libras a Filiziniis ultima Ianuarii.  | Item a domino Baltezario Degen Curiensis diocesis III grossos.                               | 35 |
|    | Item a domino Iohanne Thun <sup>g</sup> <sup>h</sup> <sup>i</sup> plebano ecclesie Sancti Petri opidi Rostock <sup>i</sup> VI grossos. | Item a domino Iohanne de Herenoffen <sup>m</sup> Austensis <sup>n</sup> diocesis VI grossos. |    |
‡ Christ. a Stadion, episcopus Augustensis, a 1517 Mai. 14 — 1543, Apr. 15. Mitra in margine picta est.      † Sequi-  
50 tur folium 143, quo ratio anni 1498. — quam folio 144. iterum invenimus — scripta sed deleta fuit.      50



\* 1498.

fol. 144r.

Anno Domini 1498, indictione prima, sexta die mensis Ianuarii, pontificatus sanctissimi in Cristo patri[s] et domini nostri domini Alexandri pape sexti, illustrissimo ac serenissimo domino Maximiliano monarchiam sacratissimi inperii Romani gubernante, inclita natione dominorum scholasticorum Theotonicorum in utroque iure Bononie studencium in ecclesia Sancti Fridiani extra portam Sancti Mamme, ut de consuetudine fieri solet, convocata et congregata, rite eligerunt et legitime in eiusdem nationis prefectos seu procuratores nobiles viros dominum Iodocum de Aufses<sup>a</sup> canonicum Bambergensem<sup>b</sup> et dominum Bussonem de Alvensleve Havelbergensis<sup>c</sup> diocesis; qui, iuxta statutorum formam prestito iuramento, onus procuracionis in se susceperunt.

## Recepta:

- |  |   |                                 |
|--|---|---------------------------------|
| <p>A predecessoribus<sup>d</sup> nostris libras XXXII Bologninos II.<sup>1</sup><br/>Item ex banco Felixinorum libras V.<br/>15 1498. Accepta ex cista a scholasticis pro pena:<br/>In die palmarum Bologninos XII,<br/>Die sancta Iovis Bologninos VIII quadrum I,<br/>Die pascali Bologninos V quadrum V,<br/>Penticostes<sup>d</sup> Bologninos II,<br/>20 Die omnium sanctorum Bologninos X quadrum III,<br/>Die animarum Bologninum I,<br/>Die sancte Katerine Bologninos III,<br/>Die nativitatis Christi Bologninos IX.<br/>A domino Andrea Krantal<sup>e</sup> canonico<sup>f</sup> Arngaviensi<sup>g</sup><br/>25 diocesis Herbipolensis Bologninos XX.<br/>A domino Gelmaro Gelmari<sup>h</sup> Davantriensi diocesis<br/>Traiectensis Bologninos XII.<br/>A domino Paulo Götze Brandeborgensis diocesis<sup>o</sup> Bologninos XVI.<br/>30 A domino Eggerdo Krantz canonico<sup>i</sup> ecclesie beate<br/>Marie Halverstatensis<sup>l</sup> Bologninos XXIII.<br/>A domino Hermanno Langenbecke Bremensis diocesis<br/>Bologninos XXIII.<br/>A nobili domino Alberto Rotzenhusen<sup>k</sup> in Stein Argentinensis diocesis Bologninos XVI.<br/>35 A nobili domino Bussoni de Bertensleve Halverstedensis<sup>l</sup> diocesis Bologninos XXXIII.<br/>A domino Magno Schöllenbergk<sup>m</sup> iuris licenciato canonico Frisingensi Bologninos XXIII.<br/>40</p> | <p>A domino Iohanne Rechburger de Klygeno<sup>n</sup> canonico in Werd<br/>A domino Baltasaro Mercklin canonico Sancti Symonis Treveri<sup>o, 2</sup><br/>A magistro Iohanne Gungen<sup>o</sup> de Herbeltzheim<br/>A venerabili ac nobili viro et domino Georio de Wedberck<sup>p</sup> preposito Osiliensi in Liflandia<sup>q</sup> Bologninos XXIII.<br/>A nobili viro Hermano Feylesch<sup>r</sup> Bombergensis<sup>d</sup> diocesis Bologninos XVI.<br/>A nobili domino Gotschalco de Anevelde thesaurario et canonico Slesvicensi<sup>o, 2</sup> Bologninos XXXIII.<br/>A nobili domino Erasmo Putkummer<sup>d</sup> archidiacono Pirtzensi in ecclesia Caminensi Bologninos XXXIII.<br/>A nobili domino Theoderico de Thungenn canonico apud Sanctum Berhardum extra muros Herbipolenses<sup>o, 2</sup> Bologninos XXXII.<br/>A nobili domino Ernfrido de Selenigk canonico Herbipolensi Bologninos XXIII.<br/>Ab honorabili viro domino Georio Mesch<sup>t</sup> Liptzensi<sup>u</sup> plebano in Schantz Misnensis diocesis Bologninos XI.<br/>A domino Iohanne Wolf Argentinensis diocesis Bologninos XVI.<br/>A nobili domino Laurencio de Stain canonico<sup>f</sup> in Wissenstaig<sup>v</sup> Bologninos XVI.<br/>A nobili domino Ulrico Sack de Geilstorff Nubergensis<sup>w</sup> diocesis Bologninos XXIII.<br/>40</p> | <p>Bologninos 15<br/>XXXII.</p> |
|--|---|---------------------------------|

\* Obiit anno Domini 1499. non sine maxima studiorum iactura *al. m.* \*\* Nunc episcopus Hildesemensis et Basiliensis ac vicecancellarius imperii; obiit anno 1530. cum imperatore in Germaniam proficiscens *aliis moribus.* \*\*\* Episcopus Slesvicensis *al. m.* \*\*\*\* qui obiit Romae anno 1507., cuius anima requiescat in pace *al. m.*

<p>45 nico A. stat. B. r fol. 143. de Feyltsch; deest B. staig B.</p>	<p>a Aufses B. u Arngau B. m Scollenberg B. w Naumberg. B.</p>	<p>b Bomberg. A. h Gelmarus B. n Klygevo B. s Slenicensis B.</p>	<p>c Havelburg. B. i Haverstatensis B. o Gung B. t fol. 143. Metsch; Mosth B.</p>	<p>d sic. k de Ratzenhusen B. p Wedberg B. u Lipsensis B.</p>	<p>e Crantal B. f cono- g Halver- h Iiflandia B. i Wisen-</p>
---	--	--	---	---	---

<sup>1</sup>) In ratione deleta folii 143: libras 29. <sup>2</sup>) Balthasar Mercklin, episcopus Hildesemensis 1527—1530. Mitra in 50 margine picta est. <sup>3</sup>) Gotschalco ab Ahlefeldt episcopus Slesvicensis 1507—1541. Mitra cum baculo in margine picta est. 50



- A domino Georio Witzenhusen de Gottingen Maguntinensis diocesis Bologninos XXIII.
- A domino Berhardo Wurmesser<sup>a</sup> Argentinensis diocesis Bologninos XXXIII.
- 5 A domino Cristophoro Schewell Unbergensi<sup>b</sup> Bombergensis diocesis Bologninos XXIII.
- A domino Wilhelmo Richenbach de Friburga Constantinensis diocesis Bologninos XXIII.
- A domino Sebastiano Holholting<sup>c</sup> Pataviensis diocesis Bologninos XXXII.
- 10 A nobili domino Theoderico de Thewiss Misnensis diocesis Bologninos XXIII.
- A domino Henningo Lotze Caminensis diocesis<sup>d</sup> Bologninos XXIII.
- 15 A nobili viro domino Iohanni Plawnicz in Wissenburgk diocesis Nuburgensis<sup>e</sup> unum florenum Renensem.
- A nobili viro domino Iorio Trautenberck<sup>f</sup> in Reuth diocesis Roteponensis<sup>g</sup> XXIII Bologninos.
- A nobili viro domino Nicolao de Feylisch diocesis Bombergensis<sup>h</sup> Bologninos XXIII.
- 20 A domino Philippo de Winckedal<sup>b</sup> diocesis Spirensis Bologninos XXV.
- A domino Andrea Kopternick diocesis . . . . .<sup>i</sup> Bologninos XXXII.
- 25 Erogata pro nacione:  
In die purificationis beate Marie virginis pro dopleriis et quatuor candelis super altare reliquisque cereis inter scholasticos et eorundem servitores distributis libras IX Bologninos XIII quadrinos III.
- 30 Item III Bologninos pro candelis banchario de Fellisinis.
- fol. 145r. Stefano Lappo pro sculptura sigilli nationis XXXII Bologninos.
- 35
- Dominica palmarum pro palmis I grossetum.  
Pro reformatione banche XIII Bologninos.  
In exequiis Iohannis Holthusen pro candelis Bologninos VI.  
Capellano nostro XXXX Bologninos. 5  
Sartori X Bologninos.  
Pro candelis in die omnium sanctorum, animarum, et exequiis Theodorici N. Bologninos XV et X quadrinos.  
In die trium regum doctoribus ad offerendum Bologninos VI.  
Eadem die V libras et VIII Bologninos pro confectionibus, pro vino Cretico Bologninos XXXII,  
pro ciatis Bologninos VI,  
fackinis Bologninos II, 15  
pro incenso X quadrinos.  
Summa omnium expositorum: libre XXIII Bolognini XIII.
- Facto itaque calculo administracionis nostre in presencia venerabilium virorum Erhardi Truchses, Iohannis de Thumen, Alberti de Rechberck, Nicolai de Dacia, sindicorum ad hoc electorum, remansimus ultra summam erogatam debitores nacioni in LXIII libris XII Bologninis et IIII quadrinis, quas in presencia prefatorum sindicorum conspectu numeravimus, tradidimus et assignavimus nostris successoribus ad manus eorum proprias die XXIII Ianuarii anno Domini 1499.
- Recepi ego Theodericus de Schulenborch LXIII libras et Bologninos XII et IIII quadrinos a dominis procuratoribus, quas in usum nacionis converti, ut infraracione<sup>l</sup> nostra lacius patebit, in cuius rei fidem hoc manu scripsi etc.

## 1499.

- Racio procuratorum inclite nationis Germanice domini Theodorici de Schulenborch et Marquardi de Stein canonici Augustensis. 40
- Anno Domini millesimo quadringentesimo<sup>k</sup> nonagesimo nono, indicione<sup>k</sup> [secunda<sup>l</sup>], sexta die mensis Ianuarii, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini nostri<sup>k</sup> domini Allexanderi<sup>k</sup> pape sexti, illustrissimo ac serenissimo domino Maximiliano monarchiam<sup>o</sup> sacratissimi imperii Romani gubernante, inclita nacione dominorum scholasticorum Theonicorum<sup>k</sup> in utroque iure Bononie studencium in ecclesia Sancti Fridiani
- 45
- \* Iohannes a Plauenitz in Weisenburg, rector. Qui hic rector fuit biennio; aliis manibus. \*\* Obiit hic die 10. Augusti anno 1500. *al. n.*
- <sup>a</sup> Wurmsen B. <sup>b</sup> Schwabel Nornbergensi B. <sup>c</sup> Holting B. <sup>d</sup> deest B. <sup>e</sup> Nurburg. B. <sup>f</sup> de Trautenberg B. <sup>g</sup> Ratisponensis B. <sup>h</sup> Winckedaw B. <sup>i</sup> nacione A. <sup>k</sup> sic. <sup>l</sup> deest A.
- 50 <sup>j</sup> Diocesis, ad quam Andreas Copernicus, Nicolai frater, pertinet, desideratur denominatio. 50



extra portam Sancti Mamme, ut de consuetudine fieri solet, convocata et congregata, rite eligerunt<sup>a</sup> et legitime venerabiles ac nobiles viros dominum Theodericum de Schulenborch<sup>b</sup> canonicum Stetinensem et dominum Marquadam<sup>a</sup> de Stein<sup>c</sup> canonicum Augustensem in procuratores; qui, iuxta statutorum formam prestito iuramento, onus procuracionis in se susceperunt.

- 5 Ex banco [de] Felisinis libras quinque.  
Recepimus a predecessoribus nostris libras sexaginta tres et Bologninos XII et quatrinos quatuor.  
Recepta a cistella scholasticorum pena:  
Epiphania Domini Bologninos 2.
- 10 In die palmarum Bologninos quinque.  
Iovis sancta Bologninos decem.  
Die pascatis Bologninos VII.  
Ultima Iulii octo Bologninos, quando dominus rector Ioannes Plunisser fieri fecit exequia domini Pauli
- 15 Gotz anno prout supra.  
Tercia Augusti Bologninum I.  
In die omnium sanctorum Bologninum I.  
In die animarum Bologninos IIII.  
In exequis<sup>a</sup> domini Ioanni Schickeprins Bologninos duos.
- 20 Magnificus dominus Christophorus dominus de Weymöll<sup>d</sup> prepositus Wissenradensis<sup>e</sup> dedit ducatum Ungaricum.  
A domino Hynrico Seidlitz Varatensis<sup>f</sup> diocesis, contribuit medium florenum.  
25 A domino Hieronymo Schutz Bambergensis diocesis, contribuit medium florenum.  
A domino Ioanne de Oldenssen Bremensis diocesis medium florenum.  
A domino Paulo Langen<sup>g</sup> de Augusta canonicus<sup>h</sup> Sancti Andre<sup>a</sup> diocesis Frisingensis medium florenum.  
30 A domino Marco Harder canonicus<sup>i</sup> Sancti Mauricii diocesis Augustensis medium florenum.  
A domino Ioachim Nessyn<sup>b</sup> Caminensis diocesis medium florenum.  
35 A domino Valentino Sunthusen diocesis Maguntinensis medium florenum.  
A domino Detlevo Langenbeke<sup>l</sup> Bremensis diocesis<sup>m</sup> medium florenum.  
A domino Sebastiano de Rotenhann<sup>n</sup> de Rentweinsdorf<sup>k</sup> diocesis Herbipolensis medium florenum.  
40 A domino Ioanne Ottra Maguntinensis diocesis medium florenum.
- A domino Philippo Alefelt<sup>1</sup> Maguntinensis diocesis 5 medium florenum.  
A domino Georgio Gros de Krockou<sup>m</sup> canonicus<sup>n</sup> Augustensis diocesis cum famulo I florenum Renensem.  
A domino Iohanne Misselbeke<sup>o</sup> diocesis Ratispanensis<sup>p</sup> dimidium florenum. fol. 146r. 10  
A domino Georgio Pesler patricio Norimbergensi<sup>q</sup> Bambergensis diocesis medium florenum.  
A domino Udalrico Schorer diocesis Constantinensis dimidium florenum.  
Dominus Michel Schonenbeke<sup>r</sup> Camminensis diocesis 15 decem Bologninos.  
Dominus Andreas de Zutphania Troiectensis<sup>s</sup> diocesis quartam.  
A domino Ioanne de Sommerfelt<sup>t</sup> Misnensis diocesis decem Bologninos. 20  
A domino Ioanne Blanckenfeldt<sup>u</sup> Brandenburgensis diocesis<sup>v</sup> medium ducatum.  
A nobili Ioanne Spar Brandenburgensis diocesis viginti quinque Bologninos.  
Vinandus Arnhem diocesis Troiectensis<sup>w</sup> dedit sedecim 25 Bologninos.  
Summarum omnium receptorum: libre centum et quatuordecim<sup>x</sup> Bolognini XVI quatrinum unum<sup>y</sup>.  
Erogata pro nacione: 30  
Item in die puerificacionis<sup>z</sup> beate Marie virginis pro dopleriis ante altare et quatuor candelis supra altare reliquisque cereis inter scholasticos ac eorundem<sup>aa</sup> servitores quindecim libras et solidos sex quadrantes tres. 35  
Item baiulatori quatrinum, qui portavit candelas ad domum meam.  
Item I quatrinum qui asportavit cistellam.  
Item novem quatrinos doctoribus ad offerendum.  
Item quinque Bologninos pro cera ad cistellam. 40  
Item I quatrinum pro ramis palmarum et II pro candelis.

<sup>a</sup> baro Weitmil, Wissegradiensis, ex illustri baronum regni Bohoemiae familia *al. m.* <sup>aa</sup> qui obiit Romae anno Domini 1510. Scriptor apostolicus, cuius anima pie requiescat *al. m.* <sup>bb</sup> obiit Bambergae anno 1531. *al. m.*

45 <sup>cc</sup> Iohannes Blanckenfeldt de Berlin episcopus Rigensis obiit nunc *al. m.* 45

<sup>a</sup> sic. <sup>b</sup> Schulenburg B. <sup>c</sup> Stain B. <sup>d</sup> Weitmil B. <sup>e</sup> Wissegradiensis B. <sup>f</sup> Vratislaviensis B.  
<sup>g</sup> Lang B. <sup>h</sup> Nesseyn B. <sup>i</sup> Langenbeck B. <sup>k</sup> Rotenhan de Rentweinsdorf B.  
<sup>l</sup> Alefelt B. <sup>m</sup> Gross de Krockan B. <sup>n</sup> Messelbecke B. <sup>o</sup> Noricus B. <sup>p</sup> Schonenbecke B.  
<sup>q</sup> Somersfeldt B. <sup>r</sup> Blanckenfeldt B. <sup>s</sup> quatuordecim A.

50 <sup>y</sup> Iohannes Blanckenfeldt, episcopus Revaliensis 1514, episc. Dorpatensis 1518, Jul. 29 — 1524, Mai. 3, archiepiscopus Rigensis 1524—1527, Sept. 9. Mitra in margine picta est.



- Item Iovis sancta II Bologninos candelis.  
 Item II Bologninos pro olio consumendo ob reveren-  
 ciam Domini nostri<sup>a</sup> Iesu Cristi.  
 Item quatuordecim Bologninos pro pelvi et ampulinis.  
 fol. 146<sup>v</sup>. 5 Item priori nac[i]onis duas libras.  
 Item septem Bologninos pro luminibus in exequis<sup>a</sup>  
 domini Pauli Goz tercia Augusti anno ut supra.  
 Item septem quartinos<sup>a</sup> pro lintamine altaris.  
 Item in die animarum novem Bologninos pro candelis.  
 10 Item in exequis<sup>a</sup> domini Ioannis Schickepprin novem  
 Bologninos pro luminibus.  
 Item septem quatrinos baiulatoribus, qui portaverunt  
 vinum Creticum et ballaria ad nacionem.

Item duos Bologninos pro tapetis.

Item tres florenos pro gentacione.

Summa: triginta duas libras et decem et octo Bo-  
 logninos quatrinum unum.

<sup>a</sup> Facto itaque calculo administracionis nostre in pre- 5  
 sencia venerabilium dominorum Georgi Trutenberck,  
 Nicolai Rammyn, Ioannis Rohorne, Hermanni Lan-  
 genbeke ad hoc specialiter deputatorum, remansi-  
 mus ultra summam erogatam debitores nacioni in  
 octoaginta<sup>a</sup> duas libras, quas in prefatorum sindi- 10  
 corum conspectu numeravimus, tradidimus et assi-  
 gnavimus nostris successoribus ad manus proprias  
 XXV. Ianuarii 1500.

15 Plus<sup>1</sup> quam temerarium esset sine arduis urgentibusque causis quid novi velle moliri; sed ventilatis 15  
 nuper contra nacionem nostram murmuris, concio neminem profecto ledens supposita est. Primum, quo in-  
 signem hanc societatem nostram parvi pendentes, eam blasphemando preconis summatim hic congestis facilius  
 coerceantur; secundo, quia hec cartarum porcio alias etiam perpetuo inutilis superfuisset; tercio, ut novicii  
 adventantes illis imediatibus argumentis ad intitulationem commodius allicerentur; id preterea, quod  
 20 in speciali necessitate sic gestum est, a posteris in consequenciam trahi minus forte congruum diceretur. 20  
 Ea propter lector candide boni consulito, nec si auctoris nomen cancellandum putaveris, oratiunculam rei-  
 publice nostre utilitati fore cupientem similiter igitur extirpes. —

Quom<sup>a</sup> hoc charte spacium inferioris anni procuratores nuper candidum reliquerint, opere precium  
 fore duximus concordie suasoriam [orationem] a Sebastiano de Rotenhan Babenbergensis dyocesis layco ad  
 25 nacionem nostram nuper habitam subtexere, quo intuentibus persuadendi novicios ad sese intitulum for- 25  
 tassis occasionem prebeat:

„Non me preterit, viri magnifici, generosi et maiores semper celebrandi, quo elocucionis genere, qua  
 indolis sagacitate, quo exercicio, quoque dicendi lepore atque facundia peditus debeat esse is, qui vel imper-  
 territus orandi provinciam subiverit, potissimum quod Ciceronis sententia in dies mihi occurrit, dum hanc  
 30 dicendi facultatem non nisi gravissimis consumatissimisque virorum asserit concedendam. At ego et ingenioli 30  
 mei tenuitatem recte perpendens, nolui tantum et tam grave onus meis humeris longe impar amplexari,  
 quamobrem vestrarum dominacionum amplitudo in presentia me hunc concionis locum minime orandi causa  
 transcendisse existimabit, sed conficiendi tantum instituciones vestras, ne munus, quod, scitis, mihi iniunctum  
 est, videar recusare.

35 Quom<sup>a</sup> autem deliberassem id pastoris loco apud dominaciones vestras disserere, quod et honori et 35  
 emolumento foret omnibus, post celicolarum veneracionem probabilis reipublice vestre consonancia salu-  
 brius persuadenda sese obtulit. Amicicia enim, ut Arpinas orator inquit, est divinarum humanarumque  
 cum benevolencia et charitate summa consensio, qua sane non scio an, solis prudentie apicibus exceptis,  
 homini nil melius, nil sanctius, nihil denique venerabilius a diis immortalibus sit contributum, tametsi  
 40 alii divicias preponunt, alii honores, nonnulli potenciam, alii valitudinem, perquam multi et voluptatem 40  
 belluis profecto peculiarem, ego tamen quod vivacioris probabiliorisque opinionis ymaginem sequitur elegi-  
 bilius semper iudicaverim. Nemo enim, si philosopho<sup>a</sup> in ethicis creditur, preter amicicie dulcedinem optaret  
 vivere, omni etiam reliqua voluptatum illecebri potitus, hanc fraterne huius religionis vestre fundatricem,

45 <sup>a</sup> sic.

<sup>b</sup> Hic articulus in superiore margine paginæ parva et haud perspicua manu additus est.



hanc dominorum Germanorum florentissimi huius studii scolasticorum exornatricem, prisco eciam tempore fuisse quis dubitet, hanc preterea inquam nostro denique evo iure amplectemur.

Vestram enimvero nacionem hoc in cantatissimo Felsinensi gymnasio ante secula fuisse, publicis instrumentorum argumentis perquam facile doceremus, semperque honoratam, adeoque tum illustrissimorum Germanie regulorum complures sese huic annumerari non sint dedignati, tum excellentissimus aliquando 5 Mediolani dux ad solam nacionis vestre instanciam cum universitatis rectore et legato etc. honori eciam suo libenter derogari voluerit, qui, nisi fallar, tali in casu (ut alias gravis erat) universe Bononiensis academie petitionibus egre condescendisset. Vestrorum porro statutorum continuitatem, eleganciam, gravitatem qui non admiretur, nescio qua lectione capiatur; unum dicere ausim, me inter remasticandum ea quandoquidem 10 oblectatum, adeoque quod, ita me dii ament, illorum conditoribus perpetuam beatitatis mansionem sepius- eule exoptaverim. Deorum siquidem veneracionem vestro in conciliabulo mediusfidius ardentissimam, tamquam hoc divi in Fridiani sacello cunctis innotescentem, silencio transivi, et alia relatu digna brevitatis causa obmissurus, que, quom, sicut predecesores vestri exactiori industria semper conati sunt, inesse conserva- veritis, nimirum posteritatis memoriam sunt paritura.

15 Quemadmodum autem Avicenna, medicancium facile princeps, in decima tertia terti tractatu secundo, incolumem animi corporisque conservacionem ex sola stomachi custodia procedere asserit, quo immodice suffuso, distento, suffarcinato et ut ita dixerim eduliis oppresso, non cruor arteriis, non medulla ossibus, non denique efflatorum spirituum refocillacio suppetit, paulatimque omnes animalis articuli a naturalibus sto- machi operacionibus \* destituti prorsus resolucionem paciuntur, ita communitatem vestram in amiciciis pre- 20 coniorumve splendoribus supramemoratis diu persistere non posse dominaciones vestre sibi persuadeant, nisi accessoria eius organa ad principaliora, et vicissim, rite coadunentur, nisi excedencia ad amussim coerceantur, nisi vel citharedi instar proporcionalis quedam harmonia ocus inducatur.

Sed quorsum hec? auditor forsitan sciscitabitur. Clandestina tabe vestram Hercule nacionem nuper infectam esse, verius responderi posse arbitror, dissimulatas (nescio si recte appellaverim) factiones iampri- 25 dem subrepsisse, coniecturis monstratur, quod tum noviciorum nonnulli ymaginariam pretendentes libertatem vestre communitatis intitulationem subterfugiunt, tum vestratum complures iurisiurandi et (ut sic dixerim) confederacionis prestite immemores, hoc illis persuadere negligunt, qui tametsi perpauca sunt, quom mee adhortacionis verba sincero de pectore manancia piis auribus acciperent, future dissensionis vitande gracia haud vestre nacioni male consultum existimarem, quod Cathelinarii\* Cesarianique bellorum exordia alcus 30 repetendo pusillam plerumque scintillam temporis tractu inextingwibilem producere flammam conspicimus. Agite preterea, viri amplissimi, vigilate inquam et summa ope alacrique studio (ut imperatoria § finalis prohemii institucionum verba ymiter) monitorias hasce nostras hauriendo vosmetipsos sic unanimes osten- dite, quo concordie dea vos pulcherrima foveat, quo passim constipati insidiosis obluctancium machinis valencius refragamini, quo demum in tranquillitatis amenitate legitimo erudicionis opere perfecto 35 *σοφον* — *sophos phylon* — hoc est sapientie amici, qui Platoniceis testibus sola mortalitatis fragilitate ab angelis secernuntur, vere appellari possitis defecatum, divinum purificatumque intelligencie spiritum humano in corpuseculo contegentes.

Sed ne dominacionum vestrarum amplitudinem longius morer, quam par est, vela dictionis nostre contrahenda Tibullianis hisce numeris claudam:

40 Vivite foelices memores et vivite nostri, 40  
Sive erimus seu nos fata fuisse velint.

\* sic.



## 1500.

Ratio dominorum Godschalci de Anevelt et Georgii de Trawtenbergk procuratorum  
anno iubilæi 1500.

5 [A]nno christiane salutis millesimo quingentesimo, indictione tertia, die vero epiphaniæ Domini, ponti- 5  
ficatus domini Alexandri pape sexti anno eius octavo, invictissimo ac gloriosissimo principe et domino domino  
Maximiliano divina favente clementia Romanorum rege semper augusto ac Hungarie, Dalmatie, Croatie etc.  
rege, archiduce Austrie, duce Burgundie, Flandrie, Geldrie etc., comite Flandrie ac in Tirol etc., sacro-  
sanctum Romanum et universale imperium feliciter administrante, inclita ac prestantissima natione scholarium  
10 Almanorum Bononie utriusque vel alteri iurium studentium in basilica divi Fidriani extra portam Sancti  
Mamme iuxta tritum eiusdem nationis morem ab antiquo semper observatum legitime congregata, electi  
fol. 147<sup>v</sup>. fuerunt in procuratores concorditer ac nemine discrepante seu reluctante \* nobiles viri domini Godschalci  
de Anevelt ex Holsatia<sup>a</sup> thesaurarius Slesvicensis<sup>b</sup> ac eiusdem et Roschildensis ecclesiarum canonicus ac  
Casparus de Hürnhaim<sup>c</sup>; qui quidem sic electi tamquam obedientie filii statim et incontinenti, prestito tamen  
15 prius tenore statutorum nationis nostre iureiurando, munus procuracionis obedienter in se suscipiendum  
duxerunt et acceptandum, susceperuntque et acceptarunt expresse. Deinde prenarratus dominus Casparus, certis  
de causis animum suum ad hoc moventibus, hinc, animo non redeundi suo durante offitio, discedere statuit  
atque discessit, quapropter in ipsius locum sibi fuerat substitutus nobilis vir dominus Georgius de Trauten-  
bergk<sup>d</sup> ex Reudt, qui una cum supradicto domino Godschalco prefatum procuracionis munus usque ad finem  
20 sollerter administrarunt. 20

## Recepta:

Die dominica 28. Ianuarii recepimus computum et  
rationem a predecessoribus nostris, qui, facto cal-  
culo et defalcatis expensis, extiterunt debitores na-  
25 tioni et nobis in libris Bononiensibus octuaginta  
fol. 148<sup>v</sup>. duabus, de quibus ego Godschalci effectualiter  
recepimus libras quadraginta octo. Restantem autem  
summam recepit collega meus dominus Casparus.

Die Iovis 13. Februarii ex banco nobilium de Feli-  
30 sinis<sup>e</sup> libras quinque.

Pecunia collecta ex contributione dominorum  
scholasticorum hoc anno nationi nostre incor-  
poratorum:

35 Illustrissimus princeps et dominus dominus Iohannes  
iunior Saxonie, Angarie ac Westfalie dux<sup>o</sup> etc.  
pro se ac familiaribus suis, scilicet nobilibus do-  
minis Bernardo de Oppershusen, Iohanne de Myn-  
ningrade ac Andrea Lochowen, ducatos largos duos.

40 Illustres domini Sigismundus, Ludovicus et Georgius,  
fratres, comites de Hohenloe<sup>f</sup> pro se et egregio do-

mino Thoma ex Kerstem iuris pontificii doctore,  
eorundem dominorum comitum preceptore, florenos  
Renenses duos.

Generosus dominus Philippus baro in Limpurk<sup>g</sup> sacri  
Romani imperii pincerna hereditarius, semperfrey, 25  
pro se et familiari suo Vito<sup>h</sup> Pfeyfelman Herbipo-  
lensi florenum Renensem unum.

Nobilis dominus Sebastianus de Kinsperk<sup>i</sup> medium  
ducatum.

Dominus Ambrosius Yphoffer de Inspruk octo grossittos. 30

Nobilis dominus Iohannes Mulbeck Noricus doctor  
theologie pro se et pro Iohanne Poplein<sup>j</sup> de Nova  
Civitate florenum Renensem unum.

Dominus Leonardus Helt<sup>k</sup> patritius Nurnbergensis octo  
grossettos. 35

Dominus Pontianus de Boscovissen<sup>l</sup> clericus Traiecten-  
sis diocesis Bolendinos sedecim.

Dominus Simon Geyr Sweinfordensis medium florenum.

Dominus Iohannes Bamgartner<sup>m</sup> ex Kopfstein pro se  
et pro preceptore eius domino et magistro Iacobo 40

\* Qui postea creatus est in episcopum Hildensemensem *al. m.*

<sup>a</sup> Holsatia B.      <sup>b</sup> Slesvicensis B.      <sup>c</sup> Hürnhaim B.      <sup>d</sup> Trautenberg B.      <sup>e</sup> Feslinis A.  
<sup>f</sup> Hohenlot B.      <sup>g</sup> Limpurg B.      <sup>h</sup> Kunsperg B.      <sup>i</sup> Poplein B.      <sup>k</sup> Heldt B.      <sup>l</sup> Bosconissen B.      45  
<sup>m</sup> Bamgartner B.

<sup>n</sup> Iohannes IV. dux Saxonie, episcopus Hildensemensis, 1504, Jul. 13—1527. Mitra eum baculo in margine rubeo co-  
lore picta est.



- Peichelscand<sup>a</sup> ducatum Hungaricalem unum, qui quidem dominus Iohannes hoc anno de mense Octobris fatis ordinantibus hic Bononie defunctus est.\*
- Venerabilis dominus Casparus Mergenaw ecclesie collegiate Sancti Sepulcri dominici in Legnitz<sup>b</sup> scholasticus et ecclesie beate Marie virginis ibidem plebanus medium ducatum.
- Venerabilis ac nobilis dominus Thomas Truchses<sup>c</sup> Spirensis et Sancti Burchardi extra muros Herbipolenses ecclesiarum canonicus Bolendinos viginti sex.
- 10 Dominus Iohannes Reichel ex Wratislavia<sup>d</sup> diocesis Gnesensis Bolendinos decem et octo.
- Dominus Dietherus Wenck ecclesie Sancti Victoris Maguntinensis canonicus Bolendinos viginti septem.
- 15 Dominus Lucas plebanus in Heltwin decem grossittos.
- Dominus Sigismundus Altman de Schmidmuel<sup>e</sup> Bolendinos sedecim.
- Nobilis dominus Erasmus Manduvel<sup>f</sup> clericus Caminensis diocesis medium florenum Renensem.
- 20 Dominus Wolfgangus Ketwik de Liptzck<sup>g</sup> Merssersburgensis<sup>h</sup> diocesis medium florenum Renensem.
- fol. 148v. Nobilis dominus Theodericus de Dinckelaghe<sup>i</sup> clericus Osnaburgensis diocesis medium florenum Renensem.
- 25 Nobilis dominus Iohannes de Wolstoff<sup>k</sup> de Bornstoff Misnensis diocesis medium florenum Renensem.
- Dominus Anthonius Potzschn<sup>l</sup> de Rietterschaim<sup>m</sup> Frisingensis diocesis medium ducatum.
- Dominus Henricus Bromsse Lubicensis medium ducatum.
- 30 Dominus Iohannes Botzheim<sup>n</sup> de Sasbach vicarius chathedralis ecclesie Argentinensis<sup>o</sup> medium florenum Renensem.
- Dominus Georgius Schutz de Uttingertall<sup>p</sup> medium florenum Renensem.
- 35 Dominus Nicolaus de Ruckingen<sup>q</sup> de Frangfordia medium florenum Renensem.
- Nobilis dominus Theobaldus de Bornnbach artium magister medium florenum Renensem.
- 40 Dominus Iohannes Lazei<sup>r</sup> de Keschin<sup>s</sup> Brixinensis decem grossittos.
- Dominus Henricus Werther de Northusen<sup>t</sup> medium ducatum.
- Nobilis dominus Conradus de Steinberghe<sup>u</sup> moram trahens in Lechtenberch et Bodenborch<sup>v</sup> castris Hildensemensis diocesis<sup>††</sup> medium florenum Renensem.
- Dominus Petrus Averenck Daventriensis Traiectensis diocesis Bolendinos sedecim. 5
- Dominus Bernardus Koningk de Nordlingen<sup>w</sup> et dominus Michael Huber Augustensis diocesis promiserunt contribuere cum ad pinguiorem fortunam devenerint.
- Dominus<sup>x</sup> Leonardus Griming Saltzburgensis. 10
- Dominus Olavus Swart canonicus Upsalensis.
- Dominus Iohannes Albertus Balduinus Tridentinus.
- Dominus Iohannes Cosma Balduinus Traiectensis<sup>y</sup>.
- Dominus Mattheus Matthiel Traiectensis<sup>z</sup>.
- \* Dominus Iohannes Paulus Zottenperger Traiectensis<sup>z</sup>. 15 fol. 149r.
- Sex prenarrati domini scholares proxime precedentes sunt sub nobis intitulati, sed quia nostro durante offitio nichil solverunt, proinde etiam eis nichil annotavi; attamen primus inter illos sex, scilicet dominus Leonardus, promisit Bolendinos sedecim, secundus medium ducatum seu Bolendinos XXXIII, et quilibet aliorum quatuor Traiectensium<sup>z</sup> Bolendinos decem et octo, quam quidem pecuniam si eos aut eorum aliquem imposterum solvere contigerit, annotetur; et fiat ratio per procuratores eadem solutionem recipientes.
- Pecunia collecta ex cistula nationis pro pena:
- In die epiphanie Domini Bolendinos decem et novem.
- In die purificationis Bolendinos quatuor.
- In die Iovis sancta Bolendinos quinque quadrinos II. 30
- In die paschatis Bolendinos viginti quatuor.
- In die penthecostes Bolendinos duos.
- In die assumptionis<sup>z</sup> beate Virginis Bolendinos tres.
- In die animarum Bolendinos duos.
- In die nativitatis Christi Bolendinos quatuor. 35

## Erogata:

In die purificationis gloriosissime ac beatissime Marie semper virginis pro dopleriis ante altare et quatuor candelis supra altare reliquisque cereis inter dominos scholares ac familiares eorundem distribui solitis (defalcato iuxta pondus valore cere antique) libras sedecim Bolendinos tres.

45 \* Turribulum reliquit etc. *al. m.*, quae etiam turribulum adpiazit. \*\* Utriusque universitatis dignissimus rector, 45 electus prima Maii anno 1505. *al. m.* \*\*\* Postea factus canonicus summae sedis Constantiensis, obiit ibidem decanus anno 36, abstemius toto tempore vitae suae *al. m.* † artium magister *al. m.* †† qui obiit 8 Kalendas Iulias, quae erat XXIII<sup>x</sup> Iunii 1502., accepto vulnere a lictoribus pallacil. In eodem gymnasio animam fato tradidit; ora pro eo *al. m.*

<sup>a</sup> Peichelstand *B.*    <sup>b</sup> Lignitz *B.*    <sup>c</sup> Thruches *B.*    <sup>d</sup> Vratislavia *B.*; nomen diocesis deest *B.*    <sup>e</sup> sic *A.*;  
50 Schmidmuel *B.*    <sup>f</sup> Wanduvel *B.*    <sup>g</sup> Leiptzick *B.*    <sup>h</sup> sic *A.*; Mersburg. *B.*    <sup>i</sup> Dunchelaghe *B.*    <sup>k</sup> Wol- 50  
stuff *B.*    <sup>l</sup> Potzsner *B.*    <sup>m</sup> Rietterscham *B.*    <sup>n</sup> Boltzheim *B.*    <sup>o</sup> Ytingertal *B.*    <sup>p</sup> Rucking *B.*  
<sup>q</sup> Lazei *B.*    <sup>r</sup> Keschtum *B.*    <sup>s</sup> Steinburg *B.*    <sup>t</sup> Liechtenberg et Bodenburg *B.*    <sup>u</sup> Koningk de Nor-  
tingen *B.*    <sup>v</sup> Abhinc nomina desunt *B.*    <sup>w</sup> Traiect in litura scriptum, tensis corr. ex ntinus.    <sup>x</sup> sic.



- Item fackinis, qui easdem candelas portabant ad domum meam et altera die de domo mea ad nationem, deinde restantes candelas de natione iterum ad domum meam ac postremo easdem iterum ad aromatharium, Bolendinos quinque.
- 5 In die palmarum pro ramis palmarum grossittum unum.
- Item pro candelis ad missam que legebatur quadrantes quinque.
- 10 Item in die pasce pro candelis ad missas que legebantur quadrantes decem.
- Item in die sancti Georgii in exequiis domini Iohannis Brandis duobus monachis missas legentibus Bolendinos decem.
- 15 Item pro luminibus octo Bolendinos quadrantes tres. Hic dominus Iohannes Brandis pie memorie legavit nationi nostre unum ducatum Hungaricalem, prout in alio libro nationis annotatum est.
- fol. 149 v. Item in exequiis domini Nicolai Voldsker \* pro luminibus Bolendinos septem.
- 20 Item in exequiis domini Iohannis Bamgartner pro luminibus Bolendinos septem.
- Item die 14. Augusti priori nationis nostre libras duas.
- Item in die animarum pro luminibus Bolendinos septem.
- 25 Item in die epiphanie Domini in fine officii nostri pro ientatione sive collatione florenos Renenses tres.
- 30
- Restantem autem medium ducatum, quem ultra dictos tres aureos pro necessario nationis honore, seu pro saldonibus, malmatico, confectionibus atque vino ex privata nostra pecunia erogavimus, minime duximus computandum, cum statuta nostra id fieri 5 prohibeant.
- Item pro pickeriis Bolendinos decem et octo.
- Item fackinis, qui omnia hinc inde portabant et reportabant, et pro lotione mapparum Bolendinos novem.
- 10
- Habito et facto quam accuratissime calculo procurationis nostre de et super omnibus et singulis premissis tam receptis quam expensis, quibus quidem expensis legaliter defalcatis, restabant nationi per nos solvende libre centum et decem et octo Bolendini quatuordecim quadrinus unus; quas (omnibus mora ac dilatione cessantibus) dominis successoribus nostris in prompta numerata pecunia aurea realiter dedimus, tradidimus et assignavimus. Acta fuerunt hec Bononie, die dominica 24. Ianuarii 20 anno 1501, presentibus ibidem ac omnia et singula premissa, dum sic, ut prefertur, fierent et agerentur, videntibus et audientibus nobilibus ac venerabilibus viris dominis Thoma Truchses, Erasmo Manduvel, Eggerdo Krantz ac Iohanne Kohorne, 25 sindicis ad hoc per inclitam nationem nostram spetialiter constitutis ac deputatis.

## 1501.

fol. 150 v. \* Raciones dominorum Sebastiani de Rubrogallo Franci et Nicolai de Ramin Pomeriensis procuratorum.

35 Anno Salvatoris nostri 1501, indictione quarta, sexta die Ianuarii, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini Alexandri pape sexti, invictissimo domino nostro domino Maximiliano sacrosanctum Romanorum imperium regis fastibus foeliciter administrante, cantatissima dominorum Germanorum utriusque vel alterius iuris candidatorum nacio in divi Fridiani sacello extra Bononiensis municipii portam Sancti Mamme prout moris est legitime convocata et congregata, in procuratores rite elegit ac solemniter nobiles 40 viros dominum Sebastianum de Rotenhann ex Rentweinsdorff Bambergensis dyocesis laycum necnon dominum Nicolaum de Ramin Camminensis dyocesis; qui pro nacionis commodo, iuxta statutorum tenorem oblato fidelitatis iureiurando, procuracionis munus spontanei subierunt.

Et dominus Nicolaus postea abeundo substituit dominum Erasmum Manduel, qui gessit usque in finem.

45

Accepta:

Trigesima ex post Ianuarii die calculatorum disputatione cum antecessoribus nostris habita, debuerunt nacioni libras Bononiensium centum decem octo Bologninos 4 quatrimum 1, quas (ab uno sci- licet 23 ducatos, ab altero 12 ducatos minus 5 Bologninis 2 quatrinis, auri largos, capiendo) solutas habuimus.

50 Item ex institutoribus de Felisinis libras quinque.



## A dominis hoc anno intitulatis:

- Generosi viri dominus Hauwoldus nec non Hernestus<sup>a</sup> barones de Schleinitz fratres dyocesis Misnensis una cum preceptore domino Stephano Gert<sup>b</sup> dyocesis Sambiensis florenos tres etc. dederunt.
- ✓ Dominus Ioannes Szwave vicedominus Camminensis necnon eiusdem ac ecclesie beate Virginis Stetiniensis canonicus 25 Bologninos.
- Dominus Petrus de Bernstein Misnensis dyocesis 33 Bologninos.
- 10 Dominus Wolfgangus Monich Misnensis dyocesis<sup>c</sup> 33 Bologninos.
- Dominus Gotfridus de Wolfersdorff<sup>c</sup> diocesis Neunbergensis 24 Bologninos.
- 15 Dominus Adam Küchenmayster diocesis Maguntinensis 26 Bologninos.
- Dominus Nicolaus am Stayg<sup>d</sup> diocesis Misnensis 26 Bologninos.
- Dominus Sigismundus de Windeck diocesis Brixinensis<sup>\*\*\*</sup> 24 Bologninos.
- 20 Dominus Udalricus Croatus de Lapitz diocesis Pataviensis<sup>\*\*\*</sup> 24 Bologninos.
- Dominus Wolfgangus Has diocesis Pataviensis 6 Bologninos.
- 25 Dominus Ioannes Walwitz diocesis Magdeburgensis 24 Bologninos.
- Dominus Nicolaus Widstock diocesis Halberstatensis 24 Bologninos.
- Dominus Henricus Horn diocesis Halberstatensis 16 Bologninos.
- 30 Dominus Nicolaus Smetzdorff diocesis Halberstatensis 33 Bologninos.
- Dominus Melcher Bueren<sup>e</sup> diocesis Monasteriensis 24 Bologninos.
- 35 Dominus Lampertus de Wilick<sup>f</sup> diocesis Coloniensis 16 Bologninos.
- ✓ Dominus Gregorius Mitzlaff vicarius ecclesie beate Marie virginis diocesis Camminensis 8 Bologninos.
- Dominus Wolfgangus Schütz diocesis Misnensis 24 Bologninos.
- 40 Dominus Henricus Ioannes Novimagensis<sup>g</sup> diocesis Traiectensis 5 Bologninos.

## Ex penis capsule nacionis:

- 45 \* In epiphania Domini 3 Bologninos.  
In die palmarum 17 Bologninos 3 quatrinos.

- In festo pascatis 4 Bologninos 2 quatrinos.  
In die penthecostes 2 Bologninos 1 quatrino.  
Die animarum Cristi fidelium 3 Bologninos 5 quatrinos.

## Expensa pro nacione:

- 5  
Item pro candelis ad purificationem gloriose virginis Marie libras 13 Bologninos 3.  
Item 5 Bologninos portitori earundem ex aromatarii edibus ad nos, postea in sacellum nostrum etc.  
Item 9 Bologninos in exequiis domini Theoderici Witzleben.  
Item 3 Bologninos 3 quatrinos pro olivis, emimus alter altero nesciente.  
Item 2 libras monacho nostre nacionis iure pensionis.  
Item 7 Bologninos pro una cere libra in animarum 15 anniversario.  
Item 10 quadrinos pro clave ad nacionis cistulam etc.  
Item pro sepultura cum Sancto Dominico nacioni nostre emenda et subterrestri testudine cavatim exstruenda libras tredecim. 20  
Pro sonete 5 Bologninos.  
Item 8 Bologninos lapicide pro sculptura duarum dictionum super hostio<sup>b</sup> monumenti, sic scilicet: „S. Germanice nacionis“.  
Item 6 Bologninos notario in partem solucionis instrumenti pro sepulture illius obligacione fiendi<sup>b</sup>.  
Item 6 libras 16 Bologninos lapicide pro quadratis duobus saxeis emendis et nacionis insigni pariter cum epitaphio Beroaldi inibi sculptendis.  
Item 6 Bologninos vachinis, ut prefatos lapides a 30 sculptoris officina ad S. Dominicum perferrent.  
Item 12 Bologninos pro calce quo hec saxa parieti infigerentur.  
Item 4 Bologninos pro 4 uncis ex ferramento recurvis, quibus dicti lapides concatenabantur parieti. 35  
Item 22 Bologninos muratoribus pro pariete excavando et dictis lapidibus immittendis.  
Item 4 libras pictori pro insigni nacionis dumtaxat et epitaphio pingendis ac inaurandis.  
Item 10 Bologninos pro calcina seu cemento ad talem 40 parietem grossiori modo contegendum; et quia operarius furtim tales nummos sustulit, alii eundem<sup>b</sup> in fine dare tantundem necessarium fuit.  
Item 3 Bologninos pro gypso, 2 Bologninos pro albedinis cretaee pulveribus eidem parieti iam subti- 45 fol. 150v.  
liori modo inducendis.

\* Requiescat in sancta pace, obiit 1505; humatus in Sancto Dominico *al. m.*  
que erat IX. kalendas Ianuarii *al. m.*

\*\*\* doctor ac baro Austriacus *al. m.*

\*\* obiit in vigilia nativitatibus 1502,

50

50

<sup>a</sup> Awordus ac Ernestus *B.*  
<sup>f</sup> Wilich *B.*

<sup>b</sup> Pert *B.*  
<sup>h</sup> sic.

<sup>c</sup> Wolfersdorf *B.*

<sup>d</sup> Amsteig *B.*

<sup>e</sup> Buern *B.*



- fol. 151r. Item 20 Bologninos aliis exposit operariis, qui cum dicta materia parietem complanarunt ac candidum fecere.
- Item 10 Bologninos pro exemplari ymaginum eodem in pariete fiendarum pingendo.
- Item 67 Bologninos in partem solucionis pictori ad dictas ymagines pingendas conducto.
- Collacio trium regum etc.:
- Item 5 libras 13 Bologninos pro melle Indico, quod zacharum dicimus.
- Item 24 Bologninos pro triticeis crusecularum involucris vel celdonibus.
- Item 32 Bologninos pro bacho Cretico seu malvasia.
- Item 10 Bologninos pro vino vulgari et domestico.
- 15 Item 10 Bologninos pro ciathis vitreis.
- Item 2 Bologninos pro clavis, quo<sup>a</sup> et gausapa et tapeta parieti affigerentur.
- Item 4 Bologninos portitoribus et vachinis, ut infra-scripta portarent etc.

20

\* He ientaculi impense, quom destinata excesserunt summulam, nos privato ere, nisi vel nacio emendaverit, reliquum numeraturi, solutum dumtaxat accepimus, quatenus statuta ipsa paciuntur.

Coram igitur venerabilibus viris dominis Thoma Druchses, Iorio de Trautenberg, Georgio Wytzenhausen necnon Hermanno Langenbeck, delectis ad hoc sindicis, legitimo calculacionis examine premissis et omni dispuicione studiosius trutinata, ego prefatus Sebastianus una cum domino Erasmo Manduvel collega dominis successoribus nostris in viginti octo ducatis auri largis 59 Bologninis (qui more antecessorum in nummos resoluti faciunt libras 95, Bologninos 7) nacionis nomine debitor remansi, hasce preterea eis realiter numerando solvimus, tradidimus et assignavimus, pro cuius pi[n]gwiori credulitate cyrographariam eciam nobis confessionem, quam vulgo quittanceam dicimus, impartiti sunt.

20

## 1502.

Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo secundo, indictione quinta, die vero epiphanie Domini, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri divina providencia pape sexti, serenissimo et invictissimo domino nostro domino Maximiliano apicem sacrosancti imperii felicibus habenis moderante, inclita natione dominorum Teutonicorum in utroque iure vel altero in insigni gymnasio Bononiensi studentium convocata in ecclesia Sancti Fridiani iuxta antiquam et laudabilem consuetudinem hactenus observatam, unanimi consensu elegerunt venerabiles viros dominos Eggerdum Krantz iuris cesarei doctorem dyocesis Halberstadensis necnon nobilem virum dominum Albertum de Ratzehusen<sup>b</sup> Argentinensis dyocesis in procuratores; qui iuxta tenorem et formam statutorum onus procuracionis in se susceperunt. Paucis elapsis post diebus domino Eggerdo ad patriam declinante, substituit me Hinricum Bromssen dyocesis Lubicensis, qui ob petitionem substituentis munus hoc sive offitium assumpsi.

fol. 151v. \* Recepta:

- 35 Ab antiquis procuratoribus libras 95 Bulendinos<sup>a</sup> 7.  
Ex banco de Felisinis libras V.

A dominis novitiis eodem anno intitulatis:

- Illustris princeps et dominus dominus Ericus Magnopolie dux, Wandalie princeps, comes Swerinensis, Rostochii et Stargardie dominus, pro se et familia, videlicet domino Henrico Boger theologie doctore decano ecclesie collegiate Rostockcensis, domino Levino de Velthem filio Henrici de Velthem<sup>c</sup>, domino Iohanne Katten, domino Nicolao Karckdorp<sup>c</sup>,

45

domino Iochim<sup>\*\*</sup>  
domino Ludolpho<sup>\*\*\*</sup> } Moltzaen<sup>d</sup> fratribus, 35  
domino Iohanne Unwerde†, domino Iohanne Sulter florenos sex.

Generosus vir et dominus dominus Wladislaus de Wartenberch†† dominus in Tetschenn<sup>e</sup> pro se et famulo Iohanne ducatum Ungaricum I. 40

Generosi domini dominus Georgius comes de Ortenberch ecclesie cathedralis Frisingensis et dominus Sigismundus frater eius canonicus Saltzburgensis ducatum Ungaricum I. 45

\* Hildensemensis diocesis, nunc eiusdem ecclesie preposito *al. m.* — obiit *al. m.*      \*\* Hic miles auratus factus regi Gallorum et duci Medio, a consiliis fuit *al. m.*      \*\*\* hic Pavie obiit; demum frater repudiatis literis milicie operam locavit et felicissime quidem, nam non parum accessionis bonis paternis adiunxit *al. m.*      † Obiit hic, cuius anima requiescat in pace *al. m.*      †† Baro Bohoemus *al. m.*

50

<sup>a</sup> sic.<sup>b</sup> Katzenhusen *B.*<sup>c</sup> Krackdorp *B.*<sup>d</sup> Holtzaen *B.*<sup>e</sup> Tetschein *B.*

50



- Generosus dominus Wolfgangus de Hewen baro etc. Treverensis metropolitane, Argentinensis et Curien-  
sis<sup>a</sup> ecclesiarum cathedralium canonicus florenum  
Renensem I.
- 5 Dominus Iohannes de Alevelt dyocesis Sleswyckcen-  
sis<sup>b</sup> medium florenum; eodem anno diem suum  
clausit extremum; cuius anime fons ille misericor-  
diarum iudex sit propitius, qui ad nostre nationis  
in Sancto Dominico sepulturam dedit ducatum I,  
ut in alio libro.
- 10 Dominus Detlevus Ransow Bremensis dyocesis medium  
florenum.  
Dominus Ieorius de Schowenstain ecclesie Curensis  
canonicus medium florenum<sup>c</sup>.
- 15 Dominus Nicolaus Brendelin canonicus in Marckss-  
dorff medium florenum.  
Dominus Wolfgangus Kergel de Siespach<sup>d</sup> dyocesis  
Ratisponensis florenum medium.  
Dominus Martinus Truchses de Bomersfelde Magun-  
tinenensis et Spirensis canonicus ducatum medium.
- 20 Dominus Wolfgangus Thunen<sup>e</sup> Herbipolensis dyocesis  
florenum medium.  
Dominus Fridericus Bavarie canonicus divi Petri se-  
nioris ecclesie Argentinensis florenum medium.
- 25 Dominus Caspar Emerich de Gorlitz canonicus ecclesie  
Budicensis et Glogoviensis<sup>f</sup> florenum medium.  
Dominus Iacobus de Salza<sup>g</sup> diocesis Misnensis dedit  
Bolendinos XXVI.
- <sup>h</sup> Dominus Iohannes Lebenther ex Langenzel<sup>z</sup> ple-  
banus in Weyshan Bolendinos XIX.
- 30 Dominus Henricus Dorinck<sup>h</sup> Treverensis dyocesis Bo-  
lendinos XVI.  
Dominus Gerardus Alysleger<sup>l</sup> magister artium dyo-  
cesis Coloniensis canonicus Xancti Bolendinos XVI.
- 35 Dominus Ludolphus to Mer<sup>k</sup> vicarius ecclesie Mona-  
steriensis Bolendinos XVI.  
Dominus Iohannes de Spira dyocesis Spirensis flo-  
renum medium.  
Dominus Iohannes Ritter ex Aschenpürck dyocesis  
Maguntinensis florenum medium.
- 40 Dominus Florianus de Waldenstain decanus Inticensis<sup>l</sup>  
I florenum.  
Dominus Henningus Tisemann de Alveldia Hildense-  
mensis dyocesis<sup>m</sup> florenum medium.
- 45 ————— 45
- \* factus episcopus Wratislaviensis 1520, obiit 1539. *al. m.*      \*\* Canonicus Hildensemensis *al. m.*      \*\*\* et  
decanus Sancti Andree eiusdem civitatis *al. m.*

<sup>a</sup> Curicensis B.      <sup>b</sup> Sleswickensis B.      <sup>c</sup> D. Georgius de Schowenstain eccl. can. in Marcksdorff florenum  
medium B.      <sup>d</sup> Siesbach B.      <sup>e</sup> Thuren B.      <sup>f</sup> Blononiensis B.      <sup>g</sup> Langenzel B.      <sup>h</sup> Dornick B.  
50 <sup>l</sup> Ahisleger B.      <sup>k</sup> Iomer B.      <sup>l</sup> Intirensis B.      <sup>m</sup> Ebehuck B.      <sup>n</sup> hoc nomen deest B.      50

<sup>l</sup> Iacobus a Salza, episcopus Wratislaviensis, 1520, Sept. 1 — 1539, Aug. 25. Mitra in margine picta est.



- fol. 152v.* \* In exequiis domini Iohannis de Avelde pro candelis VII Bolendinos.  
 In exequiis domini Conradi Stenberch pro candelis similiter Bolendinos VII.  
 5 In exequiis domini Sigismundi de Wyndeck Bolendinos VII.  
 Obligavimus priori Sancti Dominici pro altera fovea sepulture libras X, ad quam dominus Iohannes de Avelde pie recordationis dedit ducatum I.  
 10 In die epiphanie:  
 Pro confectionibus libras 7 solidos IIII.  
 Pro malmasia libras 2 solidos 8.  
 Pro vino solidos XII.  
 Pro celdonibus libram I solidos XII.  
 15 Pro vitris et vachinis solidos XV.  
 Portitoribus pro scamnis apportandis et exportandis, qui etiam tapeta parieti affixerunt, solidos X.  
 Pro scatulis solidos XII.  
 Pro parapetasmate conducto solidos 6.  
 20 Statuto cavetur, ne expense collationis fiende numerum trium florenorum excrecant, et quia per Dei gratiam fraternitas nostra egregiis et excellentibus personis, baronibus, comitibus, duce denique Magno-

polie maiorem in modum augmentata ac decorata existit, indignum est et inconveniens, ut eisdem statutis astringatur, quibus quum quadraginta aut quinquaginta in eadem essent Germani scholastici, neque irreprehensibile iudicabitur, sed secundum 5 varietatem temporum statuta nostra quandoque varientur, quare privatus quisque consensit, ut collatio predicta, que ob honorem totius nationis fit de pecuniis communibus eiusdem, prepararetur procuratoresque huiusmodi expensarum excrescen- 10 tia non gravarentur; superest solum, ut convocatione facta dominis nostris proponatur, cum absque omnium consensu vel maioris et sanioris partis nihil mutari debeat.

In presentia nobilium venerabiliumque sindicorum a 15 dominis procuratoribus electorum domini Thome Truchses, Ieorii de Trautenberch, Bussonis de Alvensleben, Ioannis Sparren, supputatione legitima et diligenti facta, nationi debitores remansimus in libris 120 sive ducatis XXXVI et Bolendinis XXIII, 20 quos dominis successoribus iuxta antiquorum consuetudinem et ritum dedimus, tradidimus et assignavimus.

25

25

*fol. 153r.*

\* 1503.

Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo 3<sup>o</sup>, indictione sexta, die vero epiphanie Domini, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Allexandri divina providencia pape 6, serenissimo et invictissimo domino nostro domino Maximiliano apicem sacrosancti imperii felicibus habentis 30 moderante, inclita nacione dominorum Teutonicorum in utroque iure vel altero in insigni gymnasio Bononiensi studencium convocata in ecclesia Sancti Fridiani iuxta antiquam et laudabilem consuetudinem hactenus observatam, unanimi consensu elegerunt venerabiles viros nobiles dominos Cristofferum de Stadion Constanciensis dyocesis necnon nobilem virum Dietlevum de Rantzo<sup>o</sup> dyocesis Premensis in procuratores; qui iuxta 35 tenorem et formam statutorum onus procuracionis in se susceperunt paucis diebus postea elapsis. 35

## Recepta:

- Ab antiquis procuratoribus XXXVI ducatos et XXIII Bolendinos.  
 Ex banco de Felisinis V libras.  
 40 A dominis novitiis eodem anno intitulatis:  
 Generosus Dominus Ulricus comes de Helffenstain dedit I ducatum Ungaricum.  
 Dominus Iohannes de Laymbach prepositus Wurtz-  
 45 berger<sup>a</sup> de Wilseck Ratispanensis dyocesis, dominus

Iohannes Kernn de Nuwenstain dyocesis Herpipo-  
 lensis, dederunt II ducatos Ungaricos.

Frater Georgius Molitoris<sup>b</sup> professus in Salem alias Salmanschwiler<sup>c</sup> ordinis Cisterciensis Constanciensis dyocesis dedit XXIII Bolendinos. 40

Dominus Oswaldus Haidenrich<sup>d</sup> Stirus<sup>e</sup> Salsburgensis dyocesis dedit XX4 Bolendinos.

Dominus Iohannes Fuchs canonicus Herpipolensis et Cristofferus Fuchs, frater eius, dederunt unum ducatum de Camera. 45

\* qui obiit eodem anno; requiescat in pace *al. u.*<sup>a</sup> Kirsberger B.<sup>b</sup> Melitoris B.<sup>c</sup> Salmanschwiler B.<sup>d</sup> Haidenreich B.<sup>e</sup> Styrus B.



- Dominus Iohannes Ridesel dyocesis Treverensis.  
 Dominus Gabriel<sup>a</sup> Ridler de Augusta parrochialis ecclesie rector in Mittelberg Augustensis dyocesis dedit XXV Bolendinos.  
 5 Dominus Sigismundus Schifler Frisingensis dyocesis dedit XVI Bolendinos.  
 Dominus Thomas Rudoff<sup>b</sup> de Monacho dyocesis Frisingensis dedit XXXII Bolendinos.  
 Dominus Erhardus Balekmacher<sup>c</sup> canonicus Sancti Iacobi Bambergensis dedit medium florenum.  
 10 Dominus Petrus de Lewardia<sup>c</sup> utriusque iuris baccarius Bononiensis Traiectensis diocesis.  
 Dominus Acharius Schienstül de Rosenhain<sup>d</sup> dedit medium florenum.  
 15 Dominus Mathias Saborgensis Treverensis dyocesis dedit II grosschetos.  
 Dominus Georgius de Schwartzenstein Ratisponensis canonicus dedit XXI Bolendinos.  
 Dominus Iohannes Truschses<sup>e</sup> alias Lischko de Thometauro arcium magister dyocesis Pragensis dedit 20 XXX3 Bolendinos.  
 Dominus Cosmus Kemerlinck<sup>f</sup> dyocesis Leodiensis canonicus ecclesie Sancti Spiritus oppidi Ruremundensis, dominus Iohannes Brandius Hildemensis,  
 25 dominus Iohannes Salinator Scotensis<sup>g</sup> dyocesis Maguntinensis, dederunt I florenum.  
<sup>a</sup> Dominus Dietega de Schwesterstetten<sup>z</sup> iunior Augustensis dyocesis dedit I florenum.  
 Dominus Ratherus de Dungenen clericus Coloniensis dyocesis canonicus Monasteriensis intravit Bononiam 30 secunda die Maii anno Domini 1503, dedit dimidium ducatum.  
 Dominus Laurencius Czoeh de Hallis Magdeburgensis dyocesis arcium magister<sup>\*\*\*</sup> dedit dimidium ducatum.  
 35 Dominus<sup>1</sup> Bernhardus de Bredaw Brandenburgensis diocesis dedit dimidium ducatum.  
 Dominus Iohannes de Helingen Maguntinensis diocesis dedit dimidium ducatum.  
 40 Dominus Wulfgangus Powiske Sleswickcensis diocesis dedit dimidium ducatum.  
 Berhardus Ullensleger canonicus Santtensis<sup>h</sup> dimidium grossettum dedit.
- Ex nationis cistula:
- Item in die palmarum XIII Bolendinos III quatrinos.  
 Item in die pasce XIII Bolendinos II quatrinos.  
 Item in die animarum VII Bolendinos II quatrinos.  
 Item Wolfgangus Symon Puchler dedit ad cistulam 5 XVI Bolendinos.
- Exposita:
- Item antiquis procuratoribus II ducatos.  
 Item pro candelis in die purificationis XVIII libras. 10  
 Item pro ramis palmarum III Bolendinos.  
 Item tabellioni Sebastiano III grossettos.  
 Item in exequiis domini Engelberti Schlacheck X Bolendinos.  
 Item in exequiis familiaris ducis Magnopolie VII Bolendinos.  
 Item fratribus Sancti Dominici pro secunda fovea sepulture X libras.  
 Item monacho in Sancto Fridiano III libras.  
 Item in die animarum pro candelis VII Bolendinos. 20  
 Item pro instrumento possessionis nostre X Bolendinos.  
 Item pro oblacionibus doctoribus in die epiphanie II Bolendinos. 25
- Exposita in die epiphanie pro collacione:
- Pro malvasia II libras VIII quatrinos. fol. 153v.  
 Pro vino XII Bolendinos.  
 Pro clavis III Bolendinos.  
 Pro vitris I libram III Bolendinos. 30  
 Pro celdonibus I libram XII Bolendinos.  
 Pro tapetibus VIII Bolendinos.  
 Pro rebus conductis VI Bolendinos.  
 Pro sackinis XII Bolendinos. 35
- In presencia nobilium venerabiliumque sindicorum a dominis procuratoribus electorum domini Marckwardi de Stain, Georgii de Trutenberg, Valentini de Sunthain, Levini de Felten supputacione legitima et diligenti facta, nationi<sup>1</sup> debitores remansimus in XLI ducatis et LX Bolendinis, quos dominis successoribus iuxta antiquam consuetudinem et ritum dedimus, tradidimus et assignavimus. 40 fol. 154r.

45      <sup>a</sup> obiit anno 1519. *al. m.*      <sup>\*\*</sup> requiescat in pace *al. m.*      <sup>\*\*\*</sup> Qui obiit anno 1533, requiescat in pace *al. m.* 45

<sup>a</sup> Gabriel A.      <sup>b</sup> Rudolf B.      <sup>c</sup> Lewardia B.      <sup>d</sup> Rosenheim B.      <sup>e</sup> Truschses B.      <sup>f</sup> Kemerling B.  
<sup>z</sup> Westerstetten B.      <sup>h</sup> Gauttensis B.

50      <sup>1</sup>) *Abhinc alia manu addita sunt nomina.*

50



## 1504.

Anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quarto, indicione sexta, die ephiphaniæ Domini, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini divina providencia domini Iulii pape secundi, serenissimo et invictissimo domino nostro domino Maximiliano Romanorum imperatore augustissimo, inclita natione dominorum Alamanorum in utroque iure vel altero in insigni gymnasio Bononiensi studencium convocata in ecclesia Sancti Fridiani iuxta antiquam et laudabilem consuetudinem usque in hunc diem observatam, unanimi consensu elegerunt venerabiles viros dominos dominum Ioannem de Wolfersdorf de Bornstoff et dominum Ioannem Balbitz in procuratores; qui iuxta tenorem et formam statutorum onus procuracionis in se susceperunt.

## Recepta:

- Ab antiquis procuratoribus quadraginta unum ducatos et LX Bolendinos.
- 15 A dominis noviciis eodem anno intitulatis:  
Dominus Baldasar Lamberger de Schneperg dedit dimidium ducatum.  
Generosus vir et dominus dominus Sigismundus de Nemitzowes dedit ducatum.
- 20 Dominus Sebastianus Rottaler de Ingolstat dedit quartam ducati.  
Dominus Wilhelmus de Grais canonicus Monasteriensis [de]dit XXV Bolendinos.  
Dominus Nicolaus Bohemus Anser de Sobieslavia<sup>a</sup> dedit unum Karlinum.
- 25 Dominus Anthonius de Schulenborch<sup>b</sup> de Betzendorf<sup>c</sup> dedit dimidium ducatum.  
Dominus Egerdus Stein Hildisemensis dedit XXV Bolendinos.
- 30 Dominus Henricus de Ryn clericus Maguntinensis diocesis dedit XXV Bolendinos.  
Dominus Ioannes Glauburgk<sup>d</sup> Franckfordiensis diocesis dedit XXV Bolendinos.  
Dominus Ioannes Steffani<sup>e</sup> dictus Braun Maguntinensis diocesis dedit XXV Bolendinos.
- 35 Dominus Wolfgangus Rein<sup>f</sup> Ulmensis dedit ducatum dimidium.  
Dominus Wolfgangus Rotel Zwikaviensis dedit X Bolendinos.
- 40 Dominus Georgius de Aufsus de Freunfels Babenbergensis diocesis archipincerna<sup>g</sup> dedit dimidium ducatum.
- Generosus dominus Ludovicus comes in Hanau et dominus in Liechtenberg etc. canonicus Coloniensis, generosus dominus Raynhardus comes in Hanau et dominus in Liechtenberg, generosus dominus Philipus comes de Hohenloe<sup>h</sup> etc. canonicus Herbipolensis, dominus Bruno Trugses<sup>i</sup> Herbipolensis ac Pombergensis<sup>k</sup> ecclesiarum canonicus dederunt quatuor florenos Renenses.
- Severinus Per servitor dominorum comitum in Hanau. Dominus Cristoforus Wyser de Wisburg<sup>l</sup> dedit XXV Bolendinos.
- Dominus Ioannes Waldaufer<sup>m</sup> XVI Bolendinos dedit. Dominus Ioannes Zablatinus de Trencksche<sup>n</sup> Bohemus dedit unum ducatum.
- Dominus Heymricus de Ende diocesis Mixnensis<sup>k</sup> dedit duos ducatos.
- Dominus Arnestus de Augezdetz<sup>o</sup> Bohemus dedit dimidium ducatum.
- Dominus Wilhelmus de Sekhendoff<sup>p</sup> canonicus Aichstetensis<sup>q</sup> dedit unum florenum Renensem.
- 30 Dominus Erhardus Neubawer Zwikaviensis<sup>r</sup> diocesis Noumburgensis dedit X Bolendinos.
- Dominus Ioannes de Lebenstain canonicus Spirensis dedit dimidium ducatum.
- Dominus Georgius Kamelic<sup>s</sup> canonicus ecclesie Sancti Ottonis Stetinensis dedit dimidium ducatum.
- Dominus Bernhardus de Gless<sup>u</sup> diocesis Tridentinensis dedit unum florenum Renensem.
- Dominus Hermanus Cremer clericus Bremensis diocesis dedit XVI Bolendinos.
- 40 Dominus Ieronimus Polster<sup>v</sup> de Stertzing canonicus Brixinensis dedit XVI Bolendinos.

<sup>a</sup> Interfectus Bononie, 15. Decembris anni 1505, et per dominum Florianum de Waldenstein consanguineum suum honorifice humo traditus, cuius anima requiescat in pace *al. m.* <sup>u</sup> Qui dominus Bernhardus creatus cardinalis a Clemente VII. pontifice maximo hic Bononie 1530, anno vero obiit 1539. *al. m.*

<sup>a</sup> Sobieslavia *B.*      <sup>b</sup> Schulenburg *B.*      <sup>c</sup> Betzendorf *B.*      <sup>d</sup> Glauburg *B.*      <sup>e</sup> Steffan *B.*  
<sup>f</sup> Rem *B.*      <sup>g</sup> decst *B.*      <sup>h</sup> Hohenloe *B.*      <sup>i</sup> Trugses *B.*      <sup>k</sup> sic.      <sup>l</sup> Weisburg *B.*      <sup>m</sup> Waldauser *B.*  
<sup>n</sup> Trenchse *B.*      <sup>o</sup> Augezdetz *B.*      <sup>p</sup> Seckhendoff *B.*      <sup>q</sup> Eystettensis *B.*      <sup>r</sup> Swickaviensis *B.*  
<sup>s</sup> Romdic *B.*      <sup>t</sup> Polstrel *B.*



- \* Expense per suprascriptos procuratores eodem anno facte:
- Item in die purificationis Marie pro candelis XVII libras et dimidiam.
- 5 Item pro expensis per bidellum nacionis in ecclesia Sancti Fridiani et aliis necessariis nacionis factis unum ducatum, hoc est III libras et dimidiam.
- Item pro quodam consilio domino Floriano Dolfo pro dispensacione, cum domini nacionis nostre una nocte
- 10 quendam Ungarum non paulum mortaliter vulnerassent, ab illo mirum in modum provocati, et qui ausus erat aliquos iniuriis coram reverendissimo domino prothonotario de Bentivolis in duellum vocitare, II ducatos, hoc est VII libras.
- 15 Item notario tale consilium scribenti XXXV Bolendinos.
- Item exposita pro dispensacione Rome II ducatos, hoc est septem libras.
- Item pro confectione instrumenti treuge inter nacionem nostram et Ungarum unum ducatum.
- 20 Item pro confectione instrumenti pacis II florenos Renenses, hoc est V libras.
- Expense facte pro colacione in die ephiphanie:
- Item pro malvatico XXXII Bolendinos.
- Item pro celdonibus XXXII Bolendinos. 5
- Item pro confectionibus III libras III solidos.
- Item pro vino XV Bolendinos.
- Item pro vitris I libram IX Bolendinos.
- Item vachinis pro omnibus illis afferendis XII Bolendinos. 10
- In presencia nobilium venerabiliumque sindicorum a dominis procuratoribus electorum, domini Iacobi de Saltza et domini Wolfgangi Retwich, domini Valentini de Sunthausen et domini Simonis Gayer, diligenti et legitima supputatione facta, nacioni debitores remansimus in XLIII ducatis et IX Bolendinis, ducato III libras valente et dimidiam, quos dominis successoribus secundum ritum et antiquam consuetudinem dedimus, tradidimus et assignavimus. 20

## 1505.

25 Anno Domini millesimo quingentesimo quinto, indictione octava, in die epiphaniae Domini, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini nostri Iulii divina providencia pape secundi anno eius secundo, serenissimo et invictissimo domino nostro Maximiliano Romani habenas imperii foeliciter moderante, inclita nacione dominorum Germanorum in utroque vel altero iure in insigni Bononiensi dyatriba studencium in ecclesia Sancti Fridiani congregata iuxta pristinam et laudabilem consuetudinem hactenus ob-

30 servatam, unanimi consensu elegerunt venerabiles viros Petrum de Bernsteyn\* nobilem Misnensem et Laurentium Czoeh de Hallis arcium magistrum in procuratores predictae nacionis; qui iuxta formam statutorum onus procuracionis in se susceperunt.

## Accepta:

- A predecessoribus nostris accepimus 43, scilicet quadraginta tres, ducatos aureos largos, ducato valente LXX solidos Bononienses, et 19, videlicet decem et novem Bononienses.
- 35 Et accepimus ex bancho de Felisinis libras quinque, scilicet V.
- 40 Ex penis cistulae nationis: Accepimus 43, scilicet quadraginta tres solidos.
- \* A dominis noviciis eodem anno intitulatis:
- A nobili domino Georio de Polencz Misnensi\*<sup>1</sup> XXV solidos.
- 45
- \* Nunc episcopus Sambiensis *al. m.*
- \* Berstein B.      b sic.      c Turn B.
- 50 <sup>1</sup> Georgius a Polentz ultimus episcopus Sambiensis, 1518 — 1525, Mai. 30. *Mitra in margine picta est.* 50
- Acta nationis Germanicae. 34



- A domino Thoma Rosenpusch Frisingensi XXV Bolendinos.  
 A domino Iohanne Greydener<sup>a</sup> de Schleucz XXV Bolendinos.  
 5 A Paulo Holeczl de Silian Brixensi XXV Bolendinos.  
 A Sigismundo de Waldensteyn Brixensi<sup>b</sup> XVII Bolendinos.  
 A domino Leonardo Eychner de Clusmo<sup>c</sup> Brixensi<sup>b</sup> XVII solidos.  
 10 A domino Heynrico Wytzleven<sup>d</sup> XXXV Bolendinos.  
 A domino Iohanne Ubelher XXXV Bolendinos.  
 A Thoma Marsaner<sup>e</sup> unum Karlinum, quia famulus<sup>e</sup>.  
 A Iohanne Documensi<sup>f</sup> Frisio unum Karlinum, quia famulus<sup>e</sup>.  
 15 A Wylibaldo Appel II Bolendinos, quia famulus.  
 A domino Rodulpho Exhausten de Inssbrugk.  
 A domino Philippo Holkenner Bruteno XXV Bolendinos.  
 20 Expensa per suprascriptos procuratores:  
 In die purificationis Marie virginis pro candelis V ducatos, scilicet quinque, et VI Bolendinos.  
 Fratri ad Sanctum Fridianum 40 Bolendinos.  
 Famulis pro purgando ecclesiam 3 Bolendinos.  
 25 Baiulo candelarum IIII quadrantibus.  
 In exequiis nunctii nationis 1 Bolendinum.  
 Item 3 Bolendinos in die palmarum pro ramis olivarum.  
 Item 1 Bolendinum in exequiis nobilis Wulffgangi Monch, cuius anima requiescat in pace.  
 Pro candelis in die animarum 1 Bolendinum.  
 Item 1 Bolendinum in exequiis Cristoferi Wysers.  
 Item XXI Bolendinos pro marcipano dono dato prespitero, qui in solemnitatibus in nostra natione missas solemniter celebravit.  
 Item I Karlinum pro reficienda sera in capsula in choro ecclesie. 10  
 Expense pro collatione in die epiphaniae Domini:  
 Item pro confectionibus LXXV Bolendinos.  
 Item pro malmatico XXXV Bolendinos.  
 Item pro celdonis<sup>g</sup> XXIII Bolendinos.  
 Item pro vitris XIII Bolendinos. 15  
 Item pro vino XV Bolendinos.  
 Item pro mappis et baiulis XV Bolendinos.  
 Acceptis et expensis omnibus et singulis diligenter computatis in presencia venerabilium et nobilium virorum sindicorum a dominis procuratoribus electorum, videlicet domini Bernhaldi de Gles et Cristofori Scheurlin et Henrici Prembs et . . . . .<sup>b</sup> de Thungen, nationi debitores remansimus in 42 ducatis et XXXV Bolendinis, quos dominis successoribus nostris secundum ritum et antiquam consuetudinem dedimus, tradidimus et assignavimus. Et assignavimus eisdem ultra dictam summam duos intitulatos debitores nationi in LXXV Bolendinis.
- fol. 155v. 30 \* Inventarium rerum mobilium ad dominos scholares nationis nostrae pertinencium et ad cultum divinum in ecclesia Sancti Fridiani extra muros portae Sancti Mammae Bononiae sita dedicatarum:
- Item 2 calices cum coppa de argento et pedibus de ramo.  
 Item 1 capsula magna cum duabus seraturis.  
 35 Item 5 pulvinaria.  
 Item 2 patene.  
 Item 2 missalia cooperta coreo rubeo.  
 Item 1 missale parvum coreo rubeo tectum iuxta morem Romanae ecclesiae.  
 40 Item libri 7.  
 Item 1 pulpitum magnum.  
 Item 2 libri gradualis magni cooperti coreo nigro scripta<sup>h</sup> in pargameno.  
 Item 1 liber gradualis in pargameno, quem dedit dominus Marquardus de Steyn nostre nationi.  
 45 Item 5 pallia altaris.  
 Item XIII tecturae altaris magnae et parvae.  
 Item 3 camisiae cum omnibus paramentis ad missam.  
 Item unum ornamentum de schamelotto nigro cum cruce aurea.  
 Item I ornamentum de tela nigra. 35  
 Item 3 vestes rubee diaconorum et subdiaconorum.  
 Item 3 casule vel pluviales, 1 intexta avibus.  
 Item 1 reliquiarium.  
 Item II turibula.  
 Item 2 tapetiae. 40  
 Item II candelabra ex stanno.  
 Item pelvis una de stanno, et omnia alia ad altare requisita nationis sunt, excepto tympano uno.  
 Has res omnes et singulas nos prefati Petrus de Bernsteyn et Laurentius Czoch de Hallis ibi reperimus, 45 vidimus et iuxta tenorem et observanciam nostrorum statutorum hic consignavimus.

\* nunc canonicus Tridentinus *al. m.*

50

<sup>a</sup> Greydner *B.*      <sup>b</sup> Brixiens. *B.*      <sup>c</sup> deest *B.*      <sup>d</sup> Wytzleven *B.*      <sup>e</sup> fam. in *littera scriptum.*  
<sup>f</sup> Documens. *B.*      <sup>g</sup> sic.      <sup>h</sup> deest nomen.

50



Item duo vexilla, 1 nigrum et aliud flavum, ambo ex serico facta, in festivitibus nationis etc. predictis procuratoribus novis dedimus et assignavimus.

5

1506.

5

Anno incarnationis Domini nostri Ihesu Christi millesimo quingentesimo sexto, indictione nona, die vero epiphaniæ Domini, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Iulii divina providentia pape secundi anno eius tercio, serenissimo et invictissimo domino nostro domino Maximiliano sacrosancti Romani imperii culmen habentis foelicibus moderante, inclita natione dominorum Germanorum in utroque vel altero iure in insigni famigeratissimoque Bononiensi gymnasio studencium in ecclesia Sancti Fridiani extra portam Sancti Mamme congregata iuxta morem, ritum et laudabilem consuetudinem hactenus inviolabiliter observatam, pari voto ac unanimi consensu elegerunt reverendos, nobiles et eruditos viros dominum Florianum de Waldenstein iuniorem, decanum Inticensem et eclesiarum Cipsan<sup>a</sup> et opidi Hallis Valliseni<sup>b</sup> rectorem, dominum Levinum de Velthem prepositum in Hildisheim<sup>c</sup> in dicte nationis procuratores; qui iuxta formam et tenorem statutorum onus procuracionis in se susceperunt.

Accepta:

- A predecessoribus nostris vice ac nomine nationis accepimus ducatos quadraginta duos cum dimidio, scilicet ducatos 42 et dimidium de auro largos.
- 20 Item a nobilibus de Felesinis accepimus libras quinque. Ex cistula nationis nihil cepimus, in quam etiam sub prefectura nostra a nemine nihil unquam positum est. Verum quum conscientia plurimos urgebit urgeatque necesse est, pecuniam penalem successoribus exigendam relinquimus.
- 25 A dominis studentibus hoc anno intitulatis:  
 \* A domino Frederico et domino Heinrico de Dorn[um]<sup>c</sup> fratribus Frisiis<sup>\*\*</sup> accepimus 1 ducatum.  
 [A] domino Simone Rudolf de Monaco 25 Bolendinos.  
 30 A Mathia Renneck<sup>d</sup> de Mansfelt 10 Bolendinos.  
 A Iohanne Raczem<sup>e</sup> de Monaco 35 Bolendinos.  
 A domino Ludvico et Iohanne Furster fratribus de Hassia 50 Bolendinos.  
 A domino Conrado de Bibra<sup>f</sup> Herbipolensi canonico<sup>\*\*\*</sup> et a domino Mauricio de Bibrach Herbipolensi et Bambergensi canonico<sup>\*\*\*\*</sup> et Iohanne Rosener de Monte Regio, dictorum dominorum de Bybra<sup>f</sup> preceptore, II florenos.  
 A domino Ludolpho de Velthem et a domino Valen-
- tino de Tetteleben<sup>†</sup><sup>††</sup> Hildesemensis ecclesie canonicis 1 ducatum.  
 A Heinrico Retman eorum familiare 16 Bolendinos.  
 A Gotfrido de Ostervick<sup>b</sup> 1 ducatum.  
 A domino Michaeli Linck<sup>†††</sup> 1 florenum. 20  
 A domino Nicolao Senfl<sup>b</sup> medium ducatum.  
 A domino Cristophoro Munch<sup>†††</sup> medium ducatum.  
 A domino Iohanne Zuola canonico Brunensi medium florenum.  
 A Balthasar Schutz<sup>††††</sup> 1 medium ducatum. 25  
 A magistro Mauricio Amplonies de Monasterio accepimus medium florenum. fol. 156r.  
 A Iohanne Mus<sup>m</sup> Lubecensi medium florenum.  
 Rudolphus de Hausen sub prioribus procuratoribus intitulatus nobis solvit. 30  
 Wolfgango Ahorner<sup>n</sup> 1 Renensem.
- Expense per<sup>o</sup> dictos procuratores in nationem facte:  
 In die purificationis beate Marie virginis pro candelis nationi erogatis dedimus quinque ducatos, scilicet 5 ducatos, et 42 Bolendinos. 35  
 Priori apud Sanctum Fridianum 40 Bolendinos.  
 In die palmarum pro olivis 3 Bolendinos.  
 Item uni fratri celebranti in nationis solemnibus in die parasceuen et die pascatis 10 Bolendinos.

40

40

\* in Hild. alia manu additum. \*\* Dominus Fridericus obiit epidimiae morbo, cuius animae Deus propitiatur, 1508, 12. Iulii, hora 14. *al. m.* \*\*\* Nunc episcopus Herbipolensis *al. m.* \*\*\*\* obiit in rusticorum sedicione *al. m.*  
 † 1537. electus fuit episcopus Hildesheimensis et anno sequenti a Paulo III. pontifice maximo confirmatus in urbe *al. m.*  
 †† qui peste dotatus obiit anno 1507. *al. m.* ††† diocesis Missenensis *al. m.* †††† Lipsensi *al. m.*

- 45 <sup>a</sup> Apsan B. <sup>b</sup> Vallisein B. <sup>c</sup> Dorn A; Dorn B. <sup>d</sup> Reinneck B. <sup>e</sup> Ratz B. <sup>f</sup> Bibrach B. 45  
<sup>g</sup> Tetteleben B. <sup>h</sup> Östernick B. <sup>i</sup> Linck B. <sup>k</sup> Senfl B. <sup>l</sup> Scutz B. <sup>m</sup> Muss B.  
<sup>n</sup> Amborner B. <sup>o</sup> pro A.

<sup>1)</sup> Conradus IV. a Bibra, episcopus Herbipolensis 1540, Jul. 1—1544, Aug. 8. Mitra in margine picta est. <sup>2)</sup> Valentinus a Tetteleben, episcopus Hildesemensis, 1537—1551, Apr. 19. Mitra in margine adpicta est.



Item in die assumptionis beate Marie virginis pro missa I Karlinum.

Exposita pro collatione in die epiphanie Domini:

5 Primo pro malvatico seu lieo Cretico dedimus medium ducatum.

Pro celdonibus 23 Bolendinos.

Pro zucharo seu confectionibus 1 ducatum.

Pro vino 16 Bolendinos.

10 Pro vitris 12 Bolendinos.

Baiulis 7 Bolendinos.

Pro mappis 11 Bolendinos.

Item pro quodam instrumento cessionis melioramentorum et empneumatum\* in vineam nostram per Lapum factorum, de quo Alexius de Dulphis publicus notarius rogatus extitit, I florenum Renensem.

15 Pro carta ad scribendum instrumentum I groschetum.

20

Perceptis et expositis omnibus et singulis diligenter compu[ta]tis supputatisque in presentia venerabilium et nobilium virorum sindicorum a dominis procuratoribus electorum, videlicet domini Petri de Bernstein, domini Wolfgangi de Seckendorff, domini 5 Heinrici Prembs et Egerdi Steyn\*, nationi debitores remansimus in quadraginta sex ducatis, scilicet 46 ducatis, et 40 Bononiensibus, ducato 3½ libras valente, quos dominis successoribus secundum ritum et antiquam consuetudinem tradidimus et in 10 pecunia numerata de presenti dedimus et assignavimus.

Assignavimus quoque eisdem ultra dictam summam duos intitulatos debitores nationi in quinquaginta Bollendinos, scilicet I florenum Renensem. 15

Res quoque et bona nationis in inventario anni prioris comprehense nequitiam semote et in ullo alterate, ut accepimus, ita et bona restituimus fide.

20

## 1507.

fol. 156 v.

\* Anno christianae salutis millesimo quingentesimo septimo, indictione decima, die vero epiphaniae

25 Domini, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri Iulii divina providentia 25 papae secundi, serenissimo et augustissimo domino nostro Maximiliano sacratissimi Romani imperii monarchiam feliciter moderante, inelyta natione dominorum Theotonicorum in famigerata Bononiensi achademia<sup>b</sup> utriusque vel alterius iuris candidatorum in Sancti Fridiani sacello extra portam Sancti Mamme legitime coacta atque congregata, pro laudabili et multiugis iam annis custodita consuetudine unanimi consensu nec 30 disparibus suffragiis electi fuerunt nobilis vir dominus Iacobus de Saltza legum licentiatus diocesis Misnensis 30 Lusatius et egregius vir dominus Ioannes Brandius artium magister Hildisheimensis in dictae nationis procuratores; qui quidem iuxta statutorum formam procurationis munus subierunt.

Accepta:

A predecessoribus nostris accepimus quadraginta sex 35 ducatos aureos largos et quadraginta solidos Bononienses, scilicet 46 ducatos et 40 Bolendinos.

Ex cistula penarum XV Bolendinos accepimus.

Ab argentariis nobilium de Filasinis libras quinque.

A dominis hoc anno intitulatis:

40 A nobilibus dominis magistro Mathia Lawen domino de Watervelt et domino Marco et domino Petro Lawen Brugianis Fornacensis<sup>c</sup> diocesis et preceptore eorum domino Wilhelmo Obrecht Delfino Tracensis<sup>d</sup> diocesis utriusque iuris licenciato accepimus duos 45 ducatos.

Dominus Wolfgangus Baumgarten<sup>\*\*\*</sup> ex Kuefstein utriusque iuris doctor dedit duos florenos Reinenses<sup>b</sup>.

Dominus Ludovicus Fröschel ex Marhols<sup>f</sup> canonicus 35 Pataviensis I ducatum dedit.

Dominus Ioacheimius de Bulaw I florenum Reinensem.

Dominus Ioannes de Gles XXXV Bolendinos.

Dominus Hemungus Rissenbegghe<sup>g</sup> Sleswicensis canonicus ex ducatu eiusdem de civitate Flensborgensi XXXV Bolendinos.

Dominus Teodoricus Ketteler canonicus maioris ecclesiae Monasteriensis, qui venit die ultima Decembris M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup><sup>b</sup>, dedit XXXV Bolendinos. 45

\* *alia manu additum.* \*\* Hic virtutis nobilitatisque pulchrum specimen et exemplum literarum bonarum culmen, scientiarum miraculum Bononie vulneratus est, demum sanitati restitu[tu]s Germaniam [quaerens] peste Pavia correptus interiit *al. m.*

<sup>a</sup> sic loco emponematum. <sup>b</sup> sic. <sup>c</sup> sic loco Tornacensis. <sup>d</sup> sic loco Traiectensis. <sup>e</sup> Baumbartner B. 50 <sup>f</sup> Fröschel ex Marholtz B. <sup>g</sup> Risenbegghe B. 50



- Dominus Bernardus Scholle\* canonicus Assindensis XXXV Bolendinos.
- Dominus Meinhardus Tobingk Lunenburgensis<sup>b</sup> XXXV Bolendinos.
- 5 Dominus Sewaldus Horneck<sup>c</sup> Nurbergensis<sup>d</sup> XXV Bolendinos.
- Dominus Basilius Wilde Lipcensis<sup>e</sup> XXV Bolendinos.
- Dominus Iohannes Kuchel<sup>f</sup> Gorlicensis<sup>g</sup> quartam ducati.
- 10 Dominus Bernhardus Zaubeck<sup>h</sup> de Zezdietin Moravus XXV Bolendinos.
- Dominus Petrus Anckersen<sup>i</sup> Haderslevensis XXV Bolendinos.
- Dominus Augustinus Geier de Kirchslak<sup>k</sup> XXVII Bolendinos et dimidium.
- 15 Dominus Ioannes Dictramus et Leonardus de Pilsen<sup>l</sup> fratres Boemi promiserunt I ducatum.
- Dominus Franciscus Reusene Lembergensis<sup>m</sup> Vratislaviensis diocesis promisit XXXV Bolendinos, scilicet medium ducatum.
- 20 Dominus Cristophorus Longolius<sup>o</sup> medium florenum Reni.
- Dominus Philippus Brutenus sub aliis intitulus nobis solvit XXV Bolendinos et medium florenum Reni.
- 25 Dominus Adam Strigoniensis<sup>p</sup>.
- Iohannes Roberti pauperculus.
- Ioannes Kreyser de Heidenheim<sup>q</sup> nichil.
- Ioannes Frei de Hora famulus.
- 30 \* Expensa:
- In die purificationis Mariae pro candelis expendimus 3 ducatos, scilicet tres, et quattuor libras.
- Priori apud Sanctum Fridianum solvimus quadraginta Bolendinos et 2 libras.
- 35 In die palmarum pro olivis et candelis parvis V Bolendinos.
- Item quando fuit [sepultus]<sup>r</sup> dominus Wolfgangus Baumgarten expendimus quinquaginta duos Bolendinos.
- In exequiis domini Michaelis Link V Bolendinos.
- Monacho in die omnium sanctorum V Bolendinos.
- Pro marceo pane donato domino Ioanni Croto<sup>††</sup> de 5 Monteferrato, quando fecit nobis consilium contra Anglicos in causa sindicatus<sup>†††</sup>.
- Pro quattuor linteolis ad divinum usum XVIII Bolendinos.
- Pro incenso ex ampullis 3 Bolendinos. 10
- In die nativitatibus Domini monacho V Bolendinos.
- Pro fenestra vitrea in ecclesia Sancti Fridiani reficienda XXVIII Bolendinos.
- Pro chartis ad alias duas 3 Bolendinos.
- Baiulo 2 Bolendinos. 15
- In die Iovis sancta pro oleo 3 Bolendinos.
- Pro ientaculo in die epiphaniae:
- Pro celdonibus dedimus XXV Bolendinos.
- Pro malvasia LVI Bolendinos. 20
- Pro vittris XIII Bolendinos.
- Pro zacharo unum ducatum et XX Bolendinos.
- Pro mappis VII Bolendinos.
- Pro vino VIII Bolendinos.
- Baiulo 2 Bolendinos. 25
- In presencia nobilium et venerabilium sindicorum a dominis procuratoribus electorum, domini Petri de Bernstein, domini Ioannis de Lewenstein et domini Henerici Brummis, domini Ioannis Mus, diligenti racionacione facta, nationi debitores remansimus 30 fol. 157r. in quadraginta octo ducatis et XXIX Bolendinis, quos dominis successoribus iuxta antiquam consuetudinem dedimus, tradidimus et assignavimus etc.
- Assignavimus eciam eis ultra dictam summam duos 35 debitores nationi in uno ducato et dimidio.

1508.

fol. 157r.

- 40 A nativitate Domini millesimo quingentesimo octavo, indictione undecima, die vero epiphaniae, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Iulii divina providentia papae secundi, serenissimo et augustissimo domino domino nostro Maximiliano gloriosissimi Romani imperii habenas foeliciter gubernante, inclita natione dominorum Theutonicorum in celeberrimo ac famigerato Bononiensi gymnasio
- 45
- \* Qui fuit consul Lypsie *al. m.*    \*\* Qui fuit Georgii ducis Saxoniae cancellarius obiitque anno 1525; requiescat in pace; obiit Lipsiae anno 1525. *alio manibus.*    \*\*\* Ciceroniana phrasis peritissimus *al. m.*    † nunc medicinae doctor in Silesia apud Schwidnicenses agit *al. m.*    †† Io. Crotus iuris consultissimus *al. m.*    ††† Angli de syndicatu cum nostris certarunt *al. m.*

- 50    \* Scolle B.    b Laineburg. B.    c Horneck B.    d Nornberg. B.    e Lipsensis B.    f Kuch B. 50  
 g Gerlicensis B.    h Laubeck B.    i Ancherse B.    k Kirslach B.    l Pissen B.    m Lemberg. B.  
 n Haidenbaim B.    o deest A.



utriusque vel alterius iuris professorum in Sancti Fredriani sacello extra et prope portam Sancti Mammae legitime coacta atque congregata pro inveterata multisque annis custodita et laudabiliter observata consuetudine, unanimiter parique voto nec disparibus suffragiis electi fuerunt nobiles vir dominus Bernardus de Gless<sup>a</sup> diocesis Tridentinae ac utriusque universitatis generalis syndicus et venerabilis vir dominus Mauritius Ebelinck<sup>b</sup> arcium magister ecclesiae Lubicensis canonicus in dictae nationis procuratores; qui quidem iuxta tenorem statutorum procurationis onus subierunt.

## Accepta:

A predecessoribus nostris accepimus quadraginta octo ducatos aureos largos et XXIX Bolendinos Bononienses, scilicet 48 ducatos et Bolendinos 29.  
Ex cistula nationis solidos 17.  
Ex bancho de Felesinis libras 5.

## A dominis hoc anno intitulatis:

A domino Alexandro de Zeweim<sup>\*c</sup> dimidium ducatum.  
15 Dominus Ioannes de Techwicz<sup>d</sup> dimidium ducatum.  
Dominus Federicus de Leonrodt canonicus Eychstentensis florenum Renensem.  
Dominus Wolphgangus Mellerstadt<sup>\*\*</sup> medium ducatum.  
Dominus Guolfgangus Riessenbust<sup>e</sup> medium ducatum.  
20 Dominus Georgius Ziegler diocesis Augustensis, dominus Otto de Kettingen diocesis Coloniensis, dominus Federicus Haydh diocesis Bambergensis, eorum preceptor, florenos duos.  
Dominus Petrus Magni dedit Bolendinos 17.  
25 Dominus Ioannes Moller Hamburgensis quinque Carlinos.  
Dominus Ioannes Oldendorp<sup>\*\*\*</sup> Hamburgensis quinque Carlinos.  
Dominus Balduinus Fastardus de Hollandia<sup>†</sup> diocesis Leodiensis medium ducatum debet<sup>††</sup>.

## Erogata:

Pro candelis in die purificationis libras 13 solidos 15.  
Item notario ecclesiae libras 2.  
Item pro olivis in die palmarum solidos 2. 10  
Item pro refectione sigilli quatrinos 5.  
Item in die omnium animarum pro thure et candelis solidos 3.  
Item in die epiphaniae pro caldonibus<sup>f</sup> libram I quatrinos 4. 15  
Item pro vino libram I quatrinos 4.  
Item pro mappis solidos 14.  
Item pro clavibus solidos 2 quatrinos 4.  
Item pro malvatico ducatum.  
Item pro zucharo libras 5. 20  
In presentia nobilium dominorum sindicorum a procuratoribus electorum, silicet<sup>f</sup> domini Thomae Rudolff, domini Ioannis Furster, domini Meynardi Tobinck, domini Mathiae Reineke, sumpto diligenter calculo, nationi debitores<sup>g</sup> remansimus in XXXXVIII ducatis et solidis XXV quatrinos 13, scilicet<sup>f</sup> in ducatis quadraginta octo et solidis viginti quinque et quatrinis tredecim, quos dominis successoribus iuxta antiquam consuetudinem dedimus, tradidimus et assignavimus etc. 30

fol. 158r.

1509.

35 A nativitate Domini millesimo quingentesimo nono, indictione decima, die vero epiphaniae Domini, 35 tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri Iulii divina providentia pape secundi, serenissimo ac augustissimo domino nostro Maximiliano sacratissimi Romani imperii monarchiam foeliciter moderante, inclita natione dominorum Germanorum in famigerata<sup>b</sup> Bononiensi<sup>i</sup> achademia utriusque vel alterius iuris candidatorum in Sancti Fredriani sacello extra portam Sancti Mammae legitime  
40 coacta atque congregata pro laudabili (et multis annis custodita) consuetudine, nominati ac designati fuerunt 40 ab antiquis procuratoribus nobilis vir dominus Cristophorus Munich de Mertenskyrch diocesis Missenensis et egregius vir Ioannes Mus, in locum cuius postea surrogatus fuit egregius vir dominus Henignus Kysenbrugke canonum doctor etc., postea vero unanimi consensu singulorum de natione adiecto albo calculo confirmati et electi fuerunt, ut munus procuratorum dictae nationis subirent iuxta formam statutorum nostrorum; qui

45 ————— 45  
\* qui obiit Lipsiae anno 1528. *al. m.*      \*\* obiit Bononiae anno 1511, XXVI. mensis Marcii *al. m.*      \*\*\* eius opuscula in iure extant *al. m.*      † *alia manu emendatum* Holonia.      †† *alia manus scripsit*: nationi dedit.

<sup>a</sup> Gless *B.*      <sup>b</sup> Ebelinck *B.*      <sup>c</sup> Zeweim *B.*      <sup>d</sup> Fechwicz *B.*      <sup>e</sup> Riessenbusch *B.*      <sup>f</sup> sic.  
<sup>g</sup> debitores *bis scriptum A.*      <sup>h</sup> famigerita *A.*



utramque paginam tam excepti quam expensi ac etiam inventarium de rebus mobilibus ad cultum divinum a dicta natione destinatis subscribi fecerunt cum novitiis, qui nomina sua in nationem nostram isto anno dederunt.

## Accepta:

- 5 A predecessoribus nostris accepimus ducatos quadraginta octo et solidos viginti quinque et quadrantes 13, scilicet ducatos 48 solidos 25 quatrinos 13.  
Ex cistula nationis solidos XVIII.  
Ex bancho istorum de Felesinis libras 5.
- 10 A dominis novitiis, qui conscribi nomina sua in nationem nostram fecerunt isto anno:  
A magnifico ac generoso domino Hermanno comiti<sup>a</sup> de Newenbere canonicus<sup>a</sup> maioris ecclesie Coloniensis accepimus tres florenos Renenses pro se et  
15 Ioanne Cesar<sup>a,b</sup> Iuliacensi preceptori suo.  
Item Gerharo Enschrynghen<sup>c</sup> famulus suus<sup>a</sup> etc.  
A magnifico domino Cristophoro de Sleynitz pro se et Nicolao de Hermesdorff unam coronam.  
A nobili viro domino Siffrido de Hoym<sup>o</sup> Magdeburgensis<sup>a</sup> et Halberstedensis<sup>a</sup> canonicus<sup>a</sup> medium ducatum.  
20 Nobilis vir dominus Cristophorus Gros<sup>d</sup> Missenensis promisit nationi I florenum Renensem<sup>o</sup>.  
A nobili viro domino Sigismundo de Thono Tridentinensis<sup>a</sup> et Brixinensis<sup>a</sup> canonicus<sup>a</sup> medium ducatum.  
25 A domino Iustiniano Moser Constantinensi medium ducatum.  
A domino Eytel Senst<sup>e</sup> de Hallis in Suevia medium ducatum.  
30 A domino Iacobo de Medritz Moravo ecclesie collegiate Brunnensis canonicus<sup>a</sup> 20 solidos.  
A domino Iudoco Ehingher<sup>f</sup> medium florenum Renensem.  
A domino Georgio Freyentaler Moravo de Olmitz 20 Bolendinos.  
35 A domino Tilmanno Dinslagen medium florenum Renensem.  
A domino Karalo ex occidentali Frisia medium florenum Renensem et X quatrinos.  
A domino Ioanne Mecker de Kotwil sex Karlinos.  
40 A domino Georgio Saurman de Vratislavia canonicus<sup>a</sup> Lubucensis<sup>†††</sup> medium ducatum.  
A domino Adolpho Eicholtz ecclesie dive Marie Coloniensis canonicus<sup>a</sup> medium florenum Renensem.  
A domino Iacobo Conreschim<sup>h</sup> Coloniensi medium florenum Renensem.  
45
- Item dominus Ioannes Knewssel I Karlinum.  
A domino Matheo Richardi medium florenum Renensem.  
A domino Iacobo Ebel de Berlyn<sup>i</sup> I Karlinum<sup>†††</sup>.  
A domino .....<sup>k</sup> III Karlinos.
- Expensa: 10  
Pro candelis in die purificationis tres ducatos et 61 Bolendinos.  
Item priori Sancti Frideriani<sup>a</sup> 2 libras.  
Item tres ducatos, quando tota nacio viritim inter se contribuit, superauxit natio de pecunia sua, ut munusculum comiti Merandulensi conficeretur etc.  
Item sex libras pro candelabris magnis in Sancto Frideriano<sup>a</sup>.  
\* Item pro zucharo ducatos duos. fol. 158 v.  
Item pro celdonibus 26 Bolendinos. 20  
Item pro crathis XII Bolendinos.  
Item pro mappis X Bolendinos.  
Item pro XIII ulnis et dimidia lintei pro alva et amictu quinque libras et III katrinos.  
Item venditrici XV katrinos. 25  
Item pro filo albo I Bolendinum.  
Item pro colerio albo II Bolendinos.  
Item pro viginti duabus ulnis cordelle de serico rubeo pro circumductione predictorum ornamentorum alve, scilicet XVIII Bolendinos II quatrinos. 30  
Item mulieri pro factura, serico consutili et cordellis albis ac aliis neccessariis dedi XXV Bolendinos et III quatrinos.  
Item pro cingulo albo sororibus Sancte Agnetis XV Bolendinos. 35  
Item pro uno corporali VIII Bolendinos.  
Item famulo I Bolendinum.  
Item 5 libras et XVI Bolendinos et tres quatrinos pro dalmasto albo ad albam novam etc.  
Item pro ulna lintei rubei pro subductura stole, 40 manipuli et amicte IIII Bolendinos.  
Item in die palmarum pro lotione lintheaminum et ramis olivarum X Bolendinos et III quatrinos.  
Item 3 Bolendinos cum offertorio et 5 quatrinos capellano in cena Domini. 45

<sup>a</sup> Ioannes Caesarius vir eruditissimus *al. m.*

<sup>o</sup> obiit anno 1510. *al. m.*

<sup>o</sup> Non dedit *al. m.*

<sup>†</sup> assessor camerae imperialis *al. m.*

<sup>††</sup> qui anno 1513. utriusque universitatis rector est electus *al. m.*

<sup>†††</sup> debet *al. m.*

50 <sup>a</sup> sic. <sup>b</sup> Caesario *B.* <sup>c</sup> Enshrynghen *B.* <sup>d</sup> Gross *B.* <sup>e</sup> Henst *B.* <sup>f</sup> Chingher *B.* 50  
<sup>g</sup> Lubic. *B.* <sup>h</sup> Coreschim *B.* <sup>i</sup> Berlin *B.* <sup>k</sup> nomen deest.



Item I sollidum in die animarum pro candelis.  
 Item XI quatrinos baiulatoribus.  
 Item XVI quatrinos pro rodi\* et melauri.  
 Item pro vino in die ephiphanie Domini X Bolen-  
 5 dinos.  
 In presenciam nobilium sindicorum a procuratoribus  
 electorum, scilicet domini Baltezar Schutz, domini

Sigismundi de Waldesteyn, domini Valentini de  
 Tittleben, domini Bernhadi Zolle, sumpto dili-  
 genter calculo, nationi remansimus debitores in  
 quadraginta quatuor ducatis et octo solidis, scilicet  
 44 ducatis et 8 solidis, quos dominis successoribus 5  
 iuxta antiquam consuetudinem dedimus, tradidimus  
 et assignavimus etc.

10  
 fol. 159r.

1510.

10

A nativitate Domini millesimo quingentesimo decimo, indictione undecima, die vero epiphaniae  
 Domini, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri Iulii divina providencia  
 15 pape secundi anno octavo, serenissimo ac augustissimo domino domino nostro Maximiliano sacratissimi Romani 15  
 imperii monarchiam foeliciter moderante, inclita natione dominorum Germanorum in famigerata Bononiae  
 achademia utriusque vel alterius iuris candidatorum in Sancti Fridiani sacello extra portam Sancti Mammae  
 legitime coacta atque congregata pro laudabili et multis annis custodita consuetudine, nominati ac designati  
 fuerunt ab antiquis procuratoribus nobilis vir dominus Iohannes de Gless Tridentinae diocesis ac nobilis vir  
 20 dominus Ioachynus\* Bulaw diocesis Ratzeburgensis, postea vero unanimi consensu singulorum de natione 20  
 adiecto albo calculo confirmati et electi fuerunt, ut munus dicte nationis subirent iuxta formam statutorum  
 nostrorum; qui utranque\* paginam tam accepti quam expensi ac etiam inventarium de rebus mobilibus  
 ad cultum divinum a dicta natione destinatis subscribi fecerunt, qui nomina sua in nationem dederunt nostram.

Accepta:

25 A predecessoribus nostris accepimus ducatos quadra-  
 ginta quatuor et octo solidos.  
 Ex cistula nationis solidos 21.  
 Ex banco de Foesinis libras 2<sup>a</sup>.  
 30 A dominis hoc anno intitulatis:  
 A domino Rodolpho Kneheym<sup>b</sup> maioris ecclesiae Mo-  
 nasteriensis<sup>c</sup> dimidium ducatum.  
 A domino Hermano Smising maioris ecclesiae Mona-  
 steriensis dimidium ducatum.  
 35 A domino Bernardo de Mildunck maioris ecclesiae Mo-  
 nasteriensis dimidium ducatum.  
 A domino Antonio a Prato dimidium ducatum.  
 A domino Ioachino Eickstet triginta unum Boloninum.  
 A domino Earicho Bunau canonico Numburgensi<sup>c</sup>  
 40 dimidium ducatum.  
 A domino Hieronymo Pucholez unum florenum.  
 A domino Iohanne Polster dimidium ducatum.  
 A domino Thoma de Franck Frisone tres Carlinos.  
 A domino Theodorico Zuepuck<sup>d</sup> tres Carlinos.  
 45 A domino Iohanne Bratenbach dimidium ducatum.

A domino Carolo Miltiez<sup>e</sup> unam coronam.  
 A domino Ugone Nulensi Frisone dimidium ducatum. 25  
 A domino Gerardo Bodde Frisone dimidium ducatum.  
 A domino Gaspare Ursino tres Iulios.  
 A domino Rodolpho Bande<sup>f</sup> tres Iulios.  
 A domino Christophoro Rorbach canonico Pataviensi  
 dimidium ducatum. 30  
 A domino Federico Golitz canonico Lubucensi<sup>g</sup> dimi-  
 dium aureum.  
 A domino Alberto Langbeck<sup>h</sup> florenum Rhenensem.  
 A domino Iohachino<sup>i</sup> Venstede tres Iulios.  
 A domino Petro Bromtze duos Karlinos. 35  
 A domino Damiano Hirni<sup>ii</sup> dimidium ducatum.

Erogatis:

Item pro refectione vexilli Karlinos 2 solidum 1 qua-  
 trinos 2. 40  
 Item in purificatione beate Marie virginis ducatos 5  
 solidos 6 quatrinos —.  
 Item priori Sancti Fridiani libras 2.  
 Item pro olivis solidos 3 quatrinos —.  
 Item pro candelis parvis solidos 3 quatrinos —. 45

\* obiit eodem anno *al. m.*

\*\* qui occidit Wolfgangum Mollerstatinum Wittenbergensem *al. m.*

<sup>a</sup> sic.    <sup>b</sup> Rucheim B.    <sup>c</sup> Naumburg. B.    <sup>d</sup> Zuepuck B.    <sup>e</sup> Milen B.    <sup>f</sup> Nomen de-  
 50 letum, et Odulpho van der Noeth *suprascriptum est A*; Odulphus Vanderloeth B.    <sup>g</sup> Lubic. B.    <sup>h</sup> Langbecke B. 50



- Item in die pentecostes pro candelis ac thure solidos 2 quatinos 2.  
 Item in die pentecostes solidos 2 quatinos —.  
 Item pro lotione lenteaminum solidos 6 quatinos —.  
 5 Item in die assumptionis virginis Mariae pro missa celebranda solidos 5 quatinos 4.  
 Item in die Catherinae pro missa solidos 3 quatinos —.  
 Item pro exequiis Sifredi de Hoim pro duabus candelis parvis et magnis ac pro thure solidos 18.  
 10 Item pro missis eiusdem Sifredi solidos 12.  
 Item pro rebus nostris asportandis reportandisque solidos 15 quatinos —.  
 Item pro exequiis domini Rodolphi solidos 10 —.  
 Item pro candelis pro festo omnium sanctorum ac 15 animarum solidos 3.  
 Item pro missis celebrandis pro festo omnium sanctorum ac animarum solidos 14.  
 Item pro fenestris solidos 2 quatinos 3.  
 Item in die epiphaniae Domini solidos 7.  
 20 Item pro cialdonibus solidos 24.  
 Item baiulis solidos 5.  
 Item pro malvatico solidos 28.  
 Item pro vino solidos 23.
- Item pro sacharo ducatos 2 solidos 3.  
 Item pro clavibus solidum 1.  
 Item pro ciathis solidos 14.  
 Item pro mappis solidos 7.  
 Item pro literis insculpendis supra nostram sepulturam 5 in Sancto Dominico solidos 12.  
 A doctoribus qui eo anno gradus assumpserunt accepimus:  
 A nobili ac egregio viro Udelrico de Lapicz Australi ducatos 2. 10 fol. 159<sup>v</sup>.  
 Ab egregio domino Thoma Ruedolf ducatum 1.  
 A nobili domino Ludovico Furster florenum 1.  
 A nobili domino Iohanne Greudner ducatum 1.  
 In presentia nobilium sindicorum a procuratoribus electis domino Iohanne Furster ac domino Federico 15 de Leonrod necnon commendabilibus dominis syndicis domino Valentino de Tetteleben Hildesemensi et domino Iohanne Moller Hamburgensi sumpto diligenter calculo, nationi debitores remansimus in ducatos quadraginta novem ac unum aureum Re- 20 nensem, scilicet in ducatos 49 ac 1 aureum, quos dominis successoribus iuxta antiquam consuetudinem dedimus, traddidimus et assignavimus etc.

25

25

## 1511.

fol. 160<sup>v</sup>

Anno a nativitate Christi millesimo quingentesimo undecimo, indictione duodecima, die vero epiphaniae Domini, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini nostri Iulii divina providencia pape secundi anno nono, serenissimo ac augustissimo domino domino nostro Maximiliano sacratissimi Romani imperii habenas feliciter moderante, inclita nacione dominorum Germanorum in famigerata Bononiensi achademia utriusque vel alterius iuris candidatorum in Sancti Fridiani sacello extra portam Sancti Mamme legitime coacta atque congregata pro laudabili et per multos annos observata consuetudine, nominati ac designati fuerunt ab antiquis procuratoribus nobilis vir dominus Iohannes de Leonsteyn canonicus 35 Spirensis ac dominus Meynhardus Tobingk Lunenburgensis, postea vero unanimi consensu singulorum de nacione, adiecto albo calculo, electi et confirmati fuerunt; et cum dominus Meynhardus predictus hinc discederet, substituit dominum Iohannem Muller Hamburgensem; qui dominus Iohannes Moller hinc abiens dominum Iohannem Oldendorp Hamburgensem substituit. A domino Iohanne de Leonsteyn substitutus fuit 40 dominus Iohannes Furster de Cassel Hessus; qui omnes munus procuratorum dicte nacionis iuxta formam statutorum nostrorum subierunt, quique utramque paginam tam accepti quam expensi confecerunt.

## Accepta:

- A predecessoribus nostris accepimus ducatos quadraginta novem et decem Karlinos.  
 45 Ex communi nacionis contributione ducatos duos et quatuor Karlinos.  
 Ab argentariis Felisinorum accepimus libras quinque.  
 A doctoribus:  
 A domino Cristophoro Munch utriusque iuris doctore 50 unum florenum Renensem.  
 Acta nationis Germanicae.
- A domino Paulo Holtzel doctore unum florenum.  
 A domino Iohanne de Technitz tres Marcellos.  
 A dominis noviciis hoc anno intitulatis:  
 A domino Martino Gruningk Bremensis diocesis quatuor Karlinos. 45  
 A domino Gregorio Angelo Augustensis diocesis arcium magistro duos Carlinos.  
 A domino Arnaldo Glauburgk de Franckfordia dimidium ducatum. 50

35



- A domino Henrico Eberbach de Erfordia dimidium ducatum.
- A generoso et nobili domino Henrico de Rosenberg Bohemie barone pro se et preceptore suo Simone Villatico et Nicolao Ritzantzki famulo ducatos duos.
- A nobili et strenuo viro domino Wilhelmo Schenck de Tautenbergk coronas duas.
- A domino Melchiore de Gerstorff de Rudelstorff\* dimidium ducatum.
- 10 A domino Wilhelmo Lochorst unum florenum Renensem.
- A domino Simone Gairthort Burgundione unum florenum.
- fol. 161r. A domino Caspate Lindeman de Eysleben arcium magistro sex Marcellos.
- 15 A domino Sebaldo Huber\*\* I florenum.
- A domino Iohanne Trislitz Pruteno\*\*\* dimidium florenum.
- A domino Iohanne et domino Wenzeslao Bohemis ducatos tres.
- 20
- Exposita:
- Item unam coronam XXXII Bolendinos II quatrinos, ut siccarius Mutine caperetur.
- 25 Item duos ducatos quatuor Bolendinos III quatrinos illis, qui Imolam complices siccarii quesitum iurant.
- Item duos florenos Philippo Birretaro, ut siccarios iudicaret.
- 30 Item tres ducatos cum dimidio domino Iohanni Polster Mutinam eunti pro iustificando grassatore.
- Item unum ducatum pro equis conducendis.
- Item XXVII Bolendinos tabellario, ut literas Mutinam portaret.
- 35
- Item unum ducatum et unum Marcellum domino Iohanni Polster tercio Mutinam eunti.
- Item duos ducatos ad doctorem Iohannem de Castello Vitreo Mutinam transmisimus.
- Item XI Karlinos pro lignis emendis. 5
- Item X Karlinos pro palis.
- Item III Bolendinos fabro.
- Item XI ducatos fabro lignario pro instauranda domo possessionis nostre.
- Item quinque coronas pro lapidibus et materia 10 emenda.
- Item I Bolendinum baiulo.
- Item VIII Bolendinos III quatrinos pro candelis.
- \* Item VI Bolendinos pro candelis, quas Felisinis dedimus. 15
- Item quatuor ducatos pro candelis in die purificationis beate Marie virginis.
- Item quadraginta Bolendinos capellano.
- Item XVIII Bolendinos III quatrinos in exequiis domini Wolfgangi Mellerstats. 20
- Item VI Bolendinos pro candelis et ramis olivarum in die palmarum.
- In presencia nobilium dominorum sindicorum a novis procuratoribus electorum, scilicet domini Iohannis de Zuola huius studii sindici, domini Iohannis de Gles, domini Melchioris de Gerstorff necnon domini Iohannis Polster, sumpto diligenter calculo, nacionis debitores remansimus in ducatis triginta uno Bolendinis triginta sex quatrinis tribus, scilicet ducatis XXXI Bolendinis XXXVI quatrinis III; quos dominis successoribus et novis procuratoribus iuxta consuetudinem tradidimus et assignavimus. 30

fol. 161r. \* Sequitur pictura miniaria, qua exprinuntur insignia familiarum de Hermsdorff<sup>1</sup> et Rudolf<sup>2</sup>, super quibus pictae sunt imagines sancti Nicolai de Bari et sancti cuiusdam senis, qui tenet dextra manu hastam, sinistra libram.

fol. 162r.

\* 1512.

40 Anno christiane salutis millesimo quingentesimo duodecimo, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri Iulii divina providencia pape secundi anno decimo, serenissimo ac augustissimo domino nostro Maximiliano sacratissimi Romani imperii habenas feliciter moderante, die secunda mensis Augusti, nam bellici tumultus tunc solito tempore electionem prohibebant, inclita nacione dominorum Alemanorum in famigerata Bononiensi achademia utriusque vel alterius iuris candidatorum in ede Sancti Dominici, quod tunc sacellum Divi Fedriani dirutum esset, legitime coacta atque congregata pro 45 laudabili et per multos annos observata consuetudine, nominati ac designati fuerunt ab antiquis procura-

\* canonicus Wratislaviensis et custos Glogoviensis obiit 1538 eadem manu additum.

\*\*\* Canonico Wratislaviensi eadem manu additum.

\*\* Cive Vratislaviensi eadem

50 <sup>1</sup>) cf. Siebmacher I, 167.

<sup>2</sup>) cf. Phil. Apian Topogr. v. Bayern. p. 491.



 Ex capsula nationis XXI Bolendinos et IIII quadrinos.  
 Ab illis de Felisinis quinque libras.  
 Ex parte domini Mauricii Reynach XXX Bolendinos  
 30 ex debito.  
 A domino Iohanne Hilbrandi sex ducatos aureos lar-  
 gos ex fideiussione, quam fecit pro domino Luberto  
 Kunig hic defuncto.  
 A recedentibus:  
 35 A domino Philippo Renner iuris utriusque doctore  
 XXV Bolendinos.  
 A domino Iohanne Hilbrandi de Gruningen iurium  
 doctore medium florenum Rhenensem ac monetam  
 argenteam, medium ducatum valentem.  
 40 A domino Antonio Ruedolf ex Monacho medium  
 ducatum.  
 A novitiis scholaribus:  
 A domino Iohanne Baptista Naturello natione Germano  
 ex Brabantia<sup>c</sup> unum ducatum de Camera.
- A domino Ambrosio de Mosham natione Stiro unum  
 Rhenensem in auro.  
 A domino Iacobo de Mosham Stiro unum florenum 25  
 in auro.  
 A domino Cristophoro de Stenntz I florenum in auro.  
 A domino Leopoldo Hoelfus<sup>d</sup> ex Austria I florenum  
 in moneta.  
 A domino Volfgango Huetstokher I florenum in moneta. 30  
 Dominus Leo Lessch pre- } diocesis Frisingensis in-  
 positus<sup>e</sup> } scripti duos florenos pro-  
 Dominus Ioannes Lessch } miserunt.  
 Dominus Gaspar Gressel Vratislaviensis inscriptus na-  
 tionis promisit<sup>\*\*</sup> unum florenum Rhenensem. 35  
 A domino Iohanne Neroszotter pro inscriptione antea  
 facta unum florenum Rhenensem in moneta.  
 A domino Gallo Schytz de Ytingental octo coronae  
 mutuo acceptae.  
 Ex venditione topicorum Ciceronis unum Carlenum. 40

## Exposita:

Pro vitreis poculis ruptis in electione nostra, quae in  
 comptum veterum procuratorum deducta non fue-  
 runt, XVIII Bolendinos.

45

\* nunc factus episcopus ibidem *al. m.*\*\* et dedit *al. m.*

45

<sup>a</sup> Nosvitz *B.*<sup>b</sup> Ytingental *B.*<sup>c</sup> Brabantia *B.*<sup>d</sup> Hoelfus *B.*

50

<sup>1)</sup> Leo Loesch ab Hildershausen, episcopus Frisingensis, 1552, Febr. 15—1559, Apr. 8. Mitra cum baculo adpicta est.

50



- Item pro candelis cereis in die purificationis beatae  
 Mariae virginis XII libras et X Bolendinos.
- Item baiulo pro exportandis rebus nationis, candelis  
 et aliis ad Sanctum Franciscum III Bolendinos.
- 5 Item baiulis pro portandis libris, cista et aliis rebus  
 nationis secundum variam mutationem habitationum  
 procuratorum octo Bolendinos et 4 quadrantes.
- \* Item pro nova sera fienda et capsula nationis refi-  
 cienda 7 Bolendinos et 3 quadrantes.
- 10 Item pro cera rubea quattuor Bolendinos.
- Item pro ramis palmarum tres Bolendinos.
- Item baiulo pro portatura rerum nationis in die pal-  
 marum duos Bolendinos.
- Item baiulo qui portavit res nationis ad Sanctum  
 15 Franciscum in die pascatis 2 Bolendinos.
- Item pro portando bancho ex possessione nostra et  
 rebus nationis ex ecclesia Sancti Fridiani tempore  
 guerrae cum Bentivolis tres Bolendinos.
- Item pro hastis triginta longis quattuor ducatos de  
 20 Camera.
- Item pro portatura earundem 4 Bolendinos.
- Item pro lavandis et resarciendis rebus nationis ad  
 cultum divinum 3 Bolendinos.
- Item sacerdoti in die pentecostes celebranti suppleti  
 25 3 Bolendini.
- Item eodem die baiulo octo quadrantes.
- Item Melchiori de Seyen Coloniensi egrotanti duae co-  
 ronae mutuo datae.
- Item in die assumptionis beatae Mariae virginis sa-  
 30 cerdoti celebranti XXI quadrantes.
- Item bidello Schoto post singulorum quasi contribu-  
 tionem, cum febre laboraret, tres Marcellos ex fisco  
 dedimus.
- Item Matheo Widman Lipsico Florentiae egrotanti ex  
 35 consensu nationis octo coronae mutuo datae.
- Item sacerdoti celebranti in die omnium sanctorum  
 supplevimus 15 quadrantes.
- Item pro cereis candelis in die omnium animarum ad  
 sepulchrum nationis 7 Bolendinos et 3 quadrantes.
- 40 Item pro pensione ecclesiae 40 Bolendinos.
- Item in die sanctae Catherinae sacerdoti celebranti  
 supplevimus 14 quadrantes.
- Item eodem die baiulo unum Bolendinum.
- Item pro sera nova ad cistam nationis magnam quin-  
 que Bolendinos.
- Item in die nativitatis Domini sacerdoti celebranti  
 additi tres Bolendini. 5
- Item nuncio publico et notario, qui registravit arestum  
 factum super pecunia Mathei Widman, quattuor Bo-  
 lendinos. fol. 173r.
- Item pro zucharo in electione novorum procuratorum  
 sex libras et decem Bolendinos. 10
- Item pro media corbe vini dulcis 35 Bolendinos.
- Item pro portatura eiusdem duos Bolendinos.
- Item pro vino malvatico sex Julios.
- Item pro caldonibus viginti quattuor Bolendinos.
- Item pro vitreis poculis in electione novorum pro- 15  
 curatorum ruptis 13 Bolendinos.
- Item baiulis portantibus scamna, tapeta, vina, zu-  
 charum et alia 10 Bolendinos.
- Item domino Gallo Schytz octo coronae quas nationi  
 dederat solutae sunt. 20
- Item baiulis portantibus bona nationis ad domum  
 novorum procuratorum unum Carlenum.
- Item 21. Martii, natione legitime convocata, de con-  
 sensu eiusdem domino Philippo Obermayr decem  
 ducati per nationem prius mutuo dati, tum ob me- 25  
 rita ac sumptus magnificos, quos pro nationis nostrae  
 honore fecit, tum ob ambiguum de uno Germano  
 pro armorum impetratione secum Romam mittendo  
 promissione[m], remissi sunt. 30
- In praesentia nobilium dominorum novorum procura-  
 torum ac sindicorum antiquorum et a novis pro-  
 curatoribus electorum, videlicet domini Wolfgangi  
 de Lutichau, domini Theodorici de Moltzan, do-  
 mini Baldassaris de Rechenberg et domini Iacobi 35  
 de Mosham, dato diligenti calculo, nationis debitores  
 remansimus in ducatis sex de Camera et XXX Bo-  
 lendinis, quos dominis successoribus nostris pro  
 antiqua consuetudine una cum ceteris rebus ad  
 nationem nostram pertinentibus numeravimus, tra- 40  
 didimus et assignavimus.

45

\* 1523.

45 fol. 173v.

Anno christianae salutis millesimo quingentesimo vigesimo tercio, pontificatus sanctissimi domini  
 nostri domini Adriani divina providencia pape sexti, ac invectissimi<sup>a</sup> et augustissimi Caroli quinti Roma-  
 norum imperatoris, archiducis Austriae ac Hispaniarum regis serenissimi, anno quarto, in die epiphaniae Do-  
 \* mini, inclita dominorum Germanorum natione in celeberrimo Bononiensi gymnasio utriusque iuris candida-

50

50

<sup>a</sup> sic.

Acta nationis Germanicae.

37



torum congregata extra portam Sancte<sup>a</sup> Mamme in sacello divi Fridiani pro more institutoque maiorum tradito, nominati ac designati fuerunt a superioribus procuratoribus generosus ac illustris dominus Fridericus ex comitibus a Noenar dominus in Alpen canonicus Coloniensis etc. et nobilis ornatissimusque adolescens dominus Eustachius a Slivien<sup>b</sup>, postea vero unanimi consensu singulorum de natione delecti<sup>a</sup> et confirmati  
 5 in procuratores inclitae nationis Germaniae fuerunt; revocato autem a suis in patriam generoso comite Frideric  
 10 rico etc., die decimo octavo mensis Ianuarii consensu omnium nostrae nationis vices suas nobili domino Iacob a Mosham Styro tradidit; cuius collega Eustachio haud ita multo post acerbissima patris morte domum egre arrepto, munus suum nobili domino Theodoro Moltzan hereditario marsalco<sup>a</sup> Magnopolitano exequendum reliquit; ii legibus institutisque maiorum rem nationis diligentissime administrantes, et accepti et expensi  
 10 librum infrascriptere.

## Recepta:

Ab antiquis procuratoribus sex ducatos de Camera et Bologninos XXX.  
 Ex capsola<sup>a</sup> nationis Bologninos 18.  
 15 Ab illis de Fellisinis quinque libros<sup>a</sup>.  
 A Matheo Widman Lipsensi mutuo datas Florentie aegrotanti octo coronas.  
 A domino Eustachio Slivien I ducatum.  
 A domino Theodoro Moltzan pro inscriptione 50 Bologninos.  
 20 A domino Theodoro Moltzan nomine Ioannis Hilbrandi 25 Bologninos.

## A noviciis scholaribus:

25 A domino Francisco Tartlar Transilvano iuris canonici doctore Albe Iulienis<sup>c</sup> diocesis I ducatum.  
 A generoso domino Christophoro Schlick comite in Passan dominus<sup>a</sup> in Ellenpogn<sup>a</sup> I ducatum.  
 A nobili Andrea a Couritz<sup>e</sup> I florenum.  
 30 A nobili Ioanne a Kouritz<sup>\*\*</sup> I florenum.  
 A magistro Martino Lussl<sup>f</sup> I florenum.  
 Ab Ambrosio Metello<sup>g</sup> famulo comitis 50 Bologninos.  
 A domino Michaeli Hess Norico diocesis Bambergensis I ducatum.  
 35 Carolus Burmania Phrisius<sup>h</sup> ducatum promisit.  
 A nobili Andrea Panwitz I ducatum.  
 A generoso domino Guilhelmo a Wolkhenstain I ducatum.  
 A Wolfgango Baumgartner<sup>i</sup> Brixinensi.  
 40 A Michaeli<sup>\*\*\*</sup> 15 Bologninos.

\* Qui in oppugnatione Romae peste obiit *al. m.*  
 \*\*\* Praun *alia manu additum.*

45

<sup>a</sup> sic.      <sup>b</sup> Schliven B.      <sup>c</sup> Albae Tulensis B.  
<sup>e</sup> Mellus B.      <sup>h</sup> Frisius B.      <sup>i</sup> Baumgartner B.

50 <sup>g</sup> lege picote; *picota est morbus variolarum.*

## Exposita:

Pro candelis cereis in die purificationis Marie 14 libras.  
 Notario pro instrumento in causa Bobae 21 Bologninos.  
 Ioanni Scoto aegrotanti 64 Bologninos.  
 Sacerdoti apud Sanctum Donatum ex fideiussione pro 15  
 Casparo Gressel 8 ducatos largos 28 Bologninos.  
 Pro pensione ecclesia<sup>a</sup> 40 Bologninos.  
 Pro ferrulo ad hastas 16 Bologninos.  
 Sacerdoti in festo asumptionis<sup>a</sup> celebranti 6 Bologninos.  
 Sacerdoti in festo omnium sanctorum et animarum 20  
 10 Bologninos.  
 Baiulis pro portandis libris, cisto<sup>a</sup> et aliis rebus nationis 10 Bologninos.  
 Baiolo<sup>a</sup> pro portantis<sup>a</sup> hastis in electione rectoris  
 3 Bologninos.      25  
 Sacerdoti in festo Katherine celebranti 4 Bologninos.  
 Sacerdoti nativitatis [die] celebranti 7 Bologninos.  
 Pro zukaro in electione procuratorum 5 libros<sup>a</sup>.  
 Pro vino Trebiano 36 Bologninos.  
 Pro vino malvatico 26 Bologninos.      30  
 Pro celdonibus 20 Bologninos.  
 Pro vitriis poculis ruptis 18 Bologninos.  
 Baiulis portantibus scamna 6 Bologninos.  
 Item baiulo in electione procuratorum 4 Bologninos.  
 In presencia nobilium dominorum novorum procura- 35  
 torum et sindicorum, dato diligenti calculo, debitores remansimus in 8 ducatos<sup>a</sup> de Camera et Bolendinis 14, 2 quadrinis, quos dominis successoribus pro annua consuetudine una cum ceteris rebus ad nationem pertinentibus, prout in inventario patuit, 40  
 numeravimus, tradidimus et assignavimus.

\*\* qui Venetiis morbo ut dicitur biketi<sup>1</sup> mortuus est *al. m.*

45

50



\* 1524.

fol. 174r.

5 Anno a Christi nativitate millesimo quingentesimo vigesimo quarto, Clemente VII. pontifice maximo, 5  
ac Carolo quinto Romanorum imperatore, congregata legitime in die epiphaniae Domini natione Germanorum  
utriusque iuris studiosorum Bononie in ede divi Fridiani extra portam Sancti Mamme ex more et instituto  
maiorum, a superioris anni procuratoribus nominati procuratores fuerunt et natione approbante electi nobiles  
viri dominus Philippus Preiner<sup>a</sup> Stirus et Wolfgangus a Lutichau Misnensis; caeterum ipsis legitima causa  
10 discedentibus, in eorum locum successi sunt nobilis dominus Georgius Logus Silesius in locum prioris, in 10  
posterioris vero dominus Georgius Geuder Norinbergensis<sup>b</sup>; eo deinde abeunte, Martinus Lussel Iaurensis  
Silesius artium magister, qui ambo Silesii nationi suprascriptam accepti et expensi rationem reddiderunt hanc.

## Recepta:

Ab antiquis procuratoribus octo ducatos de Camera  
15 14 Bolondinos 2 quadrantes.  
Ab eisdem nomine Mathei Videmanni unum ducatum  
38 Bolondinos.  
A domino Theodoro Moltzan ex debito 24 Bolondinos  
3 quadrantes.  
20 A domino Stephano Gercke Magdeburgensi discedente  
25 Bolondinos.  
A confectore horologiorum nomine predicti Stephani  
Gerek 35 Bolondinos.  
A domino Valentino Koetzler Nuribergensi 35 Bo-  
25 londinos.  
Ab eodem Koetzler nomine Galli Schutz unum du-  
catum 16 Bolondinos.  
A Georgio Geuder discedente 35 Bolondinos.  
A domino Georgio Logo nomine domini Ioannis Spi-  
30 gels 8 coronas.

## A novitiis infrascriptis:

A domino Michaeli Rucker ex Obernburgk 54 Bo-  
londinos.  
35 A domino Ioanne von der Strat unam coronam.  
A domino Theodorico Spigel unum florenum Renen-  
sem in auro.  
A domino Augustino Mersshamer Herbipolensi 50 Bo-  
londinos.  
40 A domino Ioanne Nicolao Wico<sup>\*\*c</sup>.  
A domino Georgio vom Stern<sup>\*\*\*</sup>.

## \* Expensa:

Pro candelis die purificationis Marie quatuor Iulios.  
45

\* patritius *al. m.*  
anno sequenti *al. m.*

\*\* artium et medicinae doctore, *additum sed abrasum.*

\*\*\* Dedit aureum Renensem

50

\* Premer *B.*b Patritius Norimb. *B.*c artium doctor *B.*

d sic.

50

Baiulo quatuor quadrantes.  
Baiulo pro arca nationis exportata unum Bolondinum.  
Palmarum die pro ramis et monacho 4 Bolondinos. 15  
Baiulo unum Bolondinum.  
Monacho unum Bolondinum.  
Monacho 3 Bolondinos.  
Monacho die assumptionis 3 Bolondinos.  
Monacho die omnium sanctorum 4 Bolondinos. 20  
Monacho die animarum unum grossum.  
Monacho die sancte Catherine 6 Bolondinos.  
Pro pensione edis 40 Bolondinos.  
Pro cereis 11 Bolondinos.  
Monacho [die] nativitatis Christi 9 Bolondinos. 25  
Monacho [die] epiphaniae Domini unum grossum.  
Pro saccaro 90 Bolondinos.  
Pro celdonibus 17 Bolondinos.  
Pro vino dulci et muscatello 50 Bolondinos I qua-  
drantem. 30  
Baiulo a Casalechii<sup>d</sup> hec deferenti 6 Bolondinos.  
Pro vitris et lagenis vitreis ruptis 24 Bolondinos.  
Baiulis arcas nationis exportantibus 2 Bolondinos.  
Domino Carolo Phrysio consensu nationis mutuo date  
2 corone. 35  
Subducta et reddita ratione omnium et accepti et  
impensi, presentibus nobilibus viris dominis pro-  
curatoribus novis et sindicis, id quod debebant, vi-  
delicet decem et septem ducatos de Camera quin-  
quaginta et quinque Bolondinos et unum quadran-  
tem, quemadmodum in inventario ipsorum videre  
licet, una cum ceteris rebus nationis, de quibus  
aliud est inventarium singulare, novis procuratori-  
bus assignarunt et tradiderunt. fol. 174v.

45



fol. 175r.

1525.

Anno a Cristi nativitate millesimo quingentesimo vigesimo quinto, Clemente VII. pontifice, Carolo quinto Romanorum imperatore, congregata legitime in die epiphaniae Domini natione Germanorum Bononie studentium in ede divi Fridiani extra portam Sancte<sup>a</sup> Mamme ex more et instituto maiorum, procuratores nominati ac electi fuerunt generosus Cristophorus Schlick comes in Passan dominus in Weyskirchen Elbogen et Falckenaw et Adamus Crebs; qui perfuncti officio more maiorum accepti et expensi rationem reddiderunt infrascriptam.

10	Recepta: Ab antiquis procuratoribus 17 ducatos de Camera 55 Polendinos <sup>a</sup> I quadrantem. Ab heredibus de Felisinis decem libras, quas pro millesimo quingentesimo vigesimo quarto superiori et 15 vigesimo quinto anno sequenti solvebant. Ab domino Georgio ab Sternn pro inscriptione aureum Renensem, qui anno superiori inscriptus est.	I ducatum de Camera et 38 Polendinos, que pecunia predicti Mathei demortui fuit. In die omnium sanctorum 6 Polendinos 4 quadrantes sacerdoti. In die nativitatis sacerdoti 5 Polendinos. In die epiphaniae Domini sacerdoti 3 Polendinos 3 quadrantibus. Item pro vino malmatico 35 Polendinos minus 2 quadrantibus. Bucalium emptum 26 quadrantibus <sup>**</sup> . Pro zuccaro 46 Polendinos. 20 Pro turri et mirro 2 Polendinos. Pro vitreis ruptis et conductis lagenis 9 Polendinos. Pro celdonibus 16 Polendinos 4 quadrantes. Baiulis 4 Polendinos.
	A novitiis scolaribus: 20 Dominus Casparus Schokerer de Ingelstet dedit aureum Renensem. A nobili Valentino Alberti de Hawbicz <sup>*b</sup> Misnensis diocesis aureum Renensem.	Reddita ratione omnium accepti et expensi presentibus procuratoribus et sindicis, debitores remansimus in decem et sex ducatos <sup>a</sup> de Camera et I quadrino, quam pecuniam una cum ceteris rebus nostre nationis et sigillo argenteo, quod nostre nationi ego Cristophorus Schlick comes etc. dono dedi, 30 nostris successoribus tradidimus.
25	Expensa: Pro candelis cereis in die purificationis Marie 64 Polendinos. Pro candelis et facibus cereis quibus in sacris faciundis utimur I ducatum de Camera et XX Polendinos. 30 Pro pensione ecclesie 40 Polendinos. Creditori cuidam Mathei Widemans consensu nationis	

fol. 175v. 35

1526.

35

Anno a Christi nativitate millesimo quingentesimo vigesimo sexto, Clemente VII. pontifice maximo, ac Carolo quinto Romanorum imperatore, congregata legitime in die epiphaniae Domini natione Germanorum utriusque vel alterius iuris studiosorum Bononie in ede divi Fridiani extra portam Sancti Mamme ex more et instituto maiorum, a superioris anni procuratoribus procuratores nominati et electi fuerunt nobiles viri dominus Georgius a Stern Danus et dominus Carolus de Brumania<sup>c</sup> Frisius; qui quum Romam proficisceretur, ubi peste extinctus est, substituit generosum dominum Cristophorum Schlick comitem in Passan etc.; eo deinde abeunte in eius locum suffectus est nobilis dominus Degenardus Haes<sup>d</sup>; qui perfuncti officio subscriptam rationem reddiderunt hanc.

45 \* Qui obiit eo anno in Italia cum Roma oppugnata est *al. m.* \*\* ex singulari recuperato privilegio *add. et lituratum.* 45

<sup>a</sup> sic.    <sup>b</sup> Ubicz B.    <sup>c</sup> sic loco Burmania.    <sup>d</sup> Hass B.



- Accepta:
- Ab antiquis procuratoribus decem et sex ducatos de Camera et unum quadrum.
- Preterea nomine Ioannis Schoti quondam nostre nationis bedelli ducatos viginti de Camera, quos superioribus annis a dicta natione mutuo acceperat<sup>o</sup>. Ab illis de Felicinis quinque libras.
- A novitiis scholaribus:
- Dominus Gregorius Haleander<sup>oo</sup> dedit quinque Carolinos.
- Dominus Lucas a Rosenaw diocesis Maguntinensis dedit florenum aureum.
- Dominus Guilielmus a Bick eiusdem diocesis dedit florenum aureum.
- 15 Dominus Rychardus Eltz Maguntinensis diocesis dedit florenum aureum.
- Dominus Wenemarum Furstenborch<sup>a</sup> promisit florenum aureum.
- Dominus Ieronymus Schutz Misinensis diocesis<sup>ooo</sup> promisit florenum aureum.
- 20 Dominus Ioannes a Wlatten diocesis Coloniensis dedit coronatum.
- Dominus Iacobus Himlreick de Wienna<sup>b</sup> dedit ducatum Ungaricum.
- 25 Dominus Degenhardus a Haes diocesis Coloniensis dedit coronatum.
- Dominus Ioannes a Slaberendorff<sup>oooo</sup> diocesis Brandenburgensis promisit florenum in auro.
- Expensa:
- 30 Sacerdoti in die purificationis 4 Bolendinos.  
In die palmarum pro ramis 1 Bolendinum.
- Tertia die aut pasca<sup>c</sup> sacerdoti 15 quadrantas.  
Baiulis pro cistis nationis<sup>d</sup> et lanceis transportandis 4 Bolendinos.  
In die pentecostes sacerdoti 6 Bolendinos.  
Pro pensione ecclesiae 40 Bolendinos. 5  
In die assumptionis sacerdoti 26 quadrum.  
In die omnium sanctorum 4 Bolendinos.  
In die animarum 4 Bolendinos 3 quadrum.  
In die Chatharine 4 Bolendinos.  
In die natalis Domini 7 Bolendinos. 10  
In die epiphaniae Domini 5 Bolendinos.  
Ex communi consensu totius nationis dedi domino Ambrosio Valentino a Hawbitz duodecim coronas mutuo.  
Preconi qui convocavit eos quorum intererat, quando 15 conficiebatur inventarium Ioannis Schoti bedelli nostri, dedi 40 Bolendinos.  
Ex communi nationis consensu in illo convivio<sup>e</sup>, quod die epiphaniae Domini celebratum est, impendi quinque libras. 20
- Reddita ratione omnium accepti et expensi, presentibus procuratoribus et sindicis, debitores remansimus in viginti septem ducatis de Camera minus duobus Bolendinis, quam pecuniam omnem una cum ceteris rebus nostre nationis, de quibus est aliud inventarium, et cum sigillo argenteo, quod generosus dominus Christophorus Schlick nationi nostrae superiore anno donavit, et cum pace ex eodem metallo, quam dominus Ioannes van der Vorst Brugcellensis hoc anno nationi nostre cum hinc abiret dono dedit, 30 nostris successoribus tradidimus.

\* 1527.

fol. 176r.

- 35 Anno Domini millesimo quingentesimo<sup>e</sup> vigesimo septimo, Clemente 7. pontifice maximo<sup>f</sup>, et Carolo V. Romanorum imperatore, congregata natione more consueto die epiphaniae Domini in ede divi Fridiani, electi fuere procuratores a natione Germanica nobilis vir Andreas a Panwicz et Andreas a Kunricz<sup>g</sup>, qui sue procuracionis rationem finito officio et novis electis procuratoribus infrascriptam reddiderunt.

Accepta:

- 40 Ab antiquis procuratoribus accepimus viginti septem ducatos de Camara<sup>e</sup> minus duobus Bollonenis.  
Ab heredibus de Felesinis iure legati V libras.  
Ab Casparo Schober 50 Bolonenos pro inscriptione debitos.
- Ab Iohane a Schlaberndorff 50 Bolonenos pro inscriptione debitos. 40  
In cista penali reperimus 5 Bolonenos.  
Novicius scolaris unus hoc anno inscriptus fuit: Dominicus Eysener. 45

\* scilicet 1516. anno; supra folio 167. columna 4. in fine *al. m.* Cf. p. 281, 23. \*\* Haleander, qui anno 1531. mense Septembris Venetiis obiit *al. m.* \*\*\* qui Rome in oppugnatione peste obiit *al. m.* \*\*\*\* qui hic anno 1530. ptisi laborans in lectulo mortuus repertus est *al. m.*

<sup>a</sup> Furstenberg B. <sup>b</sup> Viena B. <sup>c</sup> sic. <sup>d</sup> nationis A. <sup>e</sup> litura deletum. <sup>f</sup> pontifice 7. 50 max. A. <sup>g</sup> Cunricz B.



## Expensa:

- Item 5 Bolonenos pro cista nacionis portanda et libris.  
 Item 15 quadrantes monacho die purificationis Marie.  
 Item 4 Bolonenos pro candelis eodem die.  
 5 Item 4 Bolonenos monacho die palmarum.  
 Item 3 Bolonenos und<sup>a</sup> 3 quadrantes die resuregionis<sup>a</sup>.  
 Item 5 Bolonenos et 3 quadrantes pro instrumento  
 quo clauderetur nostra possessio<sup>a</sup>.  
 Item 13 Bolonenos pro purgando puteo.  
 10 Item 78 Bolonenos et 4 quadrantes pro novis gr[a]-  
 dibus faciendis.  
 Item 2 Bolonenos baiulo qui portabat lingua<sup>a</sup>.  
 Item 2 Bolonenos pro cista penali reficienda.  
 Item 13 Bolonenos pro tecto in possessione<sup>a</sup> nostra re-  
 15 ficiendo.  
 Item unam coronam notario qui confecit instrumen-  
 tum Scoti.  
 Item Iustino coronam cum egrotaret.  
 Item notario aliam coronam, quod nacioni transcri-  
 20 beret<sup>a</sup> inventarium de hereditate nostri bedelli Io-  
 annis Schoti; hoc inventarium in nacione reperitur.  
 Item pro portandis rebus nacionis Kunriciorum, Hau-

bicii, Suez, Dominici in domum Luce, penes quem  
 omnes ille res deposite fuere, 30 Bolonenos.  
 Item 2 Bolonenos pro bis citando Alexandro de Lipis  
 debitore nacionis.  
 Item 84 Bolonenos pro colacione, dum eligerentur 5  
 novi procuratores.  
 Item dedi mulieri cuidam unum ducatum et dimidium,  
 ut mundaret scampas<sup>a</sup>, que morbo invect<sup>a</sup> erant.  
 Habita itaque diligenti computatione et calculo de  
 his, que nomine nacionis accepi et expendi, re- 10  
 manent in nacione viginti ducati et unus eciam  
 15 Boloneni; quam pecuniam una cum aliis<sup>b</sup> rebus  
 nacionis mobilibus, de quibus est inventarium supra,  
 novis procuratoribus Ioani a Schlaberndorff et Ada-  
 mo Vorliser numeravi et tradidi; preterea eciam si- 15  
 gilum<sup>a</sup> nacionis argenteum et pace<sup>a</sup> argenteum eiis<sup>a</sup>  
 dedi. Suprascriptam rationem ego Andreas a Pane-  
 wicz solus redere<sup>a</sup> coactus fui, quia colega<sup>a</sup> meus  
 probter<sup>a</sup> pestem Veneceas<sup>a</sup> fugerat et ob repentinum  
 eius discessum et quod se antequam redenda esset 20  
 ratio rediturum sperabat, nullum in locum eius  
 surogavit<sup>a</sup>.

fol. 176v. 25

1528.

25

Anno christiane salutis millesimo quingentesimo XX. octavo, pontificatus sanctissimi in Christo patris  
 et domini nostri domini Clementis divina providencia pape VII., et invictissimi Caroli V. Romanorum im-  
 peratoris, archiducis Austrie ac Hispaniarum regis anno nono, in die epiphantie Domini, inclita dominorum  
 Germanorum natione legitime congregata, ut moris est, pro laudabili suetudine<sup>a</sup>, nominati ac designati fuerunt  
 30 a superioribus procuratoribus nobilis vir dominus Ioannes de Slaberendorff ex Marchia et dominus Adamus 30  
 Verlieser Francus Germanus<sup>1</sup>, postea vero unanimi consensu singulorum de natione electi et confirmati fue-  
 runt; qui munus procuratorum iuxta formam statutorum susceperunt et tam accepti quam expensi et rerum  
 omnium nationis inventarium fecerunt.

## Recepta:

- 35 Ab antiquis procuratoribus recepimus viginti unum  
 ducatos Camere et quindecim Bononinos.  
 A nobilibus Ioanne et Ludovico de Felisinis quinque  
 libras.  
 A Hieronimo Beczs nomine domini Valentini Alberti  
 40 Haubiczs pro mutuo accepto a natione recepimus  
 duodecim coronas.  
 Ab Andrea Conriczs et Alberto Haubiczs pro por-  
 tandis rebus triginta Bologninos.  
 Pro corpore iuris vetustissime impressionis recepimus  
 45 tres ducatos Camere et viginti duos solidos.
- Pro Angelo Arentino<sup>2</sup> „super Institutiones“ et vocabu- 35  
 lario Greco Adami Krebs, quos libros et plerosque  
 alios loco debiti reliquit, vendidimus pro sexaginta  
 duobus Bologninis.  
 Cistam nationis vetustissimam vendidimus septua-  
 ginta Bologninis. 40  
 A scholasticis novitiis hoc anno nihil recepimus, quo-  
 niam nulli in album nostrum inscripti fuere.<sup>c</sup>  
 Summa perceptorum facit triginta novem du-  
 catos de Camera et sexaginta quatuor Bolo-  
 gminos. 45

<sup>a</sup> sic.<sup>b</sup> aliis aliis (sic).<sup>c</sup> ob saevientem pestem B.

<sup>1</sup>) Duo insignia adpicta sunt, quorum alterum, lilium in scuto nigro et albo continens, quod ad ann. 1529 et 1530 iterum et  
 tertio apparet, Verlieseri videtur esse, alterum autem ad familiam Schlaberndorff non pertinet. <sup>2</sup>) Angelus de Gambilionibus de  
 50 Aretio (Arezzo), doctor Bononiensis 1422. Cf. v. Schulte, l. c. pag. 365.

50



## \* Exposita:

- Pro pensione sacelli Sancti Fridiani hoc anno nihil solvimus, quia ex tempestatibus bellorum haut dum usquequaque restitutum fuerat.
- 5 In die purificationis pro missa dicenda sacellano dedimus sex Bologninos.
- Pro cista nationis portanda duos Bologninos.
- Iustino . . . . .<sup>a</sup> mutuo consensu nationis tunc in extremis laboranti dedimus, ut patet ex eius cyrographo, unam coronam.
- 10 In die palmarum 6 Bologninos.
- In die pentecostes 6 Bologninos.
- In die omnium sanctorum 7 Bologninos.
- In die dive Caterine 6 Bologninos.
- 15 In die epiphanie 6 Bologninos.
- In die pascatis 7 Bologninos.
- In die assumptionis beate Marie 6 solidos.
- In die omnium animarum 6 Bologninos.
- In die nativitatis Christi 7 Bologninos.
- 20 Pro vase calicis maioris cum insigniis nationis nostre insculptis noviter comp[ar]ato 62 Bologninos.
- Pro vase minoris calicis et turribuli reficiendis 14 Bologninos.
- Pro candelis annuis misse de cera alba renovatis 25 36 Bologninos.
- Pro arcula, in qua continentur, septem Bologninos.
- Comperavimus<sup>b</sup> duas cistas novas loco istius vetustissime cistule vendite, ut patet supra in ratione accepti, 1 corona et 54 Bologninis.
- 30 Baiulis pro portandis rebus nationis 3 Bologninos.
- Pro possessionis nostre reparatione, quam exercitus *fol. 177r.* regis Gallie, cuius dux erat Lutrech, ruinis et incendiis de novo deformarunt:
- Pro reparatione porte magne et in ingressu possessionis nostre et duabus ianuis domus et fenestris, 5 seris, clavis cardinibusque coronam unam 66 Bologninos 2 quadrantes;
- Pro gradibus novis inferioribus 65 Bologninos;
- Pro calce, arena et reparatione muri iuxta fossam colapsi et putei duas coronas et 32 Bologninos; 10
- Pro perticis 12 Bologninos.
- In causa Ioannis de Scotia bidelli nationis, qui nos heredes instituit, comuni consensu nationis fuit in iudicio litigatum cum Alexandro de Lippis Regiensi, et pro anniversario supradicti testatoris in die 15 obitus, hoc est octavo Ianuarii, in quibus expendimus 21 libras 5 Bologninos 4 quatrinos: facit 5 coronas et sexaginta Bologninos quatuor quatrinos, de quibus singulis ut, qualiter et quomodo singulariter sunt expense, habetur copia in natione nostra apud 20 alia instrumenta dicte hereditatis.
- In die epiphanie gentaculi impense fuerunt 60 Bolognini 10 quatrini.
- Summa expositorum: 17 ducati 16 Bolognini 4 quatrini. 25
- In presentia nobilis viri Andreae a Pannwicz<sup>c</sup> sindici nationis, dato diligenti calculo, remanserunt apud nos procuratores viginti duo ducati de Camera et quadraginta septem Bolognini et duo quatrini etc. 30

## 1529.

- \* A nativitate Domini M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXVIII<sup>o</sup>, sanctissimi domini nostri domini Clementis divina provi- *fol. 177v.* dentia papae septimi, et invictissimi ac sacratissimi imperatoris Caroli V., Hispaniarum regis potentissimi ac 35 Austriae ducis illustrissimi, anno sui imperii X., in die epiphaniae Domini, inclita natione dominorum Germanorum in Bononiensi gymnasio utriusque vel alterius iuris studiosorum in Sancto Hieronimo extra portam Sanctae<sup>b</sup> Mammae, quod<sup>d</sup> cum sacellum divi Fridiani dirutum esset, legitime congregata pro laudabili consuetudine, unanimi consensu singulorum de natione, nobilis vir dominus Ioannes a Slaberendorff ex Marchia et 40 Adamus Verlieser Francus Germanus<sup>1</sup> secundo electi et de novo confirmati fuerunt; qui munus procuratorium 40 iuxta formam statutorum susceperunt, qui tam accepti quam expensi rationem atque etiam omnium rerum ad nationem pertinentium inventarium fecerunt.

## Recepta:

- Facta ratione accepti et expensi apud nos supradictos 45 procuratores, remanserunt viginti duo ducati de Camera quadraginta septem Bolognini et duo quatrini. Ab heredibus de Felicinis quinque libras.
- A domino Eisener nomine domini Iacobi Mosshammer accepimus tres ducatos de Camera et tres Bologninos, quos nationi ex fideiussione debuit, reliquam 45 partem propter incertitudinem debiti quod contraxit cum Ioanne Scoto natio remisit.

<sup>a</sup> Iustini cognomentum desideratur.<sup>b</sup> sic.<sup>c</sup> Paniwicz A.<sup>d</sup> quod videtur superfluum.



- Ex ultima voluntate Ioannis Scoti bidelli nostri etc. Hieronimo de Sancto Venantio in depositum assignate fuerunt viginti quinque libre monete Bononiensis ad utilitatem Clarae filiae quondam Lazari aromatarii, ut hec in inventario et alio instrumento  
5 latius patent, per notarium Ser Camillum Morandum. Sed quia, mortua dicta Clara non contracto matrimonio, a supradicto Camillo de Morandis nomine heredum ex fideiussione suprascriptas viginti  
10 quinque libras recepimus: faciunt<sup>a</sup> sex ducatos de Camera et XXVI Bologninos.
- A Ioanne Antonio Ghisa batilero ex pecuniis apud eum depositis nomine supradicti testatoris Ioannis Scoti recepimus quinque libras et XV Bologninos:  
15 faciunt unum ducatum Camere et quadraginta unum Bologninos, quae pecunia remansit ex tali hereditate post investituram, et hanc suprascriptam recepimus loco debitorum, quae indicante ratione Ioannes Ponewicz nationi debuit, anni M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXVII<sup>o</sup>.
- 20 A Ioanne Baptista de Montanariis aurifice pro annuo afficto et pensione domus a natione nostra, scilicet ex pecuniis predicti testatoris Ioannis Scoti in eam investitis XXVIII. Iulii precedentis anni empte,  
25 ginta Bologninos, de qua domo empta latius in instrumentis emptionis locationis per Caesarem de Vallata, et infra in ratione predictae hereditatis.
- A colono possessionis nostre pro fructibus, uvis etc. recepimus undecim libras quatuor Bologninos et  
30 tres quatrinos: faciunt ducatos Camere tres Bologninos duos et tres quatrinos.
- A novitiis scolasticis:
- A domino Georgio Zollner im Brandt<sup>b</sup> Bambergensi  
35 recepimus unum florenum Renensem in auro.
- A domino Hieronimo Schuczen<sup>c</sup> pro inscriptione in album nationis antea facta unum florenum in auro. Summa accepti: quadraginta ducati Camere et  
40 quinquaginta septem Bolognini et quinque quatrini.
- fol. 178r. \* Exposita:
- In die purificationis beatae Mariae virginis pro missa  
45 celebranda sex Bologninos; candelas non dedimus propter suspicionem grassantis pestis.
- Pro anniversario et missa Ioannis Scoti octavo die Ianuarii solvimus decem et octo Bologninos.
- In die palmarum pro missa VI Bologninos.
- In die Iovis sacra sex Bologninos.
- In die paschatis sex Bologninos.
- In die pentecostes sex Bologninos.
- In die assumptionis beatae Mariae sex Bologninos.
- In die omnium sanctorum non potuimus habere sa-  
5 cerdotem.
- In die omnium animarum sex Bologninos.
- In die sanctae Katerinae non potuimus habere sacerdotem.
- In die nativitatis Christi propter missam papalem,  
10 quam celebravit Bononie Clemens VII. presente Carolo quinto Romanorum imperatore, cui nos interfuimus, ideo nostram ex communi consensu celebrare non fecimus.
- Domino Andrea<sup>a</sup> a Ponewicz ex consensu nationis  
15 mutuo dedimus sex coronas, ut in eius cyrographo. Pro lavandis et consuendis pannis et mappis altaris viginti quatuor Bologninos.
- Quoniam Henricus Sartor nationis bidellus, cum propter  
20 paupertatem etc. possessioni nostre satisfacere nequivit nec voluit, que per biennium saltem ei concessa erat, ea lege, si bene colleret<sup>a</sup>, eam tamen per triennium possedit etc., ideo ut possessioni et honori nostro simul consuleremus, nos eam ad  
25 elaborandam suscepimus pergulamque totam lapsam<sup>a</sup> et queque alia infrascripta refecimus:
- Pro perticis ad arcus et vineam necessariis solvimus  
unam coronam et viginti sex Bologninos tres quatrinos.
- Pro palis LX magnis quadraginta Bologninos.
- Pro palis longis et minutis XVIII Bologninos. 30
- Pro viminibus et centenario arundinum XVI Bologninos 4 quatrinos.
- Pro seminibus et aliquot curris<sup>a</sup> sterquilini unam coronam et 49 Bologninos 2 quatrinos.
- Estimatoribus, qui quantum esset solvendum pro an-  
35 nua locatione possessionis nostre [aestimant], decem Bologninos.
- Notario Melchioris<sup>a</sup> pro prima copia locationis 3 Bologninos 3 quatrinos.
- Pro instrumento locationis secundo facto cum Fran-  
40 cisco X Bologninos 3 quatrinos.
- Pro opera unius diei uni operario VII Bologninos.
- Pro renovatione sere maioris porte possessionis 4 Bologninos.
- Pro ianna perguli (quia exercitus Lutrech Galli etc.  
45 antiquam combusserant) et pro lignis quadratis atque asseribus eiusdem iannae, clavis, cardinibus fabrilignario, baiulis 66 Bologninos 4 quatrinos.

50 \* qui in oppugnatione Romana peste obiit *al. m.*

<sup>a</sup> sic.

<sup>b</sup> Zollner in Brandt *B.*

<sup>c</sup> deest *B.*



- Pro restauratione lecti<sup>a</sup> supra cellam vinariam, pro lignis, asseribus, clavis et cannis 16 Bologninos 2 quatrinos.
- Pro reparatione scamni ante ostium et aliorum, pro lapidibus, calcina expensum fuit 25 Bolognini 3 quatrini.
- Pro opera dimidii diei muratori, qui et alia quedam intra domum refecit, solvimus 6 Bologninos.
- Bidellis universitatis pro annuis collectis dedimus consensu nationis duos ducatos in moneta, quos procuratores semper de suis debent solvere, sed quoniam onera procurationis preteriti anni sustinimus et de nostris nummis satisfecimus, nationos hoc anno in his expensis relevare voluit.
- Pro refectione et cordis tapeti nationis 22 Bologninos.
- Pro instrumento solutionis 25 librarum Hieronymo de Sancto Venantio 3 Bologninos 3 quatrinos.
- Pro instrumentis procuratoriis et quibusdam aliis ad hereditatem Ioannis Schoti attinentibus notario Camillo de Morandis 30 Bologninos.
- Pro instrumento procuratorio notario in die epiphaniae 7 Bologninos.
- Henricho bedello nationis nostre pro salario pascatis et natalis Christi solvimus 10 libras, faciunt 2 ducatos Camere 52 Bologninos.
- Habito calculo remanserunt viginti duo ducati Camere 12 Bolognini 2 quatrini, quos electi procuratores receperunt.

15

15

## \* 1530.

fol. 180v.

Anno a nativitate Domini M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>, sanctissimi domini nostri domini Clementis divina providentia pape septimi pontificatus anno etc., et invictissimi et sacratissimi Caroli quinti Romanorum imperatoris, archiducis Austrie et Hispaniarum regis etc., anno undecimo, (quae duo totius orbis capita tunc temporis hic fuerunt), in die epiphaniae Domini, pro laudabili et longa observata consuetudine congregata dominorum Germanorum inclita natione, prout moris est, nominati a superioribus procuratoribus egregius vir dominus Adamus Verlieser, qui iam tertio creatus fuit, et nobilis vir dominus Georgius Zolner im Brandt<sup>1</sup>, ambo Francones, qui postea omnium consensu designati et decreti pro futuro anno procuratorium munus illud susceperunt rerumque omnium nationis, spetiali quodam inventario confecto, hec que subnotata sunt acceperunt et expenderunt.<sup>b</sup>

## Accepta:

- Accepimus viginti duos ducatos Camerae et XII Bologninos 2 quatrinos, qui ducati ex superiori ratione anni millesimi quingentesimi vigesimi noni remanserant.
- Ab heredibus de Felicinis quinque libras.
- A colono ex locatione possessionis nostre huius anni 1530. iuxta contractum, prout in instrumento Ser Diomedis de Laude, in die sancti Michaelis quatuor coronas.
- A Ioanne Baptista de Montenariis aurifici<sup>c</sup> pro afflictibus et annua pensione domus nostre nationis etc. ex hereditate Ioannis Scoti empte, duobus terminis, tempore pasce et natalis Domini huius anni, recepimus septem libras.
- A magnanimis et strenuis exercitus sacre maiestatis summis capitaneis et equitibus auratis domino Conrado a Bambelberg alias ‚der Klein Hesse‘ et domino Gasparo Fronsperger per Wolfgangum Bambgartner duos ducatos largos nostre nationi ex eorum liberalitate donatos recepimus.
- Pro antiquis paramentis seu misse ornatibus olim anno 1311. emptis, scissis et tinea corrosis, communi omnium consensu estimatione super his habita venditis, videlicet casula seu planeta cum duabus tunicis pro diaconis<sup>d</sup> ex serico rubeo et alia planeta alba et una cappa cerulei coloris septem coronis<sup>e</sup> in auro et triginta sex Bologninos.
- Item [pro] alia planeta rubea ex pignolato, ut vulgo dicitur, una cum sua alba stola antiqua etc. et duobus paliis albis et uno alio varii coloris et mappa; item cappa nigra, bursa et sex paniselli et aliis, que omnia antiqua et scissa fuerunt, recepimus tres coronas et 51 Bologninos et 3 quatrinos.

45

45

<sup>a</sup> lege tecti. <sup>b</sup> Anno Domini M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> domino Adamo Verlieser iam tertio electo et confirmato et nobili domino Georgio Zolner in Brant ambobus ex Franconia electis procuratoribus et primis comitibus Palatinis nomina in nationem dederunt: B. <sup>c</sup> sic. <sup>d</sup> corr. ex diaconibus.

<sup>1</sup>) Adpicta sunt insignia domini Adami Verlieser et domini Georgii Zolner im Brandt. In Verlieserii galea apparet loco mauri cum lilia aquila nigra coronata regia.

50



Pro aliquot antiquissimis eiusdem 1311. anni cantus misse libris ex membranis oblitteratis et erasis etc. venditis duas coronas et 35 Bologninos.

A scholasticis novitiis:

5 Nobilem dominum Andream Kungsmarek magistrum curie reverendissimi domini<sup>a</sup> episcopi Hildensemensis vice-cancellarii imperii et Cornelium Henricum Agrippam doctissimum et dominum Ioannem Keck artium et iuris civilis doctorem, suprascripti reverendissimi domini episcopi consanguineum, communi consensu in nationem nostram gratis recepimus propter eorum in eandem nationem benemerita exhibita, cum sacratissimus Carolus V. hic ageret.

10 A domino Petro Speiser iuris utriusque doctore ecclesiae Constantiensis canonico unum aureum Renensem.

A nobili Petro Bechynie a Lazian<sup>\*</sup> sessione in Pytizin unum ducatum Ungaricum.

20 A domino Gwilhelmo Mucke a Buckou<sup>\*\*</sup> unum ducatum Ungaricum.

A domino Matheo Reutter Bambergensi XX Bologninos.

A domino Philippo de Vennigen unum florenum Renensem.

25 A domino Ioanni Rudolphi de Northein cantore et canonico ecclesiae beate Virginis Effordiensis<sup>b</sup> atque Sancti Andreae Hildensemensis scolastico 21 Bologninos.

30 A domino Iacobo Cordato Antwerpiensi unum florenum auri.

A doctoribus in discessu:

A domino Matheo Reutter iuris utriusque Bononie promoti doctore, in suo discessu XXX Bologninos.

fol. 181r.

\* Expensa:

35 Pro annua pensione sacelli Sancti Fridriani<sup>b</sup> hoc anno nihil dedimus, cum nondum restitutum erat, sed fratribus monasterii Sancti Hieronimi, apud quos missas nostras celebrari fecimus, 37 Bologninos solvimus.

40 Pro anniversario Ioannis Scoti 7 Bologninos.

Pro missa in die purificationis divae Virginis 7 Bologninos.

45 Pro candelis renovatis et aliis candelis scolaribus ex more distributis unum ducatum Camere 28 Bologninos.

\* Bohoemus *al. m.*

\*\* Bohoemo *al. m.*

<sup>a</sup> domini Melchioris Merckle episcopi *B.*

<sup>b</sup> *sic.*

<sup>c</sup> *satutis A.*

50

<sup>1)</sup> *Cf. Privilegia no. 1 p. 19.*

Pro thure et mirra 2 Bologninos et 3 quatrinos.

In die palmarum missa non fuit celebrata eo quod nullum sacerdotem habere potuimus.

In die Iovis sancta sacerdoti 7 Bologninos.

In die pascatu pro missa 7 Bologninos. 5

In die penthecostes 7 Bologninos.

In die assumptionis beatae Mariae 6 Bologninos.

In die omnium sanctorum 6 Bologninos.

In die omnium animarum 6 Bologninos.

In die sancte Katerine 6 Bologninos. 10

In die nativitate Domini pro missis 10 Bologninos.

Notario qui interfuit electioni pro instrumento ad docendum novos procuratores legitime electos esse 10 Bologninos.

Cum Carolus V. sacratissimus imperator hoc anno hic coronabatur, ex utilitate esse nobis visum fuit, pro eiusdem nationis collegio et eius statuti<sup>c</sup> confirmatione aliarumque immunitatum concessione etc. ad eandem sacram maiestatem supplicare, pro qua supplicatione et escribendis articulis scribae 36 Bologninos et 3 quatrinos.

Pro privilegiorum<sup>b</sup> originali in membranis scribae 50 Bologninos.<sup>1</sup>

Scribis cancellariae imperatoris consensu nationis tres ducatos largos et 9 Bologninos donavimus; hec enim 25 privilegia per nos impetrata opera reverendissimi domini episcopi Hildensemensis ex cancellaria gratis remissa fuere.

Hec privilegia hic Bononie a sacra maiestate propter repentinum discessum signari atque sigillari non 30 potuere, que postea in Germania expedita et per Alexandrum Kraffter huc transmissa fuerunt, huic pro mercede postulanti dedimus duas coronas in auro.

Pro novis ornamentis loco antiquorum venditorum: 35

Pro duodecim ulnis damasci albi, ex quo planeta, ut vulgo dicitur, sacerdotalis, palium altaris, coopertura missalis libri, bursa corporis et cooperturae duorum pulvinarium altaris factae undecim coronas 40 et 37 Bologninos.

Pro 12 ulnis lineae telae viridis ad subdaturam predictorum ornamentorum 48 Bologninos.

Pro ulna et una quarta panni auri, alias brucato de auro, ad crucem planete quatuor coronas 44 Bologninos. 45

50



- Pro 12 ulnis latarum cordularum ex auro et cerulea seta contextarum circa crucem unam coronam 59 Bologninos.
- Phrigioni pro quatuor insigniis nationis auro et argento punctatim elaboratis, planetae et palio ex damasco assutis et parva aurea umbrali cruce solvimus duas coronas et X Bologninos.
- Pro fransis magnis ex seta, ut vulgo dicitur, scilicet tribus unciis et 5 octavis ad palium altaris I coronam.
- Pro parvis fransis ad pulvinaria et bursam, scilicet 30 ulnis, solvimus viginti quinque Bologninos.
- Pro corporali ex linea tela 14 Bologninos.
- Pro 5 ulnis cordularum ad registrum libri missalis 2 Bologninos 4 quatrinos.
- Pro fibulis ad palium de damasco 3 Bologninos 2 quatrinos.
- Pro quinque cum dimidia ulnis et  $\frac{1}{2}$  schamloti nigri ad renovandam antiquam planetam, que corrosa a tineis erat, solvimus unam coronam et 19 Bologninos.
- Pro eiusdem planete stola, manipulo colorando 5 Bologninos.
- Pro renovanda cruce supradictae planetae cum aliis quatuor insigneis nationis elaboratis et assutis unam coronam 44 Bologninos.
- Pro velamine nigro supra calicem 7 Bologninos.
- Pro aliis fibulis ad palium schamloti 2 Bologninos.
- Pro tela nigra depicta cum cruce rubea ad officia mortuorum 17 Bologninos 3 quatrinos.
- Pictori ad eandem depingendam 15 Bologninos.
- Pro cordulis et quibusdam aliis ad renovanda antiqua ornamenta 19 Bologninos 4 quatrinos.
- Sartori pro factura omnium supradictorum ornamentorum tam veterum quam novorum, ut supra, ex damasco et schamloto etc. dedimus duas coronas 67 Bologninos.
- Famulis sartoris donavimus 7 Bologninos.
- Pro exemplari insigniorum nationis pictori 13 Bologninos 2 quatrinos.
- \* Pro lavandis et resarcientis\* rebus ad divinum cultum, scilicet mappis altaris et octo sudariolis 18 Bologninos.
- Pro ligatura libri statutorum nationis de novo cum clausuris et fibulis magnis ex auricalcho 60 Bologninos.
- Pro triginta membranae foliis, quae in fine dicti libri statutorum apposita sunt, 60 Bologninos.
- Cum nostrum consuetum sacellum Sancti Fridiani per longum iam tempus dirutum fuit, ad hoc restaurandum apud priorem curavimus; cui communi omnium consensu et nationis humanitatis gratia in subsidium dono dedimus unum ducatum Camere et 40 Bologninos 4 quatrinos.
- Operario cuidam, cuius opera per diem usi fuimus 5 in ecclesia expurganda etc. 10 Bologninos.
- Pro 300 perticis et novem magnis palis ad vineam nostre possessionis, cum milites caesaris in parte antiquas combusserant, solvimus 69 Bologninos.
- Pro perticis ad arcus pergulae 16 Bologninos. 10
- Pro 200 cannis 13 Bologninos.
- Colono pro taiolis 2 Bologninos 3 quatrinos.
- Pro viminibus 4 Bologninos et 3 quatrinos.
- Cuidam operario uno die rustico possessionis adjuvante ad reficiendam pergulam 7 Bologninos. 15
- Pro asseribus aliquot, clavis, factura portae pergulae, que per milites iam tertio destructa erat, 15 Bologninos.
- Pro sera cum clave una portae magnae 14 Bologninos 4 quatrinos. 20
- Muratori ad restaurandum murum prope cellam vinariam ruinosam colapsam 13 Bologninos.
- Pro duabus corbis gipsi 12 Bologninos.
- Baiulo portanti gipsum in possessionem 15 quatrinos.
- Fabro lignario pro factura ianuae et asseribus 19 Bologninos. 25
- Fabro ferrario pro obice, cardinibus et aliis 16 Bologninos.
- Scriptori pro quibusdam copiis aut exemplaribus instrumentorum solutionis Alexandri de Lippis, 30 emptionis et locationis domus Ioannis Baptistae aurificis, quae apud nationem habentur, 14 Bologninos.
- Pro copia locationis possessionis nostrae cum pactis solvimus 5 Bologninos. 35
- Magistro Lucae Testudinario ad Sanctam Terram migranti ad eius votum consensu nationis dono dedimus unam coronam.
- In die epiphaniae ientaculi impensae:
- Pro zuccaro unam coronam et 5 Bologninos. 40
- Pro vino malvatico 30 Bologninos. fol. 181v.
- Pro saldunibus 10 Bologninos.
- Pro vitreis poculis 3 Bologninos.
- Baiulo portanti cistam nationis et alia 4 Bologninos.
- Pro annuo salario bedello nationis magistro Henricho solvimus 10 libras: faciunt 2 ducatos Camerae et 52 Bologninos.
- Pro libro, in quo debita nationis inscribuntur, 14 Bologninos.
- Propole qui vestes sacras vendidit 8 Bologninos. 50

\* sic.



In presentia nobilium dominorum novorum procuratorum domino Petro<sup>a</sup> Bechinie a Latzian etc. et domino Philippo de Veningen ac sindicorum a novis procuratoribus electorum, domino Ioanni Rudolphi de Northom<sup>b</sup> et domino Gwillelmo Muchek a Buckou

et domino Wolfgango Bamgartner, dato diligenti calculo, novi domini procuratores nomine nationis, ratione quod plura expendimus quam accepimus, nobis antiquis procuratoribus triginta tres Bologninos et unum quatrimum solverunt.

fol. 183v.

\* Sequitur pictura miniaria. Cf. tabulam.

## 1531.

fol. 184r. 10

Anno a nativitate Domini M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXXI<sup>o</sup>, pontificatus sanctissimi domini nostri Clementis divina providentia papae septimi anno octavo, necnon sacratissimi et gloriosissimi domini Caroli quinti Romanorum imperatoris semper augusti, Hispaniarum regis, archiducis Austriae etc., anno duodecimo, ac Ferdinando<sup>b</sup> eius fratre, Romanorum, Germaniae, Bohemiae ac Hungariae etc. rege invictissimo, Romanorum ac Germaniae regnorum anni primi<sup>c</sup>, caeterorum vero omnium quinti, quibus duobus orbis monarchis mundus sperat diu iam per tot saecula exagitatus brevi e variis seditionibus ac diversarum opinionum labyrinthis se eruptum iri, quae ne spes eum fallat multa de se dederunt ei concordissimi fratres pulcherrima iandudum documenta, nec quicquam antiquius ac dignius imperio esse ducunt, quam ut, quam optime fieri possit, ab eis Christianae fidei et reipublicae tranquillitati consulatur, in die epiphaniae Domini, veteri consuetudine institutoque maiorum legitime congregata inelyta dominorum Germanorum natione in aede Sancti Fridiani extra portam burgi Sancti Mammae, nominati fuere a superioribus procuratoribus nobilis ac ornatissimus dominus Petrus Bechyniae a Lazian sessione in Pytezin eques Bohoemus et nobilis dominus Philippus de Veningen Rhenensis patria Spyergau; qui postea omnium consensu designati et decreti pro futuro anno procuratorium illud munus nationis iuxta formam statutorum susceperunt rerumque omnium nationis, inventario confecto, haec quae subnotata sunt accaeperunt<sup>b</sup> et expenderunt.

25 Ratio accepti:

A novitiis scholaribus:

A generoso barone domino Lituino Popel a Lobkowitz Bohoemo pro se et Georgio Henrici artium bacalaureo famulo suo duos ducatos Hungaros.

fol. 184v.

30 A venerabili viro domino Ioanne Schyring Magdemburgensi artium liberalium magistro florenum Rhenensem unum.

A nobili viro domino Ioanne a Kreytzen<sup>c</sup> Brütenu unum florenum Rhenensem.

35 A nobili domino Ioanne a Croaria Boiario unum florenum Rhenensem.

A reverendo ac generoso domino Martino a Newdeck Austriaco archidiacono Tridentino<sup>d</sup> unum scutum in auro.

40 A celebri viro domino Christophoro Päckepusck Lubecensi<sup>d</sup> unum florenum Rhenensem.

Eorum, quae alioqui[n] nomine nationis accaeperimus:

Pro libris aliquot in literis politioribus nationis ven-

45

<sup>a</sup> Nomina huius articuli in casum ablativum perversa sunt. nomen deest B.

ditis et quibusdam aliis Adami Crebs<sup>1</sup>, qui propter debita sua adhuc apud nationem remanserant, quinque scutos et quinquaginta quatuor Bolendinos.

A reverendissimo domino domino Christophoro Dei gratia episcopo Augustensi dignissimo viginti ducatos in auro.

Ab haeredibus Henrici quondam de Felicinis quinque libras.

A Ioanne Baptista de Montanariis aurifce pro annuo affictu de pensione domus nationis in die nativitate Domini septuaginta Bolendinos et in die festo paschatis etiam septuaginta Bolendinos. (Intra enim ea spatia nationiolvere debet.)

In festo penthecostes ex oblatione decem Bolendinos et quatrenos tres.

In die nativitate Domini IX Bolendinos et quatuor quatrenos.

A colono ex locatione possessionis nostrae quatuor scutos in die Sancti Michaelis.

25

35

40


45

<sup>b</sup> sic.<sup>c</sup> Kreytzen B.<sup>d</sup> Huius studiosi<sup>1</sup> Cf. p. 294, 38.











Quandoquidem coloni et possessionis nostrae mentio facta est, pauca hic visum est indicare, ut de augenda ea hoc anno solliciti fuerimus<sup>a</sup>.

Summum nobis studium fuit una cum auxilio aliorum amicorum nationis et praecipue excellentissimi iuris utriusque doctoris domini Ludovici Gozadini praeceptoris nostri dignissimi et Antonii Mariae de Lino thesaurarii pontificis et senatoris Bononiensis, ut istam partem terrae monialium Sanctae Agnetis, quae nostro praediolo adiacet, habere possemus, siquidem nulla alia nunc re nationi melius consultum esse videbamus. Nam hac una re multa, quae penes nationem sunt satis dubia, corrigi possent. Praeterea colonum proprium habere possemus. Nam nostra possessiuncula minor est, quam ut in ea sola se sustentare colonus posset, qui libenter tandem, si ea pars agri ei adiungeretur, aliquot scutos annuatim nationi ex ea penderet. Quibus pecuniis et officia divina sustineri et scholastici, si qui essent pecuniis destituti, in aliquem morbum incidentes, commodius iuvare possent, sed quominus voti compotes fuerimus, deerant nobis reliquae pecuniae; nam aliquas iam nacti fuimus, ut ab episcopo Augustensi viginti ducatos in eum usum missos et etiam a Ludovico Henrici quondam de Felicinis haerede quanvis laboriose tamen impetratum fuit, quod pro istis quinque libris, quas natio annuatim difficillime ab eo extorquere poterat, viginti septem ducatos, si rem aliquam immobilem emere possemus, dare promisit (his enim pecuniis quinque librae annuatim emi possent), praeterea ex liberalitate sua se etiam aliquid additurum. Nam ei a nobis persuasum est, quod propterea antecessores eius eas quinque libras Germanis scholasticis dari voluerint, ut eorum haeredes, quod ex Germanis oriundi essent, recordarentur. Hoc cur ita egerimus prudens lector ex clausula testamenti folio sexagesimo huius libri<sup>1</sup> intelliget. Verum, ne hae equidem pecuniae sufficere poterant, nam plures moniales ipsae petierant centum videlicet ducatos, si tamen pecuniae adfuissent sperabamus nos ab eis posse obtinere precibus amicorum pro octuaginta ducatis aut paulo minoris. Itaque quod nos ad finem perducere propter inopiam rei nummariae non poteramus, successores nostri fortasse commodius poterunt, praecipue si dominus cardinalis Tridentinus et ii episcopi, quibus scripsimus, nationis esse memores voluerint et eius aerarium pro liberalitate sua auxerint.

<sup>25</sup> \* Ratio expensi:

Antiquis procuratoribus triginta tres Bolendinos et quatrenum unum, quos eis cum nobis rationem accepti et expensi reddiderunt nomine nationis debemus, dedimus.

<sup>30</sup> In die purificationis beatae Mariae virginis pro missa sex Bolendinos et baiulo quatuor Bolendinos pro efferendis rebus nationis nostrae ad officium sacrum pertinentibus.

<sup>35</sup> Eodem die quod antehac ecclesiam nostram purgaverat eidem tres Bolendinos.

Pro ampullis unum Bolendinum et quatrenum unum.

Pro anniversario Ioannis Scoti pie memoriae septem Bolendinos et baiulo tres Bolendinos et tres quatrenos.

<sup>40</sup> Pro hostiis quinque quatrenos.

Pro candelis scholaribus nationis nostrae veteri consuetudine erogandis et altaris cum illis, quae ad elevationem corporis Christi accenduntur, reficiendis duos scutos et quinquaginta novem Bolendinos et tres quatrenos.

<sup>45</sup>

<sup>a</sup> sic.

<sup>1</sup>) Cf. Instrumenta ad annum 1365.

In die dominico palmarum pro missa sacerdoti septem Bolendinos et baiulo quinque Bolendinos. 25 fol. 185r.

Eodem die pro palmis quinque quatrenos.

In coena Domini, quo die scholastici nationis communicare solent, sacerdoti pro missa septem Bolendinos, baiulo quatuor Bolendinos. 30

Monachis Annunciatae pro vino et cruce praestanda nomine eleemosinae quinque Bolendinos.

In festo paschatis sacerdoti hoc, quod a nobis et scholasticis sodalibus oblatum fuit, datum est.

Die dominico penthecostes pro missa septem Bolendinos, baiulo quatuor Bolendinos. 35

In die festo assumptionis beatae Mariae virginis octo Bolendinos, aderat enim monachus cum sodali, et baiulo tres Bolendinos et tres quatrenos.

In die omnium sanctorum pro missa septem Bolendinos et altera die omnium animarum pro missa et officio defunctorum sacerdoti una cum sodali decem Bolendinos et baiulo pro utroque die octo Bolendinos. 45



- In die sanctae Catharinae tutelaris nationis pro missa septem Bolendinos et baiulo quattuor Bolendinos.  
 In die solenni nativitatibus Domini pro tribus missis quatuordecim Bolendinos et baiulo tres Bolendinos  
 5 et tres quatrenos.  
 Pro hostiis unum Bolendinum.  
 In die epiphaniae Domini pro missa septem Bolendinos, baiulo quattuor Bolendinos.  
 Notario pro instrumento, quo potest ostendi legitima  
 10 electio novorum dominorum procuratorum, decem Bolendinos, et pro apparatu extracto eodem die in ecclesia in honorem eorundem procuratorum et baiulis quatuordecim Bolendinos.  
 Rustico quod iuverit in ecclesia nostra cementarium  
 15 in faciendis scamnis septem Bolendinos.  
 Monacho, qui praest ecclesiae nostrae, additi sunt, quod scamna in eadem ecclesia fecerit, ex nationis pecuniis quinquaginta Bolendini.
- 20 Quae ad usum possessiunculae exposita sunt:  
 Pro trecentis perticis quinquaginta Bolendinos.  
 Pro viminibus tres Bolendinos et duos quatrenos.  
 Pro quinquaginta cannis tres Bolendinos.  
 Pro centum fruticibus sex Bolendinos.  
 25 Rustico cuidam, quod colonum nostrum in ponendis fruticibus iuverit, septem Bolendinos.  
*fol. 185v.* Pro ficibus recentibus sex Bolendinos et quattuor quatrinos, quos domino Alexandro de Magnanis doctore, quod semel atque iterum nationi pro obtinendo a monialibus agello nostrae possessiunculae  
 30 adiacenti adiumento fuerit, dedimus.
- Quoniam multos episcopos in natione nostra vidimus et nullum quicquid nationi (ut statuta nostra volunt) dedisse, aut quod fortasse non admoniti, aut  
 35 admoniti, quia hortatores deerant, oblivioni tradiderunt, videbatur ex re nationis esse, si eos, quos noveramus, literis nostris nomine nationis commoneremus:  
 40 Pro papyro et caera tres Bolendinos et tres quatrenos, nam etiam debitoribus nationis fere omnibus a nobis scriptum est.  
 Pro binis literis describendis ad dominum cardinalem Tridentinum et Thomam Marschavium praefectum  
 45 domus eius in Tridento quinque Bolendinos.  
 Pro describendis literis episcopis Misnensi, Wratlaviensi et Matheo de Jagau Brandenburgensi viginti Bolendinos.  
 Pro binis literis episcopo Augustensi, quarum alteris  
 50 ei eam dignitatem assecutum gratulati sumus, alteris, quod tam benigne nationis suae recordari dignatus sit, gratias egimus, octo Bolendinos.
- Ab aliis neque responsum neque donum aliquod ad nationem missum accepimus. Cardinalis Tridentinus forte propter occupationes hactenus distulit, tametsi iam semel in mandatis dederat, ut ex Hieronymo Petz iuniore intelleximus, ut nationi  
 5 quadraginta ducati mitterentur; quod quamobrem hucusque dilatatum sit, nescimus. Alii vero fortasse et ipsi propter locorum longinquitatem et mittendi difficultatem hactenus distulerunt. Speramus tamen ab eis aliquid brevi nationem nostram con-  
 10 secuturam.  
 Hae autem literae omnes, quae aut ad episcopos aut ad debitores nationis nomine a nobis scriptae sunt, per Hieronymum Petz negociatorem, civem Nurembergensem, sunt eis redditae, qui cum in his, tum  
 15 etiam in aliis antea, ubicunque poterat nationi gratificari, paratissimum se praebuit et gratificatus est. Propterea rogamus, ita ut aequum est, ut natio et successores nostri eum et suos commendatos habeant, et, si daretur aliquando occasio de  
 20 eo aut suis benemerendi, ei opera ac studio suo ne desint, ut illius exemplo etiam alii ad inserendum nationi excitentur et inflammentur.  
 Pro describendo archetypo nationis privilegii et supplicatione summo pontifici pro eodem privilegio  
 25 confirmando et literis ad legatum imperatoris et *fol. 186r.* dominum Ambrosium de Gumpenbergk prothonotarium apostolicum, quibus hoc negocium apud summum pontificem expediendum commisimus, quadraginta septem Bolendinos et tres quatrenos de-  
 30 dimus.  
 Pro lineatione matriculae et statutorum nationis octo Bolendinos.  
 Pro describendis privilegiis et matriculis ad librum  
 35 statutorum nationis, episcoporum et doctorum ac eorum, qui hic obierunt etc., ita, ut nobis ab antecessoribus nostris antiquis procuratoribus fuit de eis indicatum, triginta sex Bolendinos et tres quatrenos.  
 Pictori pro pingendis insigniis episcoporum et qua-  
 40 rundam aliarum picturarum ad librum statutorum nostrorum viginti tres Bolendinos et tres quatrenos.
- Pro symposio in electione novorum dominorum procuratorum: 45  
 Pro zuccharo unum scutum et octo Bolendinos.  
 Pro vino dulci viginti quinque Bolendinos.  
 Pro celdonibus viginti quattuor Bolendinos.  
 Pro malvatico triginta duos Bolendinos.  
 Henrico Rigoni famulo nationis nostrae, nomine sa-  
 50 larii eius annui decem librae, quae faciunt duos ducatos Camerae et quinquaginta duos Bolendinos.



Pro pensione ecclesiae nationis nostrae iis quibus debetur hoc anno nihil est datum, propterea quod a nobis duobus hoc anno procuratoribus et sodalibus nostris, videlicet generoso domino Lituino Popel a Lobkowitz et domino Adamo Verliser et domino Willelmo Muccheck a Buckow et domino Georgio Czolner im Brandt fuit chorus eiusdem ecclesiae, quibusdam picturis vetustate obsoletis<sup>a</sup>, illustratus et tabula altaris maioris renovata atque etiam insignia nostra gentilia depingi et affigi dedimus. In quibus picturis ex propriis pecuniis nostris a nobis supranominatis expensi sunt duodecim scutati in auro et aliquot Bolendini.

15

Subducta diligenter tota ratione accepti et expensi in praesentia nobilium dominorum antiquorum et novorum sindicorum, ita ut consuetudo est, successoribus nostris novis procuratoribus viginti ducatos largos apud Hieronymum Petz reliquimus, 5 pro quibus chyrographum eius habent, et quinque scutos in auro minus undecim quatenis numeravimus et una cum aliis omnibus rebus ad nationem pertinentibus (iuxta inventarium domini Adami Verliser et domini Georgii Czolner antiquorum procuratorum) eis dedimus, tradidimus et assignavimus, exceptis solummodo libris nationis et aliorum, quos nos vendidimus, ut supra demonstratum est.

15

## 1532.

\* Anno a nativitate Domini M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXXII<sup>o</sup>, indictione quinta, pontificatus sanctissimi domini nostri domini Clementis divina providentia papae VII., necnon serenissimi ac augustissimi domini domini Caroli V. Romanorum imperatoris, Hispaniarum regis, archiducis Austriae, etc., in die epiphaniae Domini, in clyta natione Germanorum in celeberrima Bononiensi academia utriusque vel alterius iuris candidatorum in ecclesia Sancti Fridiani extra portam Sancti Mamme pro veteri ac laudabili consuetudine legitime coacta ac congregata, unanimi consensu a superioribus procuratoribus electi fuere reverendus ac nobilis dominus Martinus de Neydek archidiaconus Tridentinus Australis et nobilis dominus Ioannes a Kreyzcenn<sup>b</sup> Brutenus in dicte nationis procuratores; qui iuxta statutorum formam onus procuratorium in se susceperunt et hec quae subnotata sunt acceperunt et expenderunt.

## Ratio accepti:

Ab antiquis procuratoribus accepimus XX ducatos largos et quinque scutos minus XI quatriniis.  
 30 A domino Gasparo Greschel accepimus VIII ducatos in moneta et quatuor Iulios quos tenebatur nationi iuxta eius chyrographum.  
 A domino Georgio Logo Silesio ratione debiti quod tenebatur nationi II aureos Pannonicos.  
 35 Ab heredibus de Felysinis V libras.  
 A Ioanne Baptista de Montanariis aurifice pro annuo affictu de pensione domus nationis nostrae in die paschatis septuaginta Bologninos et in die nativitate Christi ab eodem LXX Bologninos.  
 40 A colono nostre possessionis<sup>c</sup> IIII scutos cum dimidio.  
 E capsula penali et ex offertoriis XXXXIII Bologninos et unum quatriniis.

45 \* Episcopus Tridentinus et Brixinensis nunc cardinalis *al. u.*

45

<sup>a</sup> obsoletus *A.*      <sup>b</sup> Kreyzeim *B.*      <sup>c</sup> sic.

<sup>1)</sup> *Christof. a Madrutz, episcopus Tridentinus, 1539, Aug. 5 — 1567, Nov. 14; Brixinensis 1542 — 1578, Jul. 7. Mitra et pileus cardinalis adpicta sunt.* 50



- A domino Hippolito Calocaepio alias de Schönhofen nihil.
- A reverendo ac egregio viro domino Iodoco Hoetfilter prothonotario sedis apostolice, decretorum doctore, cathedralis Lubicensis et colegiate beatae Mariae virginis ad gradus Maguntinensis ecclesiarum preposito\*<sup>1</sup> unum ducatum in auro et XXVI Bologninos.
- Ab egregio ac nobili viro domino Bernardino Rudolph de Aichach iuris utriusque doctore medium scutum in discessu.
- Ratio expositi:
- Baiulis pro deferendis rebus nationis ab antiquis procuratoribus ad aedes nostras VIII Bologninos.
- 15 In die purificationis beatae Mariae virginis. VII Bologninos pro missa; IIII Bologninos \* baiulo pro deferendis rebus nationis nostrae ad divina spectantibus, eodem die III Bologninos pro thure et mirra.
- Pro candelis scolaribus nationis nostrae in die purificationis beatae Mariae prestandis et earum, quae ad divina accenduntur, refectione II scutos et LVIII Bologninos.
- In die palmarum sex Bologninos pro missa, baiulo quatuor Bologninos, pro palmis I Bologninum.
- 25 In coena Domini pro missa VI Bologninos, baiulo III Bologninos.
- In die pasche pro missa VII Bologninos, baiulo IIII Bologninos.
- In die pentecostes pro missa VI Bologninos, baiulo IIII Bologninos.
- 30 Pro anniversario Ioannis Scoti VI Bologninos.
- In die assumptionis beatae Mariae virginis pro missa VII Bologninos, IIII baiulo.
- In die omnium sanctorum pro missa VII Bologninos.
- 35 In die omnium animarum pro officio pro defunctis X Bologninos, baiulo IIII Bologninos.
- In die sancte Catherine pro missa VI Bologninos, baiulo IIII Bologninos.
- In die solemnii nativitatis Christi ob missam papalem, in qua aderat et Carolus V. Romanorum imperator, missa non est habita.
- 40 In die epiphaniae Domini pro missa IIII Bologninos, baiulo IIII Bologninos.
- Eodem die notario [pro instrumento,] quo legitima electio dominorum novorum procuratorum ostenditur, X Bologninos.
- Pro annua pensione sacelli Sancti Fridiani XXXX Bologninos.
- Nos tamen et consilarii nostri, videlicet venerabilis dominus Iohannes Schyringus artium liberalium 5 magister, reverendus dominus Ioannes Rodolphi de Northeim cantor et canonicus ecclesiae beate Mariae virginis Erfordiensis et dominus Wolphganguus Baumbgartner Brixinensis ecclesiam nostram pictura, iudicio scilicet Salamonis\*, propriis expensis ornavimus.
- Iussu totius nationis agrum monialium quamproxime possessioni nostre contiguum, quem emere volebat, metiri curavimus, qui continet unam tornaturam et III quartas tornaturae, mensori autem dedimus 15 XIII Bologninos.
- Pro illustrando privilegio et statuto nostro XX Bologninos.
- Et cum virtute nostri privilegii a Carolo V. Romanorum imperatore nobis indulti notarios creare 20 auctoritate imperiali possumus, nos Philippum de Bondiis scolarem de terra Aphrici comitatus Bononiensis, ut privilegium nostrum ipso actu stabiliretur, creavimus notarium.
- Pro capsula facta ex lamina ad privilegium nostrum 25 XX Bologninos.
- Pro ferro quo ciste nationis, ne alicubi incuria baiulorum frangerentur, foris muniuntur VIII Bologninos.
- Pro capsula ad ostias III Bologninos. 30
- Pro ostiis IIII quatrinos.
- Pro clave et corda ad capsulam sigilli unum Bologninum.
- Pro perticis et palis in possessionem nostram LI Bologninos cum dimidio. 35
- Pro synposio in die epiphaniae pro vino malvatico LXIII Bologninos.
- Pro vino dulci XIII Bologninos.
- Pro zucaro unum scutum.
- Pro celidonibus XIII Bologninos. 40

\* Episcopus Lubicensis qui obiit Romae 29. Aprilis anno 1551.<sup>a</sup> *al. m.*

50 \* sic.

<sup>1</sup>) Iodocus Hoetfilter de Osnabrück, episcopus Lubicensis, 1547, Mai. 26 — 1553, Apr. 28. Mitra adpicta est.



Cum via nobis a maioribus nostris scribendi episcopis nationi nostre incorporatis indicata esset, multis scripsimus, verum nihil accepimus. Ceterum cum praedecessores indicarent reverendissimum cardinalem Tridentinum pollicitum nationi XXXX ducatos, nos eidem scripsimus et praeter literas nihil accepimus, quas apud nationem reliquimus; non dubitamus tamen quin successores voti compotes reddentur, scripsimus itidem omnibus fere debitoribus et nationis et aliorum; quid acceperimus ex ratione accepti patet.

Habito igitur diligenti et accepti et expensi calculo in praesentia dominorum novorum procuratorum et

sindicorum, ut mos est, successoribus nostris novis procuratoribus XX ducatos largos apud Hieronymum Pecium Nurnbergensem, pro quibus habent eius chirographum, et XX coronas XV Bologninos duos quatrinos una cum aliis omnibus rebus mobilibus et immobilibus ad nationem pertinentibus iuxta inventarium anno M. D. XXXI. confectum numeravimus, dedimus, tradidimus et assignavimus, praeter chirographum Gaspari Gresschels, quod cum debitum exolutum<sup>a</sup> esset in praesentia dominorum novorum procuratorum laceravimus, et praeter libros quos praedecessores nostri, ut ex eorum videre est ratione, nobis non tradiderunt.

15

15

## 1533.

\* Anno Domini M. D. XXXIII.º, indictione 6, pontificatus sanctissimi domini domini Clementis divina providentia pape eius nominis VII., ac augustissimi domini domini Caroli V. Romanorum imperatoris, Hispaniarum regis, archyducis Austriae etc., inclita natione Germanorum utriusque iuris studiosorum Bononiae legiptime<sup>a</sup> die epifaniae Domini in aede divi Fridiani extra portam Sanctae Mamme congregata ex more atque instituto maiorum, a superioris anni procuratoribus nominati procuratores<sup>b</sup> et natione approbante electi fuerunt nobiles viri dominus Ghilielmus Muchek a Bukoio Boemus et dominus Iohannes a Croaria Boiarus. Ceterum<sup>a</sup> revocata a suis in patriam nobili domino Guilielmo, vices suas cum consensu dominorum syndicorum nobili domino Georgio Zolner in Brandt Franconi delegavit; qui nationis rem legibus institutisque maiorum diligentissime administrantes finitoque officio infrascriptam accepti<sup>a</sup> et expensi hanc rationem dederunt.

Ratio accepti<sup>a</sup>:

Ab antiquis procuratoribus XX scutos XV Bologninos duos quatrinos.

A Felisinis ex annua nomine cuiusdam legati pensione V libras Bononienses, quod facit unum scutum XXVII Bologninos.

Hi eodem anno hoc legatum cum communi consensu nationis absolventes, cuius nomine nostrae nationi singulo quoquo<sup>a</sup> anno V libras Bononienses solvere tenebantur, dederunt centum libras Bononienses, facientes XXVII scutos et XXVIII Bologninos (scuto pro LXXIII Bologninis computato), ut in instrumento, hac de re per publicum notarium in membrana confecto, patet, cuius tenorem hic iuxta in fine nostrae rationis maiores nostri imitati describi curavimus.

A reverendissimo episcopo Augustensi pro munere in nostram nationem colato<sup>a</sup> accepimus XX ducatos, quos miserat per honorabilem virum Hieronimum Petz civem Nurnburgensem, cuius reservatae pecuniae<sup>a</sup> nomine, ut in predecessorum nostrorum

ratione indicatur, nationi chirographum dederat, quem ei pecunia hac ab illo recepta reddidimus, faciunt XX scutos LX Bologninos.

Ab illustrissimo cardinali ac episcopo Tridentino ex munere erga nationem recepimus XX aureos Rennenses, sunt XIII scuti LI Bolognini, quos transmisit per honorabilem virum Alexandrum Craffeter civem Augustensem.

A rustico nostre possessionis pro annua pensione III scutos XXXVI Bologninos quatrinos 3.

Pro lignis excisarum sterilium ac infructiferarum arborum necnon putatarum, quae singula infra indicantur, recepimus III scutos XXXVI Bologninos tres quatrinos.

A rusticis monacarum pro media fructuum parte empte possessiuncule<sup>a</sup> iam compensate, quorum alteram partem moniales ex contractu retinebant, nos porro nostram certis ex causis vendentes accepimus II scutos LIII Bologninos.

A Iohanne Baptista aurifice ex annua domus suae pensione VII libras Bononienses.

50

<sup>a</sup> sic.      <sup>b</sup> pro procuratores A.

Acta nationis Germanicae.

39

50



## A novitiis scholaribus:

- A reverendo ac nobili domino Philippo Alberto a Staen canonico Maguntinensi et Augustensi\* unum scutum.
- 5 A reverendo Tilmano Kriech preposito ac canonico Wetzllariensi LIII Bologninos.
- A nobili viro Ottone ab Hovelich Cliviensi XXX Bologninos unum quatrenum.
- A domino Gherardo Aquitano Coloniensi dimidium scutum.
- 10 A domino Lamberto Sising<sup>a</sup> Frisio Grimingensi<sup>b</sup> LIII Bologninos.

## A doctoribus:

- A domino Iohanne Schiringio Magdenburgensi, equite aurato, arcium et iuris utriusque doctore unum scutum.
- 15 A reverendo domino Iohanne Rudolphi a Northem decano et canonico ecclesie beate Marie virginis Erfordiensis atque Sancti Andreae Hildensheimensis scolastico, iuris utriusque doctore, L Bologninos.

fol. 188r.

## \* Ratio expositi:

- Baiulo pro cistis deferendis<sup>c</sup> ad domum novorum procuratorum tres Bologninos duos quatrinos.
- Nostram antiquam possessiunculam nimis parvam, ut inde colones<sup>d</sup> se suamve familiam aleret, esse, necnon esset quo natio institutos divinos cultus caeteraque eidem necessaria conservaret, porro ob crebras lites cum monialibus de vicinia evitandas, nostri predecessores semper deliberavere atque adeo saepe in natione conclusum, id fieri si posset, partem adiacentem a monialibus Sancte Agnetis emere, quod et persaepe iam elapsis annis tentatum, vero impetrari non potuit. Id nunc eo anno quo sanctissimus summus pontifex cum invictissimo imperatore nostro ceterisque multis illustrissimis principibus hic ageret, iterum agi coeptum. Hoc demum vix magno labore a nobis procuratoribus cum quibusdam aliis ad hoc negotium idoneis visis impetratum est. Hac siquidem in re usi sumus (ut nostro iuramento astringente undecumque possumus nationis utilitati prospicere debemus) opera clarissimi iuris utriusque doctoris monarchae huius heroici studii domini Ludovici de Gozedinis, qui se cum semper nostre nationi protectorem ac summum fautorem professus est, tum hac in re maxime exhibuit necnon nobilissimi ac ornatissimi viri
- 25
- 30
- 35
- 40
- 45

\* Obiit Bambergae anno M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. 49. *al. m.*<sup>a</sup> Fising B.<sup>b</sup> sic loco Gruningensi.<sup>c</sup> deferentis A.<sup>d</sup> sic.<sup>1)</sup> Cf. instrumenta ad hunc annum.

domini Petri Bechinie a Latzion<sup>d</sup> Boemi, ut qui inter magnates curie ob suas singulares eruditionis atque virtutis dotes, quas cum nobilissima ac vetustissima sua prosapie coniunctas habet, notus erat. Cuius memorate partis emptiones ac venditiones<sup>5</sup> cum requisitis in venditione bonorum ecclesiasticorum solemnitatibus conscriptae in tribus instrumentis de membrana sunt, que una cum instrumento Felisinorum in calce nostre rationis escripta habentur<sup>1</sup>. Pro qua possessionis monialium parte 10 expendimus LXXVI scutos LII Bologninos.

Notario ad huiusmodi instrumenta conscribenda dedimus III scutos.

Privilegio sacratissimi Caroli quinti Romanorum imperatoris semper augusti etc. anno M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>. 15 ab eiusdem anni procuratoribus impetrato, nationi nostre non absre fore visum erat, cum iidem articuli quoque privilegiis a sanctissimo summo pontifice (id quod et dicti XXX. anni procuratores ni repentina summi pontificis hinc provectione pre- 20 venti facturi fuissent) impetrarentur. Qua re eo anno, quo uterque orbis monarcha iterum hic convenerat, effectui mandanda omnem diligentiam adhibuimus. Verum inopia pecuniae a proposito tandem desistere coacti, cum iam omnia et aegre 25 quidem ad ultimum fere deducta erant, ut ex formula processus privilegiorum impetrandorum quam iuxta infrascripta una cum instrumentis supradictis novis dominis procuratoribus tradidimus, percipi potest. 30

Ad supplicationem conficiendam duos scutos.

Pro eadem in signature forma escribenda XII Bologninos.

Registraribus ac abbreviatoribus duos scutos 7 Bologninos. 35

Bidello nostro magistro Iacobo della Volpe pro suo salario quinque libras Bononienses.

Pro locationis instrumento decem Bologninos.

Rustico ut semina emeret mutuo dedimus 1 scutum.

Pro fasciculis virgultarum ad sepes adiecte possessi- 40 unculae iuxta viam faciendas LX Bologninos IIII quatrinos.

Operariis ad fossas fodiendas sepesque faciendas 25 Bologninos.

Ad montis rupem inter nostram antiquam ac novam 45 possessiunculam explanandam, arbores sichas<sup>d</sup> in-



- fructiferasque in eo confinio succidendas, necnon fossas ab utraque parte novae emptae possessiunculae intra antiquam exequendas, operariis dedimus duos scutos XLIII Bologninos.
- 5 Pro victibus ac plantulis uvarum Albanarum prope pergulam<sup>a</sup> plantatis XXX Bologninos.  
Operariis plantantibus XVIII Bologninos.  
Pro quad[r]ingentis albis perticis LXXII Bologninos.  
Pro viridis perticis XLV Bologninos quatuor qu-
- 10 trinos.  
Pro viminibus VIII Bologninos.  
Pro XXVI palis ad pergulam<sup>a</sup> XXVI Bologninos.  
Pro quinquaginta cannis II Bologninos III quadri-
- 15 \* Operariis ad pergulas de novo faciendas quadraginta quatuor Bologninos.  
Ad arbores putandum siccisque ac infructiferis arboribus eradicandum, que ligna ut supra in ratione accepti assigna[n]tur, postea vendidimus, operariis huiusmodi laborantibus 37 Bologninos.
- 20 Monialium factori ad portam ac seram reficiendam pro nostra dimidia parte XVIII Bologninos.  
Militibus cum sacratissimus imperator hic ageret ad tutandam prae vulgus incursu possessionem donavimus X Bologninos.
- 25 Pro annua nostre ecclesie pensione XXXX Bologninos.  
Pro candelis in die purificationis beatae Mariae ex more distribuendis duos scutos LVII Bologninos.  
Sacerdoti ad missam celebrandam VII Bologninos.
- 30 Baiulo quinque Bologninos.  
In die palmarum sacerdoti VII Bologninos.
- Pro palmis et ostiis duos Bologninos, baiulo quatuor Bologninos.  
Sacerdoti in die cenae Domini VIII Bologninos, baiulo quatuor Bologninos.  
In die resurrectionis Domini sacerdoti V Bologninos, 5 una cum oblati baiulo quatuor Bologninos.  
In die pentecostes sacerdoti VII Bologninos, baiulo quatuor Bologninos.  
Assumptionis beate Marie virginis sacerdoti VII Bologninos et baiulo quattuor Bologninos. 10  
In festo omnium sanctorum sacerdoti VI Bologninos, baiulo 4 Bologninos, sacerdoti VII Bologninos.  
Porro ad anniversarium Iohannis Scoti quondam nationis nostre bideli celebrandum VIII Bologninos. fol. 189r.  
Baiulo quatuor Bologninos in die omnium defunctorum. 15  
In die sancte Katerine sacerdoti VII Bologninos, baiulo quattuor Bologninos.  
In festo nativitat[is] Domini sacerdoti VII Bologninos, baiulo quatuor Bologninos.  
In festo epifanie Domini nostri sacerdoti VII Bologni- 20 nos, baiulo quatuor Bologninos.  
Notario ad novorum procuratorum instrumentum conficiendum decem Bologninos.  
Pro gentatione ex more in electione novorum procuratorum servanda ex nationis pecunia 25 elargiti sumus:  
Pro zucchero unum scutum et duos Bologninos, pro vino malvatico LVI Bologninos, pro cialdonibus XI Bologninos, pro vitris XIII Bologninos, 30 baiulo VII Bologninos.

Contentione quadam hoc anno inter nobilem virum Rainaldum a Luschwitz et quendam Polonum oborta eoque dicto domino Rainaldo solvere [non] parato, quod ratione contractus emptionis equi cuiusdam tenebatur Polono, nos procuratores arestum interponebamus instigante Poloni<sup>b</sup> creditore. Rector utriusque 35 universitatis interea a Polono aditus, nullo pacto nobilem illum de Luschwitz<sup>c</sup>, ad se ut veniret, (sumus enim a rectoris iurisdictione emancipati) cogere poterat. Tandem tamen is dissimulato colloquio effecit, quo dictus Rainaldus ad se veniret, ac altera die aut se aut procuratores nationis sisteret (cum ille de Luschwitz ut rectori obtemperaret cogi non poterat) pignoribus acceptis coëgit. Natio humanitatis gratia rectore con-

40 vento deinde, cum is in suo proposito se obfirmaret, huius civitatis gubernatorem, videlicet dominum Franciscinum Guizardinum Florentinum iuris utriusque doctorem adiit. Qui se nostra iura velle tueri, si quedam haberemus, que nos semper habuisse atque rectori universitatis subiectam nostram nationem non esse probaremus (tunc magnificus et illustris vir Pirrus de Malvitiis senator Bononiensis, qui eodem tempore apud gubernatorem erat, id ipsum asseruit), pollicitus est ac rectori pignora restituere mandavit. Antequam 45 tamen hac de causa gubernatorem natio conveniret, clarissimum virum dominum Petrum Paulum Parisium 45 supremam cathedram tunc temporis hoc in celeberrimo studio obtinentem adivit, is nostro de iure quod consuleret. Qui dixit siquidem huius rei singulare privilegium a sanctissimo summo pontifice non haberemus, haud absre fore, si hanc longam semperque sic obtentam consuetudinem, quod rectori non simus subiecti,



quoque modo quibusdam casibus de facto haberemus confirmatam, ut si quippiam tale contigisset, natio nostra obtineret. Quod nunc factum est. Proinde id, ut posteris de libertate nationis nostrae semper constaret ad perpetuam rei memoriam natio inscribendum decrevit.

fol. 189v.

\* Coramque reverendis ac nobilibus viris dominis Philippo Alberto a Stain et domino Christophoro de Madrutz novis procuratoribus et domino Philippo de Veningen, domino Rahardo<sup>a</sup> de Lubchwitz, domino Adamo Verliser et domino Gherardo Aquitano electis novis sindicis<sup>a</sup> diligenti acceptorum atque expensorum habita ratione novi procuratores nobis reddiderunt quinquaginta tres Bologninos, quos in re nationis ultra accepta elargiti sumus.

Nos vero dominis novis procuratoribus tradidimus ac assignavimus in eorundem supradictorum minorum presentia omnes res mobiles atque immobiles ad nationem nostram spectantes iuxta inventarium anno M°. D°. XXXI°. confectum, exceptis libris ac chirographo domini Gaspari Greschel, de quibus in predecessorum nostrorum calculis ratio habetur, preterea excepto annuo Felixinorum debito atque honorabilis viri Hyeronimi Petz civis Nurnburgensis chirographo, quem antiquis procuratoribus de paecunia a reverendissimo episcopo Augustensi transmissa penes se reservata dederat, ut in nostra ratione supra assignatur, ultra vero bona in commemorato inventario insuper eis tradidimus ac assignavimus tria instrumenta in membranis conscripta vendite possessionis a sororibus Sancte Agnetis ac empte per nos ut supra, porro unum instrumentum in membrana de Felixinorum annui quondam redditus, quinque videlicet Bononiensium librarum absolute, demum copias supplicationis ac minute privilegiorum a summo pontifice impetratorum, quod incaeptum ac ad finem fere deductum, ob autem gravem extimationem dominorum taxandorum de cancellaria nunc temporis comuni consensu nationis intermissum est.

20

## 1534.

fol. 196v. 25

\* Anno a Christo nato M°. D°. XXXIII°, pontificatus sanctissimi domini nostri Clementis divina providentia papae septimi anno decimo, necnon sacratissimi ac foelicissimi domini Caroli quinti Romanorum imperatoris semper augusti, Hispaniarum regis, archiducis Austriae etc. anno decimo et quarto, ac Ferdinandus eius fratre, Romanorum, Hungariae et Bohemiae rege etc. invictissimo ac prudentissimo, Romanorum regni anno tertio, caeterorum vero septimo, in die epiphaniae Domini, ex prisca et antiqua consuetudine congregata legitime dominorum iuristarum Germanorum natione in aede Sancti Fridiani extra portam burgi Sancti Mammae, vocati ad procuratorium munus fuere reverendi ac nobiles domini Christophorus de Madrucio ecclesiae cathedralis Tridentinae decanus et canonicus, canonicus Augustensis etc. necnon Philippus Albertus a Stain canonicus Moguntinensis et Augustensis etc.; qui postea pari omnium consensu designati ac confirmati iuxta statutorum formam procuratoris partes susceperunt rerumque nationis, edito inventario, quae exposuerunt item acceperunt sedulo notata subsequuntur.

35

Accepta:

A procuratoribus anni superioris nihil accepimus, ut infra in expositi ratione patet.

Illustrissimus ac reverendissimus dominus dominus Matheus S. R. ecclesie tituli S. Angeli presbyter cardinalis<sup>1</sup> archiepiscopus Salispurgensis etc. ex summa erga nationem liberalitate viginti Salispurgenses ducatos est elargitus, et cum eo duo prae-

lati, videlicet reverendissimus Marquardus a Stain praepositus Moguntinensis, Bambergensis et Augustensis etc. canonicus Salispurgensis exhibuit quinque ducatos, alter vero reverendus dominus Ambrosius a Lamberg ecclesiae Salispurgensis decanus duos exhibuit coronatos.

A colono ex locatione possessionis nostrae coronas

45

<sup>a</sup> sic.

45

<sup>1</sup>) Pileus cardinalis, baculus episcopalis et crux archiepiscopalis in margine adpicta sunt.



- quinque in auro; nam cum per hyemen illum  
conduxissemus (ob alterius coloni occultam fugam)  
fuimus coacti aequi bonique consulere, sed quia  
pro fugitivo colono Vincentius de Magnanis civis  
5 Bononiensis fideiusserat, ideo pro eo iure trans-  
actionis solvit coronas tres, ut apparuit in instru-  
mento locationis hac in materia confecto anni 1534.  
A Ioanne Baptista de Montenariis aurifice ratione af-  
fictus nationis domus, ut per instrumentum patet,  
10 coronam unam Bologninos 65.
- \* A novitiis scholasticis.
- A nobili domino Ioanne a Nossbitz<sup>a</sup> I coronam.  
A nobili domino Christophoro a Wanga I coronam.  
15 A domino Christophoro Stalberger I coronam.  
A domino Carolo Tisnack<sup>b</sup> I coronam.  
A domino Luca Ulstatt<sup>c</sup> utriusque iuris doctore I  
ducatum.  
A nobili domino Christophoro a Conritz I coronam.  
20 A domino Christophoro a Strass I florenum Renensem.  
A nobili domino Ioanne Iacobo  
Fugger  
A nobili domino Georgio Fugger } tres coronas.  
A domino Christophoro Hager }  
25 A domino Georgio Sigismundo Seld<sup>d</sup> }  
A domino Laurentio Weygel I florenum Renensem.  
A nobili domino Henrico a Plaunitz<sup>e</sup> de Wisenperg  
I coronam.  
A domino Petro Waler Misnensi I florenum Re-  
30 nensem.  
A domino Henrico Schneydewein I florenum Re-  
nensem.  
A domino Conrado Pauli I coronam.  
A domino Gerardo Pauli I coronam.  
35 A nobili domino Georgio a Schleynitz I coronam.  
A domino Nicolao Holstat I florenum Renensem.  
A domino Matthaeo Herbert I florenum Renensem\*.
- Exposita:
- 40 Antiquis procuratoribus 53 Bononinos, quos eis no-  
mine nationis debebamus, dedimus.  
Pro annua pensione ecclesiae nostrae 40 Bononinos.  
In die purificationis beatae Mariae virginis pro missa  
7 Bologninos.  
45 Baiulo pro afferenda cista nationis 4 Bologninos.  
Pro candelis scholasticis nationis nostrae veteri con-  
suetudine erogandis et altaris reficiendis 2 coronas  
Bologninos 38 quattrinos 4 denarium I.
- In die palmarum pro missa 7 Bologninos, baiulo 4 Bo-  
logninos.  
Pro thure et palmis 1 Bologninum 1 quattrinum.  
In die cenae Domini pro missa 7 Bologninos, baiulo  
4 Bologninos. 5  
In die paschatis sacerdoti 7 Bologninos, baiulo 4 Bo-  
logninos.  
In dominica penthecostes pro missa 7 Bologninos,  
baiulo 4 Bologninos.  
In festo assumptionis beatae Mariae 7 Bologninos, 10  
baiulo 4 Bologninos.  
In die omnium sanctorum 7 Bologninos. fol. 197r.  
In die omnium animarum 7 Bologninos.  
Pro anniversario Ioannis Scotti 7 Bologninos.  
Baiulo pro utroque die 8 Bologninos. 15  
In die sanctae Catharinae 7 Bologninos, baiulo 4 Bo-  
logninos.  
In die nativitatis Domini pro 3 missis 10 Bologni-  
nos, baiulo 4 Bologninos.  
In die epiphaniae Domini pro missa 7 Bologninos, 20  
baiulo 4 Bologninos.
- In usum possessionis exposita:
- Pro exemplari contractus possessionis locationis quin-  
que annorum 25 Bologninos. 25  
Pro autentica obligationis et absolutionis monialium  
sanctae Agnetis nationi Germanicae<sup>f</sup> etc. sex libras,  
faciunt coronam I Bologninos 45.  
Colono nationis iuxta contractum locationis, de quo  
supra in ratione accepti, dedimus coronas 4. 30  
Pro quingentis perticis coronam I.  
Pro 225 palis parvis, ut vulgo dicunt ad alfas 52 Bo-  
logninos.  
Baiulo pro portatura 3 Bologninos 2 quattrinos.  
In causae<sup>f</sup> ianuae furatae possessionis ad inveniendum 35  
fures tam pro scribendis protestationibus, mandatis,  
citationibus, quam publicis nunciis, exposuimus 34  
Bologninos 3 quattrinos.  
Pro dimidia parte novae portae possessionis nostrae,  
quoniam reliquam partem sorores S. Agnetis de- 40  
derant, solvimus 56 Bologninos.  
In causa Vincentii de Magnanis ad extorquendas pec-  
cunias iure transactionis 7 Bologninos.  
Pro exemplari privilegiorum 10 Bologninos.  
Notario pro subscriptione 14 Bologninos. 45  
\* Baiulo pro excutiendis pulveribus bis in anno ex fol. 197v.  
tapeto 4 Bologninos 3 quattrinos.

50 \* in auro *al. m.*

50

<sup>a</sup> Nostitz *B.*<sup>b</sup> Tisnack *B.*<sup>c</sup> Ustatt *B.*<sup>d</sup> Seld *deest B.*<sup>e</sup> Planitz *B.*<sup>f</sup> *sic.*



- In die epiphaniae pro electione novorum procuratorum:
- Pro zuccaro et bellariis coronam I Bologninos 10.  
 Pro malvatico 55 Bologninos.  
 5 Pro celidonibus 25 Bologninos.  
 Pro instrumento notario, quo legitima electio novorum procuratorum ostendi potest, 10 Bologninos 3 quatrinos.  
 Bedello nationis nostrae nomine salarii annui 10  
 10 libras, quae faciunt 2 scutos in auro et 50 Bologninos.  
 Pro cista portanda ad domum novorum procuratorum 3 Bologninos.
- In praesentia igitur nobilium dominorum novorum procuratorum ac syndicorum antiquorum et a novis procuratoribus electorum, videlicet domini Ioannis Iacobi Fugger, domini Georgii Zolner im Brand, domini Adami Verlieser et domini Nicolai Holste, 5 subducta diligenter tota ratione accepti et expensi, ita ut moris est, successoribus nostris novis procuratoribus triginta quinque coronas in auro 66 Bologninos 3 denarios numeravimus et una cum aliis omnibus rebus ad nationem pertinentibus iuxta inventarium anni M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXXI<sup>o</sup> eis dedimus, tradidimus et assignavimus.

15

15

## 1535.

fol. 198r. Anno a nativitate Christi M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXXV<sup>o</sup>, sanctissimi domini nostri domini Pauli papae III. pontificatus anno L, ac sacratissimi principis Caroli V. imperatoris augusti, Hispaniarum regis, archiducis Austriae etc. imperii anno decimo quinto, et Ferdinandi eius fratris regis Romanorum, Germaniae, Hungariae et Bohemiae etc. archiducis Austriae etc., Romanorum ac Germaniae regni anno quarto, in die epiphaniae Domini, ex veteri et laudabili instituto convocata inclyta natione dominorum Germanorum Bononiae iuri incumbentium in ecclesia Sancti Fridiani extra portam Sancti Mammae, ab antiquis procuratoribus nominati nobilis dominus Henricus a Plaunitz utriusque universitatis syndicus generalis ac nobilis dominus Christophorus a Conritz communique omnium voto et consensu electi et confirmati procuratorum munus iuxta formam statutorum susceperunt redditaque diligenter suae administrationis accepti et expensi ratione, eam hic subnotarunt.

- Accepta:
- 30 Ab antiquis procuratoribus accepimus 35 coronas in auro 66 Bologninos I quatrinum.  
 A colono ex locatione possessionis 8 coronas in auro.  
 A Ioanne Baptista de Montenariis ratione afflictus nationis domus, ut in instrumento apparet, 7 libras,  
 35 quae faciunt I coronam 65 Bologninos.  
 Pro cera antiqua vendita 6 Bologninos.  
 Ex capsula penali nationis 10 Bologninos I quatrinum.
- A scholaribus novitiis:
- A generoso domino Othone sacri Romani imperii haereditario dapifero barone in Waltpurg, Spirensi et Augustensi canonico<sup>a</sup> etc. I coronam.  
 40 A generoso domino Wolphango Engelberto barone ab Auersperg ac domino de Schonberg I coronam.
- A generoso domino Balthasare barone de Khienring I coronam. 30  
 A nobili domino Ioanne de Lindenau I coronam.  
 A nobili domino Wiglaeo Hundt de Kaltenberg<sup>\*\*</sup> I florenum Renensem.  
 A nobili domino Lodovico Fuchs de Ebenhofen 12 Bologninos. 35  
 A nobili domino Udalrico Kuedorffer<sup>a</sup> I coronam.  
 A nobili domino Carolo Quarre Bruxellensi I florenum Renensem.  
 A nobili domino Wilhelmo de Noot Bruxellensi I florenum Renensem. 40  
 A domino Christophoro Hortensio utriusque ecclesiae Wratislaviensis canonico ac iuris utriusque doctore<sup>\*\*\*</sup> mediam coronam.

45 \* Eligitur episcopus Augustanus anno M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XLIII<sup>o</sup>, cardinalis postea *al. m.*  
 Gulielmi *al. m.* \*\*\* Obiit Vratislaviae diuturno sed incognito morbo 1538. *al. m.*

\*\* Consiliarius ducis Bavarie 45

<sup>a</sup> Knedorffer B.

50 <sup>1)</sup> Otto Truchsess a Waldburg, episcopus Augustanus, 1543, Maii 10—1573, Apr. 2. Mitra et pileus cardinalis adpicta sunt. 50



- A domino Bartholomaeo Argentariensi mediam coronam.
- A domino Erasmo Oheim de Breisach Brisgaviae mediam coronam.
- 5 A domino Hieronymo a Glauburg Francfordiensi\* 19 Bologninos.
- A domino Henrico Lewesaue\* Ratisponensi 20 Bologninos.
- A domino Nicolao Seld Augustensi I florenum Rense-  
10 nensem.
- A domino Ioanne Gelhorn Chueydritzensi 39 Bologninos.
- A nobili domino Martino Nibelschitz I florenum Rense-  
15 nensem.
- A discedentibus:  
Egregius ac nobilis dominus Georgius Zolner in Brandt  
Franco 18. die Februarii anno 1535. iuris utriusque  
Bononiae promotus doctor in discessu suo nostrae  
nationi dedit I coronatum.
- 20 \* Exposita:  
Pro annua pensione ecclesiae 40 Bologninos.  
In die purificationis pro missa 7 Bologninos.  
Pro candelis altaris renovatis et aliis candelis scho-  
laribus ex more in die purificationis distributis I  
25 coronam Bologninos 69 quattrinos 4.  
Pro thure 2 Bologninos.  
Pro missa in die palmarum 7 Bologninos.  
Pro palmis 3 quattrinos.  
Pro missa in die cenae Domini 7 Bologninos.
- 30 Pro ostiis 2 Bologninos.  
In die paschae pro missa 7 Bologninos.  
In die penthecostes 7 Bologninos.  
In die assumptionis Mariae 7 Bologninos,  
omnium sanctorum 7 Bologninos,  
35 omnium animarum 7 Bologninos.  
Pro missa Scotti bedelli 7 Bologninos.  
Pro missa domini Christophori Hager 7 Bologni-  
nos.  
In die sanctae Catherinae 7 Bologninos,  
40 nativitatis Christi 10 Bologninos,  
epiphaniae 7 Bologninos.
- Baiulo pro cista nationis ad missam ferenda singulis  
vicibus computatis, in summa 44 Bologninos.  
In usum possessionis exposita:  
Pro palis et perticis I coronam 15 Bologninos.  
Pro cannis 9 Bologninos 2 quattrinos. 5  
Pro 312 tagolis uvae Albanae et primitiae tam cum  
radice quam sine radice 40 Bologninos 3 quattrinos.  
Operario ad novam vineam plantandam 30 Bologninos.  
Pro 11 ulmis et 50 tagolis ad saepem 6 Bologninos  
5 quattrinos. 10  
Pro 6 $\frac{1}{2}$  curribus laetaminis 38 Bologninos.  
Pro purgando puteo 14 Bologninos.  
Pro instrumento ad aquam hauriendam et facturam  
29 Bologninos 3 quattrinos.  
Pro mensalibus altaris et albis sacerdotum lotrici ad 15  
lavandum 9 Bologninos.  
Sartori ad resarciendum 5 Bologninos.  
Baiulo pro excutiendis [ex] tapeto pulveribus 4 Bo-  
logninos.  
Ad lineandum annales 5 Bologninos. 20 fol. 198v.  
In die epiphaniae:  
Pro collatione, pro saccaro et bellariis I coronam 10  
Bologninos.  
Pro vino malvatico 64 Bologninos.  
Pro celidonibus 16 Bologninos. 25  
Pro instrumento notario, ex quo legitima novorum  
procuratorum electio probari potest, 10 Bologninos  
3 quattrinos.  
Pedello nostrae nationis pro annuo salario 10 libras,  
faciunt 2 coronas 50 Bologninos. 30  
Baiulo pro cista nationis ad novos procuratores por-  
tanda 3 Bologninos.  
In praesentia reverendorum ac nobilium dominorum  
antiquorum procuratorum et syndicorum a novis  
procuratoribus electorum, domini Christophori a 35  
Madruz decani Tridentini et domini Adami Ver-  
lieser, domini Wigulaei Hundt et domini Georgii  
Sigismundi Seld, reddita ac subducta ratione, suc-  
cessoribus nostris novis procuratoribus dedimus 45  
coronatos 12 Bologninos et 4 quattrinos resque na- 40  
tionis iuxta inventarium earum eis tradidimus.

## 1536.

- 45 \* Anno a nativitate Domini M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>, sanctissimi domini nostri domini Pauli papae tertii fol. 199r.  
pontificatus anno II., ac sacratissimorum principum Caroli V. imperatoris augusti, Hispaniarum regis etc.

\* Meminit eius d. Alciatus parergon libro 2. cap. 8. al. m.

50

\* Lewes. aue B.

50



archiducis Austriae etc., imperii anno decimo sexto, et Ferdinandi I. eius fratris, regis Romanorum, Hungariae et Bohemiae etc. archiducis Austriae etc., Romanorum ac Germaniae regni anno quinto, in die epiphaniae Domini, congregata nobili Germanorum in utroque iure Bononiae studentium natione in ecclesia Sancti Fridiani extra portam Sancti Mammae iuxta antiquam ac laudabilem consuetudinem, ab antiquis procuratoribus nominati ac designati fuere et communi ipsius nationis suffragio electi ac confirmati in procuratores sequentis anni nobilis dominus Georgius Fuggerus patritius Augustanus et nobilis dominus Ioannes a Lindenau de Dame. Cum autem praedictus dominus Georgius in patriam urgente necessitate revocaretur, subrogavit nobilem dominum Vigileum Hund a Lauterbach; is quoque demum discedens substituit dominum Georgium Sigismundum Seldium Augustanum; qui cum collega suo, reddita sufficienti accepti et expensi ratione, eam hic inscripsit.

fol. 199v.

## Accepta:

- Ab antiquis procuratoribus 45 coronatos 12 Bologninos 4 quattrinos.  
 A colono ex locatione possessionis nostrae 8 coronatos.  
 A Ioanne Baptista de Montenariis pro locatione domus 7 libras Bologninorum.  
 Pro antiqua cera vendita 10 Bologninos.  
 Ex capsula poenali 7 Bologninos 3 quattrinos.  
 A scholaribus novitiis:  
 A domino Petro Piperano 20 Bologninos.  
 A nobili domino Lodovico Kirchperger a Viehoven I coronatum.  
 A nobili domino Iacobo van der Vorst I coronatum.  
 A domino Sibrando Ocone<sup>a</sup> I coronatum.  
 A domino Wolphgango Segger I coronatum.  
 A domino Christophoro Clammer I florenum aureum.  
 A generoso domino Hermanno barone a Rennenburg I coronatum.  
 A nobili Matthia Pirserio artium magistro a Seyfersdorff, Silesio, canonico Vratislaviensi et praeposito Nyseno<sup>b</sup>, inscripto 26. die Octobris, I coronatum.  
 A nobili domino Iacobo a Saltza in Kontzendorff, Silesio, inscripto 26. Octobris, I coronatum.  
 A nobili domino Ioanne a Chenoy<sup>c</sup> Bruxellensi I florenum aureum.  
 A domino Christophoro Seld medium coronatum.  
 A nobili domino Volhardo a Schleynitz de Eule<sup>d</sup> canonico Merseburgensi et Numburgensi I coronatum.  
 A domino Iosepho Munstero medium coronatum.

## A discedentibus:

- Nobilis dominus Iacobus van der Vorst hoc anno in utroque iure insignitus in discessu nationi nostrae I coronatum dono misit.

## \* Exposita:

- Pro annuo ecclesiae censu 40 Bologninos.  
 Pro missa in die purificationis 7 Bologninos.  
 Pro candelis altaris et aliis distribuendis dominis scholasticis 2 coronatos 22 Bologninos.  
 In die palmarum pro missa 7 Bologninos.  
 Pro palmis 3 quattrinos.  
 In cena Domini pro missa 7 Bologninos.  
 Pro hostiis 15 quattrinos.  
 Pro lavandis vestimentis sacris 3 Bologninos.  
 In die resurrectionis Domini pro missa 7 Bologninos.  
 In die penthecostes 7 Bologninos.  
 In die assumptionis Mariae 7 Bologninos.  
 In die omnium sanctorum 7 Bologninos.  
 In die omnium animarum pro una missa nationis et alia Ioannis Scotti bedelli 14 Bologninos.  
 In die sanctae Catharinae 7 Bologninos.  
 In die nativitatis Domini 10 Bologninos.  
 In die epiphaniae Domini pro missa 7 Bologninos.  
 Pro hostiis 2 Bologninos.  
 Baiulo, qui cistam nationis singulis vicibus portavit, 44 Bologninos.  
 Pro purgando tapeto 4 Bologninos.  
 Pro sex foliis ad pingenda arma cardinalium et episcoporum in libro statutorum nationis 30 Bologninos.  
 Pro duabus cum dimidia chartis vervecinis ad eandem rem emptis 13 Bologninos.  
 Miniatori pro pingendis armis 30 Bologninos.  
 Scriptori, qui nomina eorundem inscripsit, 15 Bologninos.  
 Notario pro instrumento in electione novorum procuratorum facto 10 Bologninos 3 quattrinos.  
 Pro modulo crucis factae ad ornamentum altaris et vase 8 Bologninos.  
 Pro factura ipsius crucis 5 coronatos 16 Bologninos.

50

<sup>a</sup> Oechonus B.<sup>b</sup> Nisenus B.<sup>c</sup> Chenou B.<sup>d</sup> Eule B.

50



Pro pede crucis tornatori 23 Bologninos.	Pro 100 palis magnis 35 Bologninos 3 quatrinos.
Pro deaurando medium coronatum 12 Bologninos et 3 quatrinos.	Pro 100 perticis 14 Bologninos.
Pro lapidibus impositis 31 Bologninos 3 quatrinos.	Pro perticis pro arcu 3 Bologninos 3 quatrinos.
5 Pro vase suffragiorum tornatori 7 Bologninos.	Pro sex curribus fimi 48 Bologninos.
Pro deaurando 20 Bologninos.	
Pro minuta privilegii nostri Romae expedita medium coronatum.	In electione novorum procuratorum in die epiphaniae:
Pro expeditione librorum domini Philippi Alberti a Stain I coronatum.	Pro saccaro et bellariis 1 coronatum 6 Bologninos.
Pro restauratione sepulturae I coronatum.	Pro vino malvatico 55 Bologninos.
Pedello pro salario 10 libras.	Pro celidonibus 16 Bologninos 4 quatrinos.
	Pro vitris 12 Bologninos 2 quatrinos.
In usum possessionis:	In praesentia novorum procuratorum et syndicorum ab eis electorum domini Adami Verlieser, domini Martini Nibelschitz, domini Matthiae Pirserii et domini Christophori de Strassen, deductis expensis, 15 successoribus nostris dedimus 44 coronatos 19 Bologninos I quattrinum simulque alias res nationis eis tradidimus et consignavimus iuxta inventarium nationis.
15 Architecto et cementario qui visitaverunt domum possessionis que videbatur ruitura 57 Bologninos 3 quatrinos.	
Pro 12 ulmis 7 Bologninos.	
Pro 11 fioppis 4 Bologninos.	
20	20

## 1537.

\* A Christo nato M°. D°. XXXVII°, sanctissimi domini nostri domini Pauli divina providencia papae fol. 200r.  
 25 III. pontificatus eius anno III., ac sacratissimorum et invictissimorum principum Caroli V. Romanorum imperatoris semper augusti, Hispaniarum regis etc. ac ducis Austriae, imperii anno XVII., et Ferdinandi eius fratris, Romanorum, Hungariae et Bohemiae regis etc., archiducis Austriae etc., Romanorum ac Germaniae regni anno sexto, in die epiphaniae Domini, congregata inclita Germanorum iuri Bononiae operam dantium natione in aede Sancti Fridiani extra portam Sancti Mammae, ut moris est, ab antiquis procuratoribus ad  
 30 sequentis anni procuratorium munus propositi et nominati fuere nobiles domini Udalricus a Kuedorff<sup>1</sup> et Ludovicus Kirchperger a Wicho; qui deinceps unanimi nationis consensu nullo penitus discrepante electi et confirmati dictum munus susceperunt. Quum vero certis de causis praenominati procuratores hinc avocarentur, in locum eorum iuxta formam statutorum legitime subrogati fuerunt nobiles domini Martinus Nibelschicz<sup>a</sup> a Ritschicz<sup>b</sup> Silesius et Gwilhelmus von der Noth; qui omnium acceptorum nomine nationis et ex-  
 35 pensorum rationem fideliter reddiderunt et eam hic subscripserunt.

Accepta:	Pro antiqua cera vendita 7 Bologninos 3 quatrinos.
Ab antiquis procuratoribus accepimus 44 coronatos 19 Bologninos I quattrinum.	Ex capsula penali 29 Bologninos 4 quatrinos.
A colono ex locatione possessionis nostrae X coronatos.	A novitiis scholasticis:
40 A Ioanne Baptista de Montanariis aurifice ex locatione nationis domus 70 Bologninos.	A domino Ioanne Falthenmeier I coronatum.
A Ioanne Anthonio bathelore ratione afflictus nationis domus et contractus, prout antea cum aurifice quemadmodum ex instrumento desuper confecto patet,	A domino Georgio Rockenpach Bambergensi 35 Bologninos.
45 cum eo celebrati, pro primo termino 70 Bologninos.	A nobili domino Gwilhelmo a Reuschenbergk I florenum Renensem in auro.
	A domino Hermanno Falek I florenum in auro.

<sup>a</sup> Nibelschich B.<sup>b</sup> Ritschich B.<sup>1</sup> Insignia Ulrici a Kuedorf coloribus ornata adpicta sunt. Cf. Biedermann, *Geschlechts-Register der Reichsritterschaft* 50 an der *Altmühl* Tab. 217.



- A nobili domino Arnaldo a Bever canonico Monasteriensi I ducatum Ungaricum 15 Julios.
- A domino Bernhardo Walther } I ducatum Ungaricum.  
A domino Hieronimo Biener }
- 5 A nobili domino Chiliano Ienckwicz<sup>a</sup> Wratislaviensi I coronatum.
- A domino Erasmo Wolff I florenum in auro.
- A reverendo domino Rugero a Taxis preposito Lovaniensi 2 coronatos.
- 10 A nobili domino Andrea a Blumenthal I florenum aureum.
- A nobili domino Otthone a Blumenthal I florenum in auro.
- A domino Hieronimo Hoffman Nurnbergensi I florenum in auro.
- 15 A domino Melchiore Winz<sup>b</sup> I florenum in auro.
- A domino Arnaldo Arlenio von Einholz<sup>c</sup> I florenum in moneta.
- A domino Philippo Granio Clivensi 47 Bologninos
- 20 3 quatrinos.
- fol. 200<sup>v</sup>. A domino Petro Obernburger I coronatum.
- A discedentibus:
- Egregius dominus Erasmus Oheim Breisacensis Brisgaurdiae diocesis Constantiensis doctor utriusque iuris hic promotus dedit 17 Bologninos.
- 25 Excellentissimi et strenui domini Bernhardus et Sebastianus Rölinger fratres utriusque iuris doctores et equites aurati hic insigniti nationi donarunt 2
- 30 coronatos.
- Expensa:
- Pro annua pensione ecclesiae nostrae 40 Bologninos.
- Pro missa in die purificationis beatae Virginis 7 Bologninos.
- 35 Pro 12 libris et 11 untiis candelarum dominis scholasticis pro more distribuendarum 2 coronatos 5 Bologninos.
- Pro tribus libris candelarum famulis et aliis intervenientibus erogatarum 30 Bologninos.
- 40 Pro II libris candelarum ad altare 20 Bologninos.
- Pro thure et mirra I Bologninum.
- In die palmarum pro missa 7 Bologninos.
- Pro palmis 3 quatrinos.
- 45 In cena Domini pro missa 7 Bologninos.
- Pro hostiis ad communicandum et annuas missas 2 Bologninos.
- In die paschatis pro missa 7 Bologninos.
- In die penthecostes 7 Bologninos.
- 50 In die assumptionis beatae Virginis 7 Bologninos.
- In die omnium sanctorum 7 Bologninos.
- In die omnium animarum pro missa et vigiliis 9 Bologninos.
- Eodem die pro missa et vigiliis Ioannis Scoti quondam bedelli 9 Bologninos. 5
- In die sanctae Catharinae 7 Bologninos.
- In die nativitatis Domini pro tribus missis 10 Bologninos 3 quatrinos.
- In die epiphaniae Domini 7 Bologninos.
- Baiulo pro efferenda cista omnibus vicibus 44 Bologninos. 10
- Notario pro instrumento publico electionis novorum procuratorum 10 Bologninos 3 quatrinos.
- Pro 15 ulnis fransorum parvorum ex serico ad panisellum crucis 30 Bologninos. 15
- Pro assuendis fransis sartrici 3 Bologninos 3 quatrinos.
- Pro capsula lamminea, in qua privilegia servantur, reficienda 1 Bologninum.
- Pro exscribendis privilegiis pontificis et imperatoris pro legato Bononiensi 14 Bologninos. 20
- Pro exscribendis privilegiis secunda vice in litera cancellariae 7 chartarum pro domino gubernatore 21 Bologninos.
- Pro libro in quo inscribende sunt formulae recognitionum et alia 10 Bologninos. 25
- Pro purgando tapeto bis 4 Bologninos.
- Pro exemplo instrumenti emptionis et locationis domus Ioannis batheloris 14 Bologninos.
- Expense in usum possessionis factae: 30
- Pro 5 arbusculis pomorum 20 Bologninos.
- Pro 11 stipitibus silvestribus 6 Bologninos 4 quatrinos.
- Pro 60 perticis ad arcus 10 Bologninos.
- Pro 25 perticis albis et 4 palis 7 Bologninos. 35
- Pro uno plastro 425 perticarum ad faciendos palos ex illis ad alvas I coronatum 2 Bologninos 4 quatrinos.
- Pro aliquot plastris rudorum ad viam possessionis reparandam 7 Bologninos. 40
- Pro 6 curribus fimi 48 Bologninos.
- Pro formula extruendae domus possessionis depicta architecto 37 Bologninos.
- Iterum architecto, quando cum domino doctore Laurentio de Pinu et quibusdam peritis confines possessionis nostrae bis lustravit, 70 Bologninos. 45
- Tercio eidem, cum termini fuerunt quesiti, 35 Bologninos.
- Rusticis qui quesierunt 7 Bologninos.
- Bedellis nationis Panthaleoni et Wolfgango, in locum 50

<sup>a</sup> Ienckwicz B.<sup>b</sup> Winch B.<sup>c</sup> Einholz B.



- Panthaleonis \* suscepto, pro annuo salario X libras, faciunt 2 coronatos 50 Bologninos.
- Pro cista ex domo procuratoris discedentis portanda 10 quatrinos.
- 5 In die epiphaniae:  
Pro 7 libris saccari 66 Bologninos 3 quatrinos.  
Pro 10 boccalibus vini malvatici I coronatum 5 Bologninos.
- 10 Pro celidonibus 10 Bologninos.
- Pro vitris 11 Bologninos 3 quatrinos.
- Reddita diligenter omnium acceptorum et expositorum ratione in praesentia cum antiquorum tum novorum syndicorum, domini Adami Verlieser, domini Mathaei Herbert, domini Caroli Quarre Bruxellensis, domini 5 Petri Obernburger, dominis novis procuratoribus successoribus nostris 57 coronatos 14 Bologninos 5 quatrinos una cum omnibus aliis nationis rebus iuxta inventarium eiusdem tradidimus et assignavimus. 10
- fol. 201r.

## 1538.

- 15 \* Anno salutis nostrae M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXXVIII<sup>o</sup>, sanctissimi domini nostri domini Pauli III. pontificis 15 fol. 201v.  
maximi anno pontificatus illius quarto, necnon sacratissimorum et invictissimorum principum Caroli V., imperatoris augusti, P. F. P. P.<sup>1</sup> Hispaniarum regis etc., archiducis Austriae anno imperii XVIII., simul et sacrae eiusdem maiestatis fratris Ferdinandi I., caesaris, Romanorum, Hungariae, Boemiae etc. regis, archiducis Austriae, infantis Hispaniarum, Moraviae et utriusque Lusatae marchionis ac utriusque Sylesiae ducis<sup>2</sup> etc.,  
20 regnorum Romanorum VII., caeterorum vero anno XI., nobilissima Germanica natione in hoc almo gymnasio 20  
Bononiensi iurisprudentiae operam navante iuxta veterum institutum et laudatissimam consuetudinem, ipsis feriis trium regum, in aede divi Fridiani extra portam burgii Sancti Mammae legitime congregata, ab antiquis procuratoribus ad sequentis anni praesidentiae functionem inprimis nominati atque designati, deinde si[n]gillatim ab universis albo calculo approbati et electi sunt reverendi ac nobiles domini Matthias Pirser a  
25 Seynersdorff<sup>a</sup> Sylesius artium et philosophiae magister, cathedralis ecclesiae Wratislaviensis canonicus et praepositus Nysensis ac Rugerius a Taxis Brucellensis praepositus et cancellarius Lovaniensis, qui huiusmodi onus magistratus, uti moris est, obierunt. Verum domino Rugerio a suis in patriam revocato nobilem et eximium dominum Ioannem Kennoy Brucellensem legum licentiatum in locum suum suffecit. Perfuncto autem annuo procurationis officio accepti et expensi rationem subiectam diligenter reddiderunt.
- 30 Percepta:  
A procuratoribus antiquis accepimus coronatos LVII Bologninos XIII quatrinos V.  
A reverendo domino Philippo Alberto de Steynn VII coronatos aureos sex Bologninos III quatrinos I  
35 denarium, quorum sex nomine legati olim domini Christophori Hager et I nationi debebat.  
A reverendissimo domino domino Valentino Tetteleben episcopo Hildeshemensi pro sua summa erga nationem nostram benevolentia et singulari liberalitate statim, ut illi epistola foelicem inaugurationem congratularemur, muneris et perpetui mnemosyni<sup>b</sup> loco XV scutatos accepimus per venerabilem et nobilem Ioachimum a Latroff<sup>b</sup> canonicum Mersbur-
- gensem domino Petro Obernburger oblatos ac per 30 eundem nobis illico redditos.  
A colono nomine possessionis nostre X scutatos accepimus. Et eidem eadem iam denuo in quinquennium locata est via, modo et rationibus, ut in instrumento super huiusmodi locatione confecto 35 latissime est videre.  
A petia domus Ioannis Antonii et Adriani batilorum nomine afflictus de dicta domo hoc anno nihil plane accepimus, nam quum dictus Antonius mense Februario a sicariis clam crudelissime trucidaretur 40 atque omnia bona ipsorum pro dotibus et creditoribus vix dimidiatim sufficerent, praeterea in domus venditione clausula precariae possessionis

45 <sup>a</sup> sic loco Seyfersdorff. Cf. pag. 312, 31.<sup>b</sup> sic.<sup>1</sup>) Pii, felicitis, patris patriae.<sup>2</sup>) Verba Caroli V., Ferdinandi I. et utriusque Sylesiae ducis litteris aureis scripta sunt.



- in venditionis instrumento adscripta foret, unde  
continuis 9 mensibus iudicio contendimus, occa-  
sione nostrarum centum librarum testamenti olim  
Iohannis Scotti ac tandem nostra sedulitate et iu-  
5 stitia comite, iudice ac omnibus adversariis invitis,  
victores dictae petiae nostrae ius omne provido  
Bartholomeo Zarloti vendidimus cum traditione  
omnium actorum auctoritate iudicis interveniente.  
fol. 202r. Qui \* emptor inprimis capitalem summam centum  
10 libras deinde quinque coronatos sportulas enume-  
ravit, ut latius in instrumento per dominum Ale-  
xandrum Sciatici desuper confecto licebit intueri.  
Pro antiqua cera vendita — XIII unciis — VIII Bo-  
logninos IIII quatrinos.  
15 Ex cistella paenali XXVI Bologninos IIII quatrinos.
- A novitiis scholasticis:
- A domino Hermanno Ployneso Lubecensi\* LVI Bo-  
logninos.  
20 A nobili Christophoro a Breyttenbach Lypseni I co-  
ronatum.  
A nobili Iosepho Meyer Lithttenfelsensi<sup>b</sup> Bambergensi  
diocesis\* I coronatum.  
A domino Andrea Kewietz<sup>c</sup> Bambergensi I coronatum.  
25 A nobili domino Philippo van der Meren Bruxellensi  
I coronatum.  
A nobili Guilielmo a Neuhausen Suevo medium co-  
ronatum.  
A nobili Georgio a Thann Francone Orientali medium  
30 coronatum.  
A domino Conrado Humbracht Francfordiensi medium  
coronatum.  
A domino Ruperto Schmidlapp Schorndorffensi<sup>d</sup> me-  
dium coronatum.  
35 A domino Ioanne Verguz Antverpiensi I aureum Re-  
nensem.  
A domino Ioanne Sauliers Mechliniensi I aureum  
Renensem.  
A domino Authore a Schwalenberg Brunisvicensi ar-  
tium liberalium magistro I coronatum.  
40 A domino Georgio Fenck ab Onoltzpach Eystatensis  
diocesis hic doctoralibus insignibus utriusque iuris  
inaugurato I coronatum.
- 45       Expensa:  
Pro pensione annua ecclesie XL Bologninos.  
Pro thure et mirra I Bologninum.
- 50       \* Anno XLI electus in syndicum utriusque universitatis *al. m.* 50
- Pro palmarum ramis I Bologninum.  
Pro communicantium hostiis huius anni I Bologninum.  
Pro efferenda referendaque cista in sacris faciendis per  
omnia festa anni XLIII Bologninos.  
Pro candelis caereis iuxta consuetudinem in die pu- 5  
rificationis beatae Mariae virginis dominis schola-  
sticis distributis, videlicet libris XIII<sup>1/2</sup> per<sup>e</sup> XIII  
Bologninos et IIII libris <sup>1/2</sup> pro undecim Bologni-  
nis emptis, pro usu sacrorum, altaris atque famulis  
caeterisque tum sacris presentibus, summa facit 10  
XI libras IIII Bologninos.  
Pro missa in die purificationis Mariae VII Bologninos.  
Pro missa in die palmarum VII Bologninos.  
Pro missa in coena Domini VII Bologninos.  
Pro missa in die paschatis VII Bologninos. 15  
Pro missa in die pentecostes VII Bologninos.  
Pro missa in die assumptionis VII Bologninos.  
Pro missa in die omnium sanctorum VII Bologninos.  
Pro missis et vigiliis in die omnium animarum VIII  
Bologninos. 20  
Pro missis et vigiliis eodem die Ioannis Scoti olim  
bedelii<sup>e</sup> nationis nostre VIII Bologninos.  
Pro missis in die sanctae Chatarine<sup>e</sup> VII Bologninos.  
Pro missis tribus in die natalis Christi X Bologninos  
quatrinos 3. 25  
Pro missa in [die] epiphaniae Domini VII Bologninos.  
Pro instrumento electionis novorum procuratorum X  
Bologninos 3 quatrinos.  
Pro purgando aulaeo nationis bina vice IIII Bolo-  
gninos. 30  
Pro vasculo suffragiorum et pede ligneo crucis inau-  
ratae solidanda infirmiendaque X Bologninos.  
Pro portanda cista nationis in aliud hospitium pro-  
curatoris bis IIII Bologninos.  
Sportule expensarum in iudicio litis occasione centum 35  
librarum factarum superabant V coronatos supra-  
scriptos per Bartholmeum<sup>e</sup> Zarloti nobis datos in  
XIII Bologninos V quatrinos.
- Expensa in usum possessionis\*: 40
- Pro XXX stirpibus sylvestrium pirorum et pomorum  
inserendis, I pro IIII quatrinos.  
Pro L surculis vitium inserendis X Bologninos.  
Pro octo ulmis ad fulciendum vites IIII Bologninos.  
Pro sex plaustris laetaminis XLVIII Bologninos. 45  
Pro ducentis perticis XXVIII Bologninos.  
Pro centum palis maioribus XXXVI Bologninos.

\* Lubic. B.

<sup>b</sup> Lythttenfelsen B.<sup>c</sup> Kewitz B.<sup>d</sup> Schordorff. B.<sup>e</sup> sic.



Pro quinquaginta perticis arcualibus VII Bologninos.

Pro tribus operis mercenarii XV Bologninos.

5 Salarium bedelio<sup>a</sup> nostre nationis: solvuntur singulis quartalibus anni quinquaginta Bolognini, que summa facit II coronatos, et L Bologninos dedimus illi pro festo natali.

Collatio in die epiphaniae:

10 X bocaules<sup>a</sup> vini malvatici, I pro VIII Bologninis. XV libras saccari confectionum et pinicatorum I libram per<sup>a</sup> X Bologninos.

Pro centum caeldonibus XVI Bologninos IIII quatrinos.

15 Pro VI scatulis VI Bologninos.

Pro LX vitris ruptis XVI Bologninos.

Pro ferendis scammis, tabulis ac aliis necessariis baiulis VII Bologninos.

Id quod superavit statutam summam, scilicet III aureos Renenses, in his bellariis de nostro solvimus.

Facta igitur novis dominis procuratoribus fideliter, ut decet, omnium ratione, computatis singulis computandis et deductis deducendis, compensatione expositorum cum perceptis habita, accepta excellunt exposita in centum et tredecim aureis coronatis, XXVI Bologninis IIII quatrinis et I denario, que summa facit CCCC et XXV libras Bononinum I et denarios VIII. Hanc summam una cum caeteris nationis rebus omnibus dictis nostris successoribus iuxta inventarium eiusdem dedimus, assignavimus et ad manus eorum tradidimus, presentibus antiquis et novis nationis consiliariis et syndicis, nobilibus et eximiis dominis Adamo Vorlieser, Mattheo Herbertt, Petro Obernburger, Bernhardo Waltero Lypseni, magistro Authore a Schwalenberg et Guilielmo a Neuhausenn etc.

20

20

## 1539.

\* Anno redemptionis et salutis nostrae M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXXVIII<sup>o</sup>, sanctissimi domini nostri domini Pauli IIII. pontificis maximi anno pontificatus illius quinto, sacratissimorum et invictissimorum principum divorum Caroli quinti, caesaris augusti, Germaniae Hispanieque etc. regis, archiducis Austriae etc., anno imperii XIX., eiusdem pariter maiestatis fratris Ferdinandi, caesaris, Romanorum, Pannoniae, Boemiae etc. regis, archiducis Austriae etc., anno Romanorum regni octavo, congregato<sup>a</sup>, prout moris est, nobilissima natione Germanica Bononiae iurisprudentiae operam dantium, trium regum feriis, in aede divi Fridiani extra portam Sancti Mammae, ad procuratorium munus propositi ac nominati fuerunt ab antiquis procuratoribus et deinceps omnium consensu adprobatum eximii viri ac domini dominus Melchior Wins et dominus Hermannus Falco<sup>1</sup>, qui quidem cum necessario in patriam avocarentur, in locum eorum legitime subrogati sunt clarissimi viri ac domini dominus Bernardus Waltherus Lipsensis et dominus Arnoldus Arlenius Aquisgranensis. Sed et cum predictus quoque dominus Bernardus in patriam literis monitus abire cogeretur, dominum Matthaecum Herbertum Franchum successorem sibi constituit, qui postea cum domino Arnolde in aede solita divi Fridiani, presente notario, ab universa natione procuratoris munus suscepit. Perfuncto annuo deinde suae procurationis officio, accepti et expensi rationem hic subscriptam bona fide, fideliter et perquam diligenter reddiderunt.

Recepta:

40 Ab antiquis procuratoribus accepimus coronatos centum et tredecim, viginti sex Bononinos et quinque<sup>b</sup> quatenos.

45 A domino Carolo Quarre Bruxellensi, propterea quod presens electioni procuratorum non fuerit, causa coram natione cognita, contumax<sup>a</sup>, reiecta excusa-

tione, indicatus<sup>a</sup>, duos secundum tenorem statuti nostri pro poena coronatos accepimus.

40 A domino Chiliano Ienckwitz Silesio, cum die epiphaniae absens esset neque electioni procuratorum interesset excusationique suae tanquam frivola coram natione locus non esset<sup>a</sup>, duos coronatos pro poena ex forma statuti accepimus. Et quia

45

45

<sup>a</sup> Executio transgressionis statutorum *al. u.*

<sup>b</sup> sic. <sup>c</sup> sic, *cf. supra lin. 8.*

50

<sup>1</sup>) Insignia familiarum Wins et Falcke adpicta sunt.

50



- hanc electionem negligentes gravissime exclusionis poenae subiacent, is, ne tam inclyto ac nobilissimo corpore orbatu relinqueretur, ut iterum nationi coniungeretur, universos exoravit et obtinuit.
- 5 A domino Theoderico a Werff, propterea quod non paruit arbitrio recepto secundum formam statuti, decem et septem Bononenos accepimus.
- A colono ex locatione possessionis nostrae decem coronatos accepimus.
- 10 Pro antiqua cera vendita sex Bononenos accepimus. Ex capsula paenali triginta quinque Bononenos accepimus et unum quattrinum.
- Dominus Ioannes Kennoi fideiussorio nomine etc. solvit unum coronatum Bononenos XXXVII.
- fol. 203v. 15 \* A noviciis scholasticis:
- A domino Christophoro Scheyb Lypseni XXXVIII Bononenos III quatrenos.
- A domino Christophoro Abt Lypseni Bononenos XXXVII quatrenos III.
- 20 A domino Melchiore Stich Campedonensi<sup>a</sup> XXXVII Bononenos quatrenos III.
- A domino Georgio Leonberger LVI Bononenos.
- A nobili domino Ioanne Zobel LX Bononenos.
- A domino Christophoro Kloklero Uberli[n]gensi XXXVII Bononenos quatrenos III.
- 25 A domino Christophoro Ioachimo Rychlino a Meldeck<sup>b</sup> XXXVII Bononenos quatrenos III.
- A nobili domino Courado a Schellebergk<sup>c</sup> Bononenos LXXV.
- 30 A nobili domino Gebhardo a Schellebergk<sup>c</sup> Bononenos LXXV.
- A nobili Guilhelmo Kettler Mondensi<sup>d</sup> LVI Bononenos.
- A domino Ioanne Dreer a Leonberg Wirtembergensi<sup>e</sup> XXXVII Bononenos quatrenos III.
- 35 A domino Hieronymo Hyrusio Constantiensi XXXVII Bononenos quatrenos III.
- A domino Theoderico Werff Antverpiensi Bononenos I.
- A domino Fabiano Kindler<sup>f</sup> XXXVII Bononenos quatrenos III.
- 40 A domino Iacobo Morinck<sup>g</sup> XXXVII Bononenos quatrenos III.
- A domino Laurentio Walthero Bononenos XXXVII quatrenos III.
- 45 Dominus Ioannes Franciscus a Wehingu<sup>h</sup> promisit Bononenos XXXVII quatrenos III.
- Dominus Ioannes de<sup>i</sup> Hochlandt de Hagen Traiectensis promisit pro inscriptione Bononenos XXXVII quatrenos III.
- 50
- A doctoribus:
- A domino Mathia Pirserio iuris utriusque doctore secundum formam statutorum accepimus Bononenos sexdecim.
- A domino Hieronymo Biner iuris utriusque doctore 5 Treverensi XVI Bononenos.
- A domino Conrado Umbracht iuris utriusque doctore Bononenos XVII.
- A domino Ioanne Dreer iuris utriusque doctore Bononenos XVII. 10
- A domino Bernardo Walthero discedenti coronatum I.
- Exposita:
- Pro annua pensione ecclesiae Bononenos XI.
- Pro thure et myrra Bologninum I.
- Pro candelis, quas scholasticis et amicis etc. nationis 15 nostrae pro usu altaris secundum veterem consuetudinem in die purificationis iuxta statutorum formam erogavimus, coronatos quattuor quatrenos quinque denarium unum.
- In die purificationis pro missa Bononenos VII. 20
- In die palmarum pro missa Bononenos VII.
- Pro palmarum ramis Bononenos I.
- Pro missa in coena Domini Bononenos VII.
- Pro communicantium hostiis Bononenos I.
- Pro missa in die pascae Bononenos VII. 25
- In die penthecostes Bononenos VII.
- In die assumptionis beatae Mariae Bononenos VII.
- In die omnium sanctorum Bononenos VII.
- Pro missis duabus et vigiliis nationis et nomine Ioannis Scotti die omnium animarum Bononenos 16. 30
- Pro missa in die sanctae Catherinae Bononenos VII.
- Pro missis tribus in die natali Bononenos 10<sup>1/2</sup>.
- Pro missa in die epiphaniae Bononenos VII.
- Pro baiulo, qui cistam singulis vicibus portavit, Bononenos 44. 35
- Pro instrumento notarii nationis, ex quo legitima novorum procuratorum electio probari solet, Bononenos 10<sup>1/2</sup>.
- Pro purgando tapeto bina vice Bononenos 4.
- Pro cordis sericis pertinentes ad claves cistarum nationis Bononenos 14. 40
- Pro cera rubea quatrenos 3.
- Notario in causam Antonii battellorii Bononenos XX.
- Pro portanda reportandaque cista nationis in aliud hospitium procuratorum Bononenos unum quatrenos 4. 45
- In usum possessionis:
- Pro duobus instrumentis locationis possessionis nationis Germanicae in forma legali et amplissima, in

<sup>a</sup> deest B.      <sup>b</sup> A meldeck A; Ameldeck B.  
<sup>e</sup> Wirtenb. B.      <sup>f</sup> Kinler B.      <sup>g</sup> Morinck B.

<sup>c</sup> A schellebergk A.      <sup>d</sup> sic, loco Monasteriensi?  
<sup>h</sup> A Wehingu A.      <sup>i</sup> De A.



- quibus quinquennalis locatio predii nostri probatur, ubi pacta, paenae, damna et interesse continentur, pro quibus colonus contraveniens convincitur, coronatum unum Bononenos V.
- 5 Pro perticis 125 coronatum I Bononenos 15.  
Pro palis 104 maioribus Bononenos 44.  
Pro 140 perticis arcualibus Bononenos 26.  
Pro ulmis XII plantandis Bononenos 6.  
Pro opera una mercenaria Bononenos 7.
- 10 Pro gypso Bononenos 7.  
Pro cementario famuloque suo, cum reficeret necessaria domus predii nostri, Bononenos 15.  
Architecto iurato pro estimatione ecclesiae Saccorum una cum domo, quam cum natio emere cuperet
- 15 intellectis cognitisque oneribus, periculis etc., quae ex emptione ecclesiasticarum rerum plerunque laicis provenire solent, supersedit, coronatum I.  
Die epiphaniae:  
Pro saccaro et bellariis coronatum I Bononenos 6.
- 20
- Pro vino Cretico Bononenos 55.  
Pro celidonibus Bononenos 16 quatrenos 4.  
Pro vitris Bononenos 15 quatrenos 2. fol. 204 v.  
Id quod excessit statuta, scilicet summam trium aureorum, ex nostro aere solvimus. 5  
Pro annua mercede bidelli nationis nostrae solvimus X libras.
- Cum igitur, facta computatione acceptorum cum expositis, diligenter compensatio fieret, in presentia nobilissimorum virorum tam antiquorum quam novorum syndicorum, domini Adami Vorlieser, domini Georgii a Than, domini Authoris a Schwalenbergk, domini Christophori Clammer, domini Ioannis Kennoi, domini Roberti Schmidlap, nobilibus dominis novis procuratoribus successoribus nostris centum et 15 viginti quattuor coronatos sexaginta quinque Bononenos quinque quatrenos denarium unum una cum caeteris nationis Germanicae rebus iuxta repertorium eiusdem solvimus, tradidimus et assignavimus.
- 20

## 1540.

\* Anno a virgineo partu M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>, sanctissimi domini nostri domini Pauli tertii summi pontificis fol. 204 v.  
25 pontificatus anno sexto, ac sacratissimorum principum Caroli V., imperatoris augusti, anno imperii vicesimo, et 25  
sacrae eiusdem maiestatis fratris Ferdinandi, caesaris, regni Romani anno nono, nobilissimorum Germanorum  
in preclaro Bononiensi gymnasio iurisprudentiae operam dantium natione ac sodalitate more institutoque  
maiorum, in ipsis epiphaniae feriis, in ede divi Fridiani extra portam Sancti Mammae legitime congregata,  
uno omnium suffragio creati sunt procuratores vel, ut rectius loquar, hetaeriarche nobiles viri Ioannes Zobel<sup>1</sup>,  
30 eques auratus Hierosolymitanus Francus Orientalis et Gulielmus a Neuhausen Suevus, quibus postea hinc in 30  
patriam avocatis suffecti sunt nobilis dominus Georgius a Dann Francus Orientalis ac dominus Rupertus  
Schmidlapp Schor[n]dorffensis. Cum autem praedictus dominus Georgius a Dann Romam, ubi paulo post  
mortem obiit, visendi gratia iter institueret, provinciam suam domino Andreae Kebiz Bambergensi delegavit,  
cui cum et ipse haud<sup>a</sup> multo post rebus ita suis exigentibus discederet in eo magistratu successit Christo-  
35 phorus Kloklerus Uberlingensis artium ingenuarum magister, qui postea solemniter cum adesset dies subro- 35  
gandis procuratoribus una cum collega suo Ruperto Schmidlapp eo officio se abdicavit rationemque, eo quo  
subscripta est, modo retulit.

## Acceptorum pagina:

- A superioris anni procuratoribus accepimus centum  
40 et viginti quattuor coronatos sexaginta quinque Bononenos quinque quatrinos<sup>2</sup>, hoc est ut ad librarum  
quantitatem redigamus CCCCLXVIII libras Bononienses quinque Bononenos quinque quatrinos, cui  
summae duos quoque coronatos, quos nationi dominus Christophorus Madrucius debet, imputavi-  
45 mus, ne quis existimet omnem eam pecuniam numeratam fuisse. 40  
Insunt etiam eidem quantitati centum libre Bononienses, quas ex haereditate Ioannis Scoti accepimus ea lege, ut in rem nationis conferantur, ut est videre ex instructionis ipsius haereditatis scriptura supra fol. 179<sup>2</sup>. 45

<sup>a</sup> A haud emendatum ex aud.<sup>1</sup> Insignia domini Zobel a Giebelstadt adpicta sunt.<sup>2</sup> Cf. instrumenta ad annum 1529.<sup>3</sup> Desideratur: denarium unum.



- A colono pensionis nomine XXXVII libras et decem Bononenos.
- A domino Gulielmo a Reischenberg, quod procuratorum electioni vocatus iuxta legem nostri sodaliti non interfuisset causaque, qua absentiam purgare conabatur, a natione uno ore ut frivola esset explosa, mulcte nomine septem libras et decem Bononenos accepimus.
- 10 Dominus Kilianus Iengkwiz iuris utriusque doctor septem libras et decem Bononenos, quas nationi dominus Ioannes Mezler iuris utriusque doctor Vratislaviensis debebat, eius nomine solvit.
- A Gerardo Falc Lubicensi XX Bononenos tres quatrinos pro consignatione literarum.
- 15 Vendita cera antiqua librae unius et duarum onciarum novem Bononenos et duos quatrinos recepimus.
- Ex capsella ut vocant poenali undecim Bononenos et unum quatrinum.
- 20 A scholasticis hoc anno albo nationis inscriptis:
- A generoso ac nobili domino Federico comite ac domino in Castel canonico Herbypolensi ac Spyrensi libras tres et quindecim Bononenos.
- A domino Georgio Schwaiger Bavaro eius preceptore libram unam decem et septem Bononenos et tres quatrinos.
- 25 A nobili domino Ioanne Georgio a Leonrod Franco Orientali tres libras et quindecim Bononenos.
- A domino Ioanne Pierer de Affluentia Stiro Bononenos XXXV.
- 30 A domino Francisco Rasso Burchardo Ingoldstadiano duas libras et decem Bononenos.
- A doctoribus hinc discedentibus:
- 35 A domino Ioanne Pierer iuris utriusque doctore et equite aurato Bononenos sexdecim.
- A domino Hieronymo Hoffman Norimbergensi tres libras et quindecim Bononenos.
- A domino Melchiore Winz ex Marchia septem libras et decem Bononenos.
- fol. 205<sup>r</sup> A domino Hermanno Falco Lubicensi septem libras et decem Bononenos, quorum duorum iam dictorum insignia gentilicia rationibus sui magistratus superius scriptis appingenda sunt<sup>1)</sup>. Ea enim lege dederunt.
- 45 A nobili domino Gulielmo Newhausen iuris caesarei doctore tres libras et quindecim Bononenos.
- Expensorum pagina:
- Pro annua aedis divi Fridiani pensione duas libras.
- 50 Pro cereis albis eisdemque deauratis more maiorum in feriis purificationis divae Mariae scholasticis dis-
- tributis ponderis videlicet quatuordecim librarum et novem onciarum expendimus octo libras Bononiensis monete et XVII Bononenos.
- Pro duobus aliis cereis magnis itidem deauratis una cum insigniis nationis et ipsorum quos dominis 5 Ioanni Baptistae Bianchino senatori et clarissimo iuris utriusque interpreti Ludovico Bovio nostrae nationis fautoribus et patronis optimis expendimus libram unam et XVI Bononenos.
- Sed et domino Alexandro Stiatico causarum nationis 10 nostrae procuratori cereum deauratum semilibre dedimus, pro quo sex Bononenos exposuimus.
- Pro quattuor candelis albis altaris librarum duarum XX Bononenos.
- Pro cereolis albis trium librarum famulis aliisque eo 15 die in edem dictam advenientibus datis XXX Bononenos.
- Pro missa in die purificationis Mariae Bononenos VII.
- In die palmarum Bononenos VII.
- Pro palmis unum Bononenum. 20
- In caena dominica Bononenos VII.
- Pro communicantium hostiis Bononenos duos.
- In die pascae Bononenos VII.
- Pentecostes festo VII Bononenos.
- Pro lectione statutorum tres Bononenos et tres qua- 25 trinos.
- In die assumptionis divae Mariae Bononenos VII.
- In die omnium sanctorum Bononenos VII.
- In die animarum pro vigiliis et missa Bononenos VIII.
- Eodem die pro vigiliis et missa Ioannis Scotti olim 30 bidelli nostri Bononenos VIII.
- Pro hostiis magnis Bononenum unum.
- In festo divae Catherinae Bononenos VII.
- In natali Domini pro tribus missis Bononenos X et 3 quatrinos. 35
- In die epiphaniae Bononenos septem.
- Baiulo arcam nationis ad divi Fridiani edem quotiescumque illic sacra celebrabantur portanti et reportanti duas libras et quattuor Bononenos dedimus, singulis videlicet vicibus quattuor Bononenos. 40
- Pro instrumento electionis procuratorum notario Bononenos decem et tres quatrinos.
- Pro excutiendis et purgandis bis aulaeis ipsius nationis quattuor Bononenos.
- Misimus domino Matthiae Pirserio iuris utriusque 45 doctore Romam, ubi tum agebat, quinque libras et decem Bononenos pro copia vel exemplari supplicationis summo quondam pontifici Clementi oblata et ab eodem subscripta et confirmata ex libris actorum describendo, qua in re haud parum la- 50 boris coepit.

<sup>1)</sup> Cf. pag. 317 adnot. 1.



- Pro describendo bis privilegio caesareo Romam postea  
misso XVII Bononenos.  
Pro consignandis literis, quibus huius civitatis lega-  
tus ius ferendi arma procuratoribus concessit, duas  
5 libras et decem Bononinos.  
Dedimus etiam baiulo cistam nationis in alterius pro-  
curatoris edes portanti VIII quatrinos.  
Pro litteris privilegiorum nationis a summo pontifice  
coroborandorum causa Romam missis Bononenos  
10 quinque.  
Pro cera rubea Bononenos duos et V quatrinos.  
Bidello nationis pro suo annuo stipendio decem libras.

In usum praedii seu possessionis nostrae:

- 15 Pro CC perticis duas libras et duos Bononenos.  
Pro perticis ad arcus XV Bononenos.  
Pro graphide vel, ut Cicero vocat, forma extruen-  
darum edium in praedio nostro unam libram et  
XVII Bononenos.  
20 Pro altera umbratili pictura earundem XVII Bono-  
nenos.  
Pro fundamentis casae veteris querendis 3 Bononenos  
et 3 quatrinos.  
Pro reficienda cera<sup>a</sup> domus et portae maioris ipsius  
25 praedii sex Bononenos.  
Pro magna clavi portae praedii quinque Bononenos.  
Pro opera coloni Bononenos 7.

Impense in die epiphaniae factae:

- Pro quattuor libris saccari duas libras monetae et  
quattuor Bononenos.  
Pro tribus libris pinicatorum XXXIII Bononenos.  
Pro quattuor scatulis quattuor Bononenos. 5  
\* Pro celidonibus X Bononenos. fol. 205v.  
Pro vino Cretico tres libras et quattuor Bononenos.  
Pro vitris decem Bononenos.  
Baiulis ad edem divi Fridiani scamna aliaque appa-  
ratui necessaria portantibus tres Bononenos. 10  
Sumptus qui trium aureorum summam a lege prae-  
scriptam excesere<sup>b</sup> ipsi nostro ere fecimus.  
Caeterum quod potius per libras quam per coronatus<sup>b</sup>  
calculus hic scriptus sit, factum est eo quod cor[on-  
n]ati valor subinde mutetur. 15

Praesentibus novis procuratoribus syndicisque, vide-  
licet domino Adamo Verlieser, domino Arnolfo  
Arlenio Asquigranensi<sup>b</sup>, domino Andrea a Plumental,  
domino Gerardo Aquitano Coloniensi supputa- 20  
vinus rationem, quam et bene constare comper-  
tum est. Et deductis expensis, successoribus nostris  
dedimus una cum aliis nationis rebus iuxta inven-  
tarium centum et triginta quattuor coronatos tre-  
decim Bononenos tres quatrinos, quae summa facit 25  
libras Bononenorum quingentas et tres Bononenos  
tres quatrinos tres.

30

1541.

30

- \* Anno post virgineum partum M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XLI<sup>o</sup>, sanctissimi domini nostri papae Pauli tertii pontificatus fol. 206r.  
anno VII., sanctissimorum ac invictissimorum principum Caroli V., imperatoris augusti, anno imperii XXI,  
35 et divi Ferdinandi eius fratris, caesaris augusti, regni Romani anno X., convocatis ex maiorum instituto nobi- 35  
lissimae nationis Germanicae hic Bononiae iuris studentium scholasticis in aedem divi Fridiani extra portam  
Sancti Mammae, in festo trium regum, legitime electi fuerunt procuratores dictae nationis nobiles viri do-  
minus Philippus a Meren Bruxellensis et dominus Iacobus a Saltza<sup>1</sup> Sylesius, qui cum suis negotiis in Ger-  
maniam revocarentur, XVII. Iunii eiusdem anni in eorum locum rite subrogati fuerunt spectabiles dominus  
40 Gerardus Aich Agrippinas et dominus Otto a Blomental Brandenburgensis<sup>b</sup>, qui, syndicorum nationis inter- 40  
veniente consensu, procuratorio magistratu usque in eius anni finem perfuncti sunt et accepti pariter et  
expensi infrascriptam rationem reddiderunt.

Accepta:

- Ab antiquis procuratoribus accepimus coronas centum  
45 et triginta quattuor tredecim Bononenos et tres  
quatrinos, computato quolibet coronato pro septua-

ginta quinque Bononenis, quae summa facit libras  
Bononenorum quingentas et tres Bononenos tres  
quatrinos<sup>2</sup>, cui summae insunt duo isti coronati, 45  
quos Madrucius adhuc debet.

<sup>a</sup> sic loco sera.

<sup>b</sup> sic.

50 <sup>1</sup>) Insignia Iacobi a Saltza adpicta sunt.  
Acta nationis Germanicae.

<sup>2</sup>) tres desideratur. Cf. supra lin. 27.



- Reverendissimus dominus Ioannes a Maltitz episcopus Missenensis pro se et praedecessore suo reverendissimo domino Ioanne a Slenitz nationi nostrae perpetui muneris ergo transmissit<sup>a</sup> ducatos viginti
- 5 fol. 206 v. Ungaricos, quos nobis reverendus et nobilis dominus Ioachim a Latorf Magdeburgensis et Meisburgensis ecclesiae canonicus tradi numerarique curavit; nos vero expendimus pro libris Bononenorum octuaginta quattuor.
- 10 A reverendissimi domini Iacobi a Saltza Wratislaviensis quondam episcopi haeredibus accepimus ducatos triginta Ungaricos, quos dictus reverendissimus dominus in testamento suo nationi nostrae legaverat, iis quam plenissime et statutis nostris
- 15 satisfactum et fidem suam nationi nostrae olim praestitam redemptam esse volens, nos porro eos sine magna diligentia pro centum et viginti septem libris Bononenorum et decem Bononenis exposuimus.
- 20 Reverendissimus dominus Conradus a Bibra Herbipolensis episcopus ac dux Franciae Orientalis triginta Renenses aureos nationi nostrae in exolutionem<sup>a</sup> datae fidei dono dedit, pro quibus honestus vir Hieronymus<sup>b</sup> Betz mercator Nurembergensis hic
- 25 Bononiae libras octuaginta septem Bononenos decem nobis numerari fecit.
- Strenuus et nobilis dominus Ioannes Zobel eques Hierosolimitanus Francus Orientalis graecae latinaeque [linguae] iuxta peritus necnon legum candidatus, cum nationis nostrae procurator fuisset, eidem unum et viginti coronatos ea lege, ut vel ad aedificium in praedio nationis construendum vel ad privilegiorum nationis a summo pontifice confirmationem impetrandam vel cum neutrum horum
- 30 fieret in alium nationis usum aequae necessarium impenderentur, in sui patriaeque suae memoriam perpetuam dono dedit anno M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXXXI<sup>o</sup>.
- Quoniam saepe periclitatum fuerat, ne thurribulum argenteum, quod apud nationem erat, vel amitteretur vel alia ratione nobis eriperetur, communi nationis consensu pro eo habuimus libras Bononenorum centum et octo Bononenos XVIII.
- 40 A villico nostro locationis iure pro anni huius pensione ex praedio nostro accepimus libras triginta octo Bononenos decem.
- Pro tribus libris cerae et media ex fragmentis candelarum altaris et facibus recepimus Bononenos viginti et octo.
- In capsula penali libras septem Bononenos quinque
- 50 habuimus eo quod et in eam coniecimus nonnullos Bolodenos<sup>a</sup> quos colegimus ex coronatis aureis a preteriti anni procuratoribus inter aliam pecuniam argenteam nobis traditis et carius quam ipsi eos computarant expositis.
- 5
- \* A novitiis scholasticis:
- A domino Hieronymo Kiswerter Sylesio iuris utriusque doctore libras tres Bononenos XV.
- A domino Felice Saelem<sup>c</sup> Brixiensi Bononenos XXXIX. 10
- A domino Philippo Leone naturali filio ducis Brunswigiensis Bononenos quinquaginta sex.
- A domino Georgio Fabricio de Kempnitz Bononenos 38 quatrinos 3.
- A nobili domino Ioanne a Stachelberg Livoniensi<sup>d</sup> 15 Bononenos 77.
- A domino Georgio Mhel Wrati[s]laviensi Bononenos 38 quatrinos 3.
- A domino Matthaeo Relinger patricio Augustano Bononenos 55 quatrinos 3. 20
- A domino Thimotheo Iung Augustano Bononenos 56.
- A domino Nicolao Sleicher Nurrembergensi Bononenos 38 quatrinos 3.
- A nobili domino Petro a Neumark<sup>e</sup> Misnensi Bononenos 77. 25
- A nobili domino Francisco Lofem Iuliacensi Bononenos 56.
- A domino Iacobo Henselo<sup>f</sup> Senheim Treverensi Bononenos 40.
- A domino Wolfgango Knaus Nurrembergensi Bononenos 38 quatrinos 3. 30
- A nobili domino Martino Tranero Bavaro Bononenos 77.
- A doctoribus hinc abeuntibus: 35
- A domino Conrado Pauli Brunswigensi iuris utriusque doctore Bononenos 77.
- A domino Andrea Kebitz Bambergensi Franco Orientali iuris utriusque doctore Bononenos 77.
- A domino Hermano Plonyes iuris utriusque doctore 40 Bononenos 77.
- Exposita:
- Cum saepe a nationis nostrae maioribus tractatum esset de aedibus novis in nostra possessiuncula 45 aedificandis ipsique considerantes loci qualitatem incomodissimam propter proclivitatem ad maius aedificium recipiendum videntesque ipsi ibi inter religiosos agros ita arctati, ut spes nulla superesset limites nationis ulterius porrigere, natio communi 50

<sup>a</sup> sic.    <sup>b</sup> Hieronymus A.    <sup>c</sup> Saelem B.    <sup>d</sup> Lovaniensis B.    <sup>e</sup> Neumarch B.    <sup>f</sup> sic loco Hensel a?



- consensu de commutando loco cogitandum censuit et in planitiem transferendo; quapropter maturo precedente consilio adiuvante et in ea re plurimum excellentissimo et clarissimo iuriconsulto\* domino
- 5 Ioanne Ludovico Bovio, erga omnes nationemque nostram semper propensissimo, et accedente opera industriaque domini Adami Verlieser Franci Orientalis, de nostra natione Germana benemeriti, emendam ac in perpetuum nationi nostrae mancipandam
- 10 duxit possessionem nobilis domini et equitis domini Vincentii de Marescalchis, tam loci ad id invitati\* commoditate quam etiam propter aedificii in eo possiti\* amplitudinem, sperans successores procuratores sedula sua diligentia temporis tractu vicinos
- 15 agellos adiuncturos et strenuae\* rem nationis eo loco aucturos esse. Nos vero procuratores de ea re participatis cum universa natione nostra consiliis tandem pro precio et nomine precii dicto domino Vincentio de Marescalchis pro ea sua possessione
- 20 dandum putavimus libras mille ducentas et septuaginta, quas quia id temporis in nostro aerario non reperiebamus, qua potuimus via impetravimus, ut eques mille libris pro prima solutione contentus esset et venditionis instrumentum purqm nihilominus<sup>b</sup> fieret, de reliquo autem precio, nempe du-
- 25 centis septuaginta libris, fide iubente honesto viro domino Luca Maler mercatore Germano, nationi nostrae fidem haberet usque ad calendas Martii proxime venturas. Nos igitur mille libras ei solvimus et ipse possessionem sui praedii nationis
- 30 nomine nobis tribuit. Pro instrumento vero venditionis nihil exposuimus, quod excellentissimus dominus Ioannes Ludovicus Bovius ultra omnes suos labores eius emptionis causa perpressos pro
- 35 singulari sua liberalitate in perpetuam sui memoriam hoc nationi nostrae in hautentica\* forma elegantissimis literis descriptum dono dedit.
- Porro quia hoc anno Paulus III. pontifex maximus huc Bononiam venit, in impetratione confirmationis
- 40 privilegiorum a Carolo V. imperatore nobis indulgentiorum minime obdormiendum censuimus, sed sedula diligentia nationis nostrae res quam optime administrare cupientes et hoc negotium agendum nobis putavimus, quapropter congratulati ei felicem
- 45 suum huc Bononiam adventum oretenus\* primum desyderium nostrum suae sanctitati exposuimus, ubi ipse non vulgarem nos studiaque nostra iuvandi affectum commonstravit, dein ex more Romanae curiae supplicatorium libellum ei per manus
- 50 generosi ac illustris domini Ottonis baronis in Walt-  
purg sui cubicularii exhibuimus, sed quoniam paucos tantum dies hic morabatur pontifex, dominus Otto totum nationis hoc negotium in se suscepit optima quaeque se facturum pollicitus, quem nos quoque non dubitamus susceptum nationis nomine 5 negotium sedulo procuraturum.
- Exposuimus igitur pro supplicatione summo pontifici exhibenda, dum bis eam scribi curamus, 14 Bononenos.
- Item pro annua aedis divi Fridiani conductione duas 10 libras.
- Pro candelis cereis iuxta consuetudinem in die purificationis beatae Mariae virginis dominis scholasticis et nationis nostrae fautoribus distributis et pro altari dedimus libras 13 Bononenos 18 quatri- 15 nos 3.
- Pro missa in die purificationis Bononenos 7.
- In die palmarum Bononenos VII pro missa et unum Bononenum pro ramis olivarum.
- In caena Domini pro missa Bononenos VII, pro ho- 20 stiis magnis et parvis Bononenos 2.
- In die pascae pro missa Bononenos 7.
- In die pentecostes pro missa 7 Bononenos, pro statutis legendis Bononenos tres quatenos tres.
- In die assumptionis beatae Virginis pro missa Bono- 25 nenos 7.
- In die omnium sanctorum pro missa Bononenos VII.
- In die animarum pro missis et vigiliis tam communi nationis quam Ioannis Scotti nomine sexdecim Bononenos. 30
- In die sanctae Catherinae pro missa Bononenos VII.
- In die nativitatis Domini pro tribus missis Bononenos decem quatenos tres.
- In die epiphaniae pro missa Bononenos VII.
- Baiulo pro ferenda nationis capsula in aedem divi Fri- 35 diani toties quoties opus fuerat Bononenos quadraginta quattuor.
- Pro tapeto nationis bis excutiendo 4 Bononenos.
- Pro alia nationis cista bis portanda ad aliud procuratorum hospitium Bononenos 2 quatenos 2. 40
- Pro quattuor laminibus ferreis ad ambas nationis nostrae cistas Bononenos 19 et pro papiro sive carta unum Bononenum.
- Pro aestimatione summaria possessionis equitis de Marscalchis Bononenos X, pro eadem minutim sin- 45 fol. 207r. gulariter singulis aestimandis 20 Bononenos.
- Pro calculatione, quot iugera noviter empta iterum antiqua possessio contineat, dedimus V Bononenos.
- Rustico, qui in emptione praedii nobis non parum inserviverat, dono dedimus Bononenos XII. 50

\* sic.

<sup>b</sup> nihilominus A.



Pro privilegio portandi arma a legato Bononiensi  
 obtento registrando, scribendo et sigillando libras  
 quattuor Bononenos quinque.  
 Quia dominus Ioannes Ludovicus Bovius plurimum  
 5 nationis nomine molestiarum subierat, in vigilia  
 natalis Domini marzepam ei dedimus, quae con-  
 stitit Bononenos XXXIII quatenos III.  
 Villico nostro iuxta pacta cum eo in locatione nostrae  
 10 possessiunculae inita palos centum dedimus, pro  
 quibus Bononenos 31 solvimus.  
 Eidem eadem ratione ducentas perticas emimus, quae  
 constiterunt Bononenos XXVI.  
 Porro pro pictura episcopalium insignium scriptura-  
 que eis subducenda ac aliis quibusdam picturis  
 15 XXV Bononenos.  
 Pro sigillo nationis ex aere conficiendo dedimus Bo-  
 nonenos 20.  
 Pro catena ad id maiori aereo sigillo anectendum 3  
 quatinos.  
 20 Bidello nostro pro suo salario libras decem dedimus.

Impensae in die epiphaniae factae:

Pro septem libris zaccaratarum amigdalarum Bono-  
 nonenos 70.  
 25 Pro duabus libris pinicatorum Bononenos 20, pro vino  
 Cretico Bononenos 64.  
 Pro 60 celidonibus Bononenos X.  
 Pro scatulis Bononenos V.

30

Pro vitris ruptis Bononenos 12 quatenos 3.  
 Baiulis necessaria portantibus Bononenos unum qua-  
 trenos 3.  
 Quod ultra tres Renenses aureos huius gentaculationis  
 causa fuit, ex statuti iussu de nostro solvimus. 5  
 Notario pro instrumentis, quibus nostra et novorum  
 procuratorum electio posset [probari], XX Bono-  
 nonenos.

Anno igitur 1542., die octava Ianuarii, habito dili- 10  
 genti calculo in presentia novorum procuratorum  
 et sindicorum ab ipsis noviter electorum, videlicet  
 generosi ac illustris domini Frederici comitis ac  
 domini in Castel, nobilium ac eruditorum virorum  
 domini Adami Verleiser\*, domini Matthaei Rolinger 15  
 et domini Petri a Neumark, nationis debitores re-  
 mansimus in triginta unum\* libris X Bononenis  
 et 1 quatrimum\*, quam pecuniam novis procurato-  
 ribus una cum aliis omnibus rebus ad nationem  
 spectantibus dedimus, tradidimus et assignavimus; 20  
 quapropter ipsi una cum sindicis, ratione nostra  
 approbata, omnes nationis res sive<sup>b</sup> restitutas con-  
 fessi sunt et retificantes\* omnia ac singula a nobis  
 gesta, actis etiam nationis nomine pro diligenti 25  
 nostra administratione gratiis, se suosque succes-  
 sores huius nostrae administrationis causa nulla-  
 tenus in posterum nos molestare solemniter pro-  
 miserunt.

30

## 1542.

fol. 211r. \* Anno salutis nostrae M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XLII<sup>o</sup>, sanctissimi domini nostri papae Pauli III. pontificatus VIII.,  
 sacratissimorum invictissimorumque principum Caroli V., imperatoris augusti, anno sacratissimi Romani im-  
 35 perii XXII., et sacrae eiusdem maiestatis fratris Ferdinandi, caesaris, regni Romani XI., convocatis ex more 35  
 et instituto maiorum nobilissimis Germaniae nationis studiosis hic Bononiae legibus operam navantibus, in  
 ipsa die trium regum, in aedem divi Fridiani extra portam Sancti Mammae, legitime electi sunt in procu-  
 ratores nobiles viri dominus Andreas a Blomenthall Brandenburgensis necnon dominus Iosephus Mayer  
 utriusque universitatis syndicus generalis Francus Orientalis. Cum vero praedictus dominus Andreas a Blo-  
 40 menthall tertio die post electionem Romam visendi gratia peteret atque inde in patriam revocaretur, no- 40  
 bilem dominum Petrum a Neumarck\* Misnensem in suum locum suffecit. Quinto postea nonas Martii ea-  
 dem ratione motus dominus Iosephus Mayer dominum Matheum Rechlinger Augustanum sibi successorem  
 elegit. Perfuncto ad constitutum tempus magistratu fidelem et diligentem rationem reddiderunt, ut in se-  
 quentibus est videre.

45           Accepta:  
 A maioribus nostris accepimus triginta unum\* libras  
 decem Bononenos et unum quatrimum, cui summae

insunt duo coronati, quos reverendissimus domi- 45  
 nus Madrucius episcopus Tridentinus et Brixiensis  
 debet.

\* sic.

† sic loco sibi.

‡ Naumarck B.



- Excellentissimus dominus Hermannus Plonies utriusque iuris doctor in signum grati et benevoli erga nationem animi (quae sua est liberalitas) triginta duas libras nationi dedit.
- 5 Quoniam egregius ac doctissimus vir dominus Wolfgangus Ortegell de Hirspruck Francus Orientalis artium liberalium magister immatura ac prepropera morte interceptus gratum se erga nationem exhibere non potuit, volentes tamen pietatis ergo nobiles domini Nicolaus de Ebeleben, Damianus Pflug et Rudolphus de Bunau memoriam eius in annalibus nostris extare, eius nomine XVI libras  $\sigma\lambda\zeta$   $\mu\alpha\upsilon\sigma\phi\epsilon\lambda\delta\omicron\nu\mu$  tradi curarunt.
- 10
- 15 A novitiis dominis scolaribus:
- A nobili domino Petro de Vlierden dimidium coronatum.
- A nobili domino Iacobo Francisco Breto de Perzamo XXXIII Bononenos.
- 20 A domino Christiano Pontano Vitebergensi dimidium coronatum.
- A domino Udalrico Buchner Lipsensi dimidium coronatum.
- A generoso domino Ferdinando barone in Vels et domino in Schenckenbergk\* unum coronatum.
- 25 A domino Marcho Sinckmoser comitatus Tirollis dimidium coronatum.
- A domino Valentino Clava Confluentino dimidium coronatum.
 Dominus Ambrosius Lowasser libras duas.  
 Dominus Udalricus Wolffius Lipsensis libras duas. 35  
 Dominus Philippus Adelgayss medium coronatum.  
 Nobilis dominus Benedictus a Stotzingen unum coronatum.  
 Nobilis dominus Guilelmus Schenckh a Stauffenberg unum coronatum.  
 40 Nobilis dominus Servatius Ehinger medium coronatum.  
 Dominus Ioannes Stocklin medium coronatum.  
 Nobilis dominus Wernerus a Schulenburg unum coronatum.  
 45 Dominus Mathias Kemnitz Marchicus libras duas.  
 Nobilis dominus Ioannes Iacobus a Ponnickaw pro se et domino Laurentio Iordano Dippolswaldense coronatos duos.  
 Dominus Christophorus Caselius Gothicus libras 50 duas.  
 Nobilis dominus Georgius a Reckentin Pomeranus unum coronatum.
- Nobilis dominus Henricus a Luhe Megapolensis unum coronatum.  
 Dominus Theodoricus Möller Hamburgensis libras quatuor. 35  
 Dominus Bartholomaeus Grentzing Velcurio libras quatuor.  
 Dominus Antonius Witershemius Hagensis libram unam cum dimidia.  
 Generosus dominus Octavianus secundus Fuggerus pro 40 se et praeceptoribus suis domino Balthasare Praun Kemnalcense et domino Andrea Schilleno Aichense duos coronatos.  
 Dominus Iosephus Gerlspeckhii Frysingensis medium coronatum. 45  
 Dominus Wolfgangus Lutzius Landspergensis libras duas.  
 Dominus Andreas Laurentius Landspergensis libras duas.  
 Dominus Ioannes Ruepp Landspergensis libras duas. 50  
 Nobilis dominus Ernestus a Borgsdorff Marchiacus unum coronatum.



- |  |  |
|--|--|
| <p>· Nobilis dominus Theodoricus a Schwerin Pomeranus unum coronatum.</p> <p>· Nobilis dominus Ioannes Ditlavus a Schwerin Pomeranus unum coronatum.</p> <p>5 Dominus Georgius Menius Thuringus medium coronatum.</p> <p>Nobilis dominus Ioannes Zacharias a Rochou unum coronatum.</p> <p>Generosus dominus Henricus baro a Staremberg etc.</p> <p>10 unum coronatum.</p> <p>Dominus Petrus Oberburger Moguntinus unum coronatum.</p> | <p>Dominus Casparus Thenn Salisburgensis libras duas.</p> <p>Nobilis dominus Georgius Christophorus a Rorbach Bavarus libras duas.</p> <p>Dominus Esaias Gasser Nordlingensis libras duas Bononienses tres. 5</p> <p>Dominus Henricus Rembolt Augustanus libras duas.</p> <p>Dominus Ioannes Lange Pomeranus libras duas.</p> <p>Nobilis dominus Michael Happ ab Hapsberg libras duas.</p> <p>Dominus Philippus Mœckelius Sleidanus medium coronatum. 10</p> |
|--|--|

15

1562.

15

\* Anno Domini M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. LXII<sup>o</sup>, nobilibus dominis Ioachimo ab Arnim Marchiaco et Benedicto a Stotzingen Suevo electis procuratoribus et comitibus palatinis, in album nationis relati sunt: Dominus Samuel Fabritius Megapolitanus libras duas.<sup>1</sup>

20

20

- |  |   |                                      |
|--|---|--------------------------------------|
| <p>fol. 91. * M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. II<sup>o</sup>. Nobilis<sup>2</sup> dominus Iohannes de Alevalde sacrarum legum studiosissimus scholasticus animam Deo reddidit anno M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. II<sup>o</sup>, in vigilia Iacobi, qui pro suo honore et salute anime ad sepulturam nostram in monasterio divi Dominici nationi contribuit ducatum unum; pro quo, pie lector, ora unum paternoster<sup>3</sup>.</p> | <p>* . . . . .<sup>4</sup></p> <p>Eucharius Stanvit de Heydingsfelt Herbipolensis diocesis utriusque iuris doctor, tunc inclite nationis nostre prefectus.<sup>5</sup></p> <p>Dominus Magnus Schellenberch licenciatus contribuit 1 florenum anno 1499.</p> | <p>fol. 91r.</p> <p>25</p> <p>30</p> |
|--|---|--------------------------------------|

30

30

## \* Matricula doctorum.

fol. 92.

35

35

- |   |   |                     |
|---|---|---------------------|
| <p>Dominus Henricus de Schonaw de Lauffanburg syndicus utriusque universitatis artium magister ac iuris pontificii licenciatus dedit XXIII Bologninos.</p> <p>Dominus Mathias Khuen de Bellasio Tridentine diocesis iuris pontificii doctor insignitus XVIII. die Maii M<sup>o</sup> CCCCXCIX<sup>a</sup> contribuit florenum Renensem.</p> <p>Dominus Gerardus<sup>6</sup> Suggestode de Daventria Traiectensis diocesis iuris pontificii licenciatus die XVI. Iunii 1497. creatus dedit XVI Bologninos.</p> | <p>Dominus Nicolaus Diech de Offenberga in iure civili insignitus . . . contribuit medium Renensem.</p> <p>Dominus Ioannes Sleycher ex Carinthia natus monachus Sancti Benedicti sacre pagine baccalarius formatus in iure pontificio doctoratus insignia accepit Bologninos XVI contribuit anno 1497. die XXV. Septembris.</p> <p>Dominus Fridericus Schonleben Novi Monasterii Herbipolensis civitatis collegiate ecclesiae canonicus</p> | <p>40</p> <p>45</p> |
|---|---|---------------------|

45

45

<sup>a</sup> M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. LXIX<sup>o</sup> B. Cf. pag. 246, 8.

<sup>1</sup>) Sequuntur duae inscriptiones anni 1684: Anno Domini 1684, consiliario domino Daniele Angelo in album nationis Germanicae inscripti et suscepti sunt: Domini Marcus Gerbiz Carniolus Sitticensis philosophiae et medicinae doctor. Ioannes Godefridus a Carlogg Styrius Graecensis philosophiae et medicinae doctor.<sup>2</sup>) Quae sequuntur aliis atque aliis manibus scripta exstant. <sup>3</sup>) Cf. p. 261, 5. Imago episcopi coloribus adpicta est. Literarum pleraeque extinctae sunt. <sup>4</sup>) In libro paginæ plures lineae extinctae sunt. <sup>5</sup>) 1497. Cf. p. 249, 43. <sup>6</sup>) Nomina Henrici, Mathiae et Gerardi etiam in libro annalium fol. 219 inscripta inveniuntur sub titulo: Doctores et licenciati qui Bononiae aut alibi in Italia insignia acceperunt.



- in iure canonico insignitus XX. die Decembris anno 1497. ducati dimidium dedit.
- Dominus Iodocus de Aufses canonicus Bambergensis die sanctorum Cosme et Damiani Bononiensis utriusque iuris doctor insignitus contribuit unum florenum Renensem 1498.
- fol. 92v. Magnus et nobilis vir dominus Ioannes de Kytzcher utriusque universitatis studii Bononiensis rector iuris utriusque doctor insignitus contribuit unum florenum Renensem anno 1498.
- 10 Dominus Erhardus Truchses arcium magister et canonicus Eistensis\* doctor iuris insignitus contribuit unum florenum anno 1499.
- 15 Dominus Ioannes Thume decretorum doctor contribuit unum florenum 1499.
- Dominus W[il]helmus Reichenbach utriusque iuris doctor contribuit 18 Bologninos.
- Dominus The[o]doricus Celmers Daventriensis legum licentiatus contribuit XVI Bologninos. 1500.
- 20 Dominus Lucas Conratter in decretis lice[n]ciatus Constantiensis, Sedunensis ac Sancti Vincentii Beennensis\* Lausaniensis diocesis ecclesiarum canonicus contribuit unum aureum Renensem.
- Dominus Georgius Schmed<sup>1</sup> Nisensis Wratislaviensis diocesis utriusque iuris doctor dedit XX Bologninos.
- 25 Venerabilis ac nobilis dominus Michael Truchses de Bomersfelden utriusque iuris ecclesiarum Bambergensis et Herbipolensis canonicus contribuit unum florenum Renensem.
- 30 Dominus Leonardus de Eck artium magister doctor insignitus in utroque iure contribuit unum florenum anno 1499.
- Dominus Ioannes Collaver<sup>b</sup> doctor in utroque iure insignitus contribuit unum florenum anno 1499.
- 35 Dominus Ioannes Rechburger de Klingau insignitus doctor contribuit 2 quartas.
- Dominus Marcus Harder vicarius ecclesiae cathedralis Augspurgensis promotus in licentiatum iuris pontificii dedit unum florenum Renensem anno 1504.
- 40 Dominus Philippus de Weil<sup>c</sup> utriusque iuris doctor contribuit XV Bologninos.
- Dominus Bernardus Waldkirch<sup>1</sup> utriusque iuris doctor contribuit unum florenum Renensem anno 1500.
- Dominus Balthasar Merglin de Walkirch canonicus ecclesiae Sancti Simonis Treverensis insignitus in iure pontificio Bononiensis contribuit XVI Bologninos.
- Dominus Guaspar Frangk rector parochialis ecclesiae in Wattenweiler Augustensis diocesis in utroque iure licentiatus contribuit XXXII Bologninos.
- Egregius vir dominus Eggerdus Krantz ea tempestate inclitae nationis nostre procurator<sup>2</sup> promotus in cesarii iuris doctorem contribuit medium florenum.
- 10 Specialis vir dominus Hermannus Longirivulus promotus in legum doctorem contribuit unum florenum.
- Dominus Ioannes Forderer alias Kuehorn utriusque iuris doctor contribuit XXX Bologninos.
- 15 Dominus Ioannes Hochberger utriusque universitatis studii Bononiensis syndicus in utraque censura Senis doctoratus contribuit medium florenum. 1500.
- Dominus Georgius Schuez de Uttingtal utriusque universitatis Bononiensis studii syndicus in utriusque iuris Senis doctoratus contribuit medium florenum. 1504.
- Dominus Degenhardus de Weichs canonicus Frisingensis iuris pontificii doctor dedit unum ducatum largum. 1504.
- 25 Dominus Sebastianus de Rubrigallo utriusque iuris doctor dedit medium florenum.
- Eruditissimus vir dominus Thomas Truchses scolaticus\* et canonicus ecclesiae Spirensis in iure pontificio doctor dedit unum florenum.
- 30 Nobilis ac eruditus doctor Ioannes Sbabe vicedominus Caminensis promotus in doctorem iuris pontificii contribuit nationi unum ducatum in auro et unum quartum. 1504.
- Eruditus vir dominus Hyeronimus Schuez de Nurembergia utriusque iuris doctor contribuit unum ducatum et XX Bologninos. 1506.
- Dominus Petrus Perestannus Misnensis doctoratus in gymnasio Ferrariensi contribuit florenum.
- 40 Dominus Christophorus de Stadion canonicus Augustensis\*\* Ferrariae doctoratus dedit florenum.
- Nobilis egregius vir dominus Ludovicus Furster de Hassia utriusque iuris doctor contribuit florenum. 1510.

\* Post episcopus Augustensis *al. m.*

<sup>a</sup> sic.

<sup>b</sup> Fol. 91v. Cillaver.

<sup>c</sup> Fol. 91v. Werl.



fol. 94.

\* Doctores<sup>1</sup> et licentiati Bononienses de anno Domini 1510.

- Egregius vir dominus Henningus Kissenbrugge ecclesie Sleswicensis canonicus eo tempore inclitae nationis nostrae Germanicae procurator pontificii iuris infulis decoratus die sancti Thome Cantuariensis, que est 29. Decembris, qui ex liberalitate sua nationem prefatam donavit uno floreno Renensi aureo.
- 10 Nobilis ac egregius vir dominus Iohannes Greudner iunior de Schletz diocesis Zeicensis pontificii iuris infulis decoratus die 24. Octobris 1510. donavit nationi nostre unum ducatum auri largi etc.\*
- Dominus Thomas Ruedolff iuris utriusque doctor canonicus Monacensis donavit nationi nostre ducatum unum die 10. Novembris 1510.
- Nobilis ac egregius Udalricus de Lapicz Australis iuris utriusque doctor contribuit nationi nostre duos ducatos largos. 1510.
- 20 Dominus Paulus Holtzel ex Sylian utriusque iuris doctor canonicus ecclesie collegiate Inticensis donavit nationi Germanice florenum Renensem die ultima Maii anno etc. 1511.
- Dominus Cristophorus Munch ex Mertzkirch iuris utriusque doctor dono dedit nationi nostre I florenum Renensem anno etc. duodecimo.
- Dominus Federicus de Leonrodt canonicus Aychstetensis nationis Germanice procurator in discessu suo ex liberalitate sua donavit nationem prefatam uno floreno Renensi.
- 30 Dominus Iohannes Forster de Hassia nationis Germanice procurator in discessu suo ex liberalitate sua donavit nationem duobus ducatis.<sup>2</sup>
- Dominus Nicolaus de Hermestorff iuris utriusque doctor dono dedit nationi nostre, cuius erat procurator, ducatum unum in discessu suo anno etc. decimo quarto.
- fol. 94v. \* Nobilis ac egregius vir dominus Ioannes de Gless Tridentine diocesis iuris utriusque doctor nationisque Germanice procurator in discessu suo ex liberalitate sua donavit nationi nostre unum ducatum die 29. Mai 1514.
- Egregius vir dominus Iohannes Schuel de Umbstet iuris utriusque doctor in discessu suo donavit nationi unum ducatum largum in auro die XXVII. Iunii anno 1515.
- Egregius vir dominus Iohannes Moller alias Molitoris Hamburgensis, qui alias inclite Germanice nationis

50

\* Requiescat in pace. Rome mortuus est *al. m.*

procurator surrogatus in locum domini licentiati iuris cesarei Meynardi Thobingk Luneburgensis extitit, insignitus Bononie in utroque iure anno nostre salutis millesimo quingentesimo quintodecimo, decima septima mensis Decembris dono dedit decem 5 karlinos.

- Nobilis et egregius vir dominus Mathias de Iogaw iuris utriusque doctor in discessu suo ex sua liberalitate donavit nostre nationi unum ducatum penultima die Marcii anno 1516. 10
- Nobilis et egregius dominus Wolfgangus Prantner syndicus universitatis legum doctor in discessu suo nationi nostre donavit ex sua liberalitate ducatum unum.
- Nobilis et venerabilis dominus Iacobus Fuchs Herwibolensis et Bamburgensis ecclesiarum canonicus etc. in discessu suo ex sua liberalitate dono dedit nationi nostrae ducatos duos largos in auro tercia decima die Augusti anno 1516, cuius nationis praedictus dominus Iacobus procurator eciam fuit anno 1514. 20
- Nobilis et venerabilis dominus Cristoferus de Pomerania archidiaconus Usdemensis pro ea que sua est benignitas discedens nationi ducatum unum dono dedit anno M<sup>o</sup>D<sup>o</sup>XVII<sup>o</sup>, XXVII. die mensis Martii.
- \* Nobilis et egregius dominus Valentinus Staegentin de Pomerania iuris utriusque doctor dedit nationi nostre pro liberalitate sua ducatum unum die XXVII. Martii anno etc. XVII. 25 fol. 95.
- Nobilis et egregius dominus Ioannes Rinck utriusque universitatis syndicus et iuris pontificii doctor discedens dono dedit nationi nostre libras sex die X. Iulii M<sup>o</sup>D<sup>o</sup>XVII<sup>o</sup>.
- Dominus Adolfus Knobelauch Francofordianus iuris utriusque doctor discedens nationi unum ducatum elargitus fuit. 35
- Dominus Gintherus Beis iuris utriusque doctor dono dedit nationi nostre in suo discessu decem et septem Bollendinos.
- Nobilis vir Bruxellensis dominus Karolus Haenskenshoot iuris utriusque doctor dono dedit nationi nostre unum ducatum largum in suo discessu anno 1521 prima Maii.
- Nobilis et doctissimus dominus Iulius Phlueg Misnensis canonicus et Lusaciae archidiaconus quando Bononia discesserat reliquit nationi nostrae I coronam anno etc. XXI. 45
- Egregius vir dominus Ioannes Hylbrandi Gruningensis iurium doctor in discessu suo nationi nostre, cuius

50

1) Fol. 92v. et 93 pleraque sequentium inscriptionum iterum occurrunt.

2) duob. duc. in litura scriptum.



- ipse procurator fuerat, medium florenum Renensem donavit, deinde pro sua liberalitate argenteam etiam monetam medium ducatum valentem ex patria transmisit anno M° D° XXII°.
- 5 Dominus Anthonius Rudolph ex Monaco discedens nationi nostre medium ducatum dono reliquit anno 1522. die 2. Iulii.
- Dominus Stephanus Gerck Magdeburgensis arcium ac utriusque iuris doctor discedens nationi donavit  
10 1 florenum 1524.
- Dominus Valentinus Koetzler Nurenbergensis in discessu suo nationi medium ducatum reliquit 1524.
- Dominus Georgius Geuder Nurenbergensis reliquit nationi discedens 35 Bologninos anno 1524 etc.
- 15 Dominus Ioannes et Petrus van der Vorst iuris utriusque doctores fratres Brabantini ex civitate Bruxelensi, patre domino Ioanne pariter iuris utriusque doctore equite aurato et amplissimo Philippi Austrie regis Castelle cancellario in suo Brabantie ducatu,  
20 quorum prior dominus est temporalis Lombecque, alter vero serenissimi domini capellanus et auditor rote, huic nationi Germanice in honorem Dei purissimum opus argenteum sub pii Christi super sepulchro sedentis imagine dono dederunt ac presentari fecerunt per dominum Iulium de Canobio in kalendis Novembris anni 1526\*.
- 25 Generosus vir dominus Christopheros Schligk comes de Pason dono dedit nationi sigillum argenteum anno 1526; qui Rome obiit anno 27., cum Roma eo anno opungnata fuit et pontifex maximus Clemens septimus captus fuit. Hec acta fuere 6. die Maii.
- 30 *fol. 93.* Dominus Mathias Reutter iuris utriusque doctor dono dedit in discessu suo nationi XXX Bologninos. 1530.  
*fol. 93v.*
- 35 Egregius ac nobilis vir dominus Bernardinus Rudolph de Aichach iuris utriusque Bononiensis septimo die Martii anno M° D° XXXII° promotus doctor in discessu medium scutum dedit.
- Dominus Ioannes Schiringius Magdenburgensis eques  
40 auratus artium et iuris utriusque doctor in discessu suo dedit unum scutum.
- Reverendus dominus Ioannes Rudolphi a Northeim decanus et canonicus ecclesiae beate Mariae virginis etc. iuris utriusque doctor quinquaginta Bologninos dedit.
- 45 *fol. 93v.* Reverendi ac egregii viri domini Iodoci Hoitfilter apostolicae sedis prothonotarii decretorumque doctoris etc. insignia<sup>1)</sup> hic impingi ad suam petitionem
- a communi natione concessum est ob duos coronatos pro eadem natione in minuta supplicationis ad summum pontificem elargitos anno Domini 1533.
- Dominus Lucas Ulstatt Augustanus utriusque iuris 5 doctor nationi nostrae hinc discedens donavit unum ducatum anno 1534.
- Dominus Georgius Zolner im Brand Bambergensis utriusque iuris doctor discedens nationi dono dedit unum scutum anno 1535. 10
- Nobilis dominus Otho van der Hoeffelich utriusque iuris doctor Clivensis patria Coloniensis diocesis quia de natione nostra in pluribus bene meritus est huic catalogo inscriptus est anno 1536.
- Dominus Bernardus Christophorus et Sebastianus 15 Christophorus Rhelingeri fratres Augustani hic in utroque iure doctores insigniti ac equestribus ornamentis donati 13. die Iunii anno M° D° XXXVII° nationi nostrae obtulerunt pro munere duos scutatos.
- Dominus Iacobus van der Vorst frater dominorum 20 Ioannis et Petri van der Vorst iuris utriusque doctor Brabantinus et eques auratus nationem Germanicam uno coronato aureo donavit.
- Egregius dominus Erasmus Oheim Breisacensis Brigaudiae diocesis Constantiensis iuris utriusque 25 doctor hic promotus dedit Bononenos XVII anno M° D° XXXVII°.
- Dominus Ioannes Dreer a Leonberg Wirtenbergensis iuris utriusque doctor dedit Bononenos 17. M° D° XXXIX°. 30
- Dominus Conradus Umbracht Franckfordiensis doctor iuris utriusque hic designatus anno 1539. dedit Bononenos 17.
- Reverendus dominus Mathias Pyrserius a Seyversdorff Sylesius artium et philosophiae magister ca- 35 thedralis ecclesiae Wratislaviensis canonicus et propositus Nysenus iuris utriusque doctor anno M° D° XXXIX° mense Decembri die 19. Bononie designatus dedit Bononenos 16.
- Dominus Hieronymus Biner Tresensis iuris utriusque 40 doctor designatus Bononie anno M° D° XXXIX° decimo nono mensis Decembris dedit Bononenos 16.
- Dominus Bernardus Waltherus Lypsenensis discedens nationi coronatum unum dono dedit anno M° D° XXXIX°. *fol. 96.* 45
- Dominus Ioannes Pierer ex Affluentia iuris utriusque doctor et eques auratus creatus sexdecim Bononenos nationi persolvit anno 1540.

50 \* Datum fuit in penam, quam comiserat *al. n.*

<sup>1)</sup> Insignia coloribus ornata in margine picta sunt.



- Dominus Hieronymus Ofman Norimbergensis utriusque iuris insigniis ornatus tres libras et quindecim Bononenos nationi dedit anno 1540.
- Dominus Melchior Winz ex Marchia lauream in utroque iure adeptus, tum ut legi nationis nostrae satisfaceret, tum ut imagines familiae suae rationi, quam procuratoris magistratu functus reddidit, appingerentur<sup>1</sup>, septem libras et decem Bononenos dedit anno 1540.
- 10 Nobilis dominus Gulielmus a Neuhausen Suevus caesarei iuris doctoratus, ut vocatur, honore auctus tres libras et XV Bononenos dedit anno 1540.
- Dominus Hermanus Falcus Lubicensis infulis doctoralibus coronatus septem libras et decem Bononenos nostro sodalitie reliquit partim ex debito, partim vero, ut sua quoque gentilitia insignia rationi, quem<sup>a</sup> ad aerarium nationis, cum ipsius magistratus erat, retulit, appingerentur<sup>1</sup>, anno virginei partus 1540.
- 20 Dominus Cunradus Pauli Brunswigensis iuris utriusque doctor hic promotus dedit unum coronatum anno 1540.
- Dominus Andreas Kebitz Bambergensis Francus Orientalis iuris utriusque doctor anno 1541. idibus Maii hic Bononie designatus dedit unum coronatum.
- 25 Dominus Hermanus Plonyes Lubecensis iuris utriusque doctor anno 1541. decimo calendas Octobris hic Bononie designatus dedit unum coronatum.
- Dominus Gerardus Aich Agrippina<sup>a</sup> XV. die Maii in doctorem iuris caesarei creatus ex debito XVI Bononenos nationi dedit anno 1542.
- 30 Dominus Franciscus de Loisheim Iuliacensis VII. die Augusti caesarei iuris doctoratus, ut vocatur, honore auctus quo statutis satisfaceret 16 Bononenos dedit anno 1542.
- 35 Dominus Iosephus Mayer Bambergensis Francus Orientalis iuris utriusque doctor VI. calendas Octobris hic Bononie infulatus IIII libras dedit anno Domini M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> XXXXII<sup>o</sup>.
- 40 *Sequitur inscriptio haec: Gerardus ex Alto Lugdunensis baccalarius 20. Septembris medicinae insigniis laurea Bononiae decoratus 1 coronatum 15 Bologninos 3 quatrinos nationi dedit M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> XCVI.*
- 45 <sup>a</sup> Doctores<sup>2</sup>:  
Anno M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> XLIII<sup>o</sup>.
- Dominus Franciscus Rasso Burekhardus Bavarus iuris utriusque doctor Bononenos sexdecim.
- Dominus Cristophorus Klockler iuris utriusque doctor libras quattuor Bononenos duodecim.
- Nobilis dominus Ioannes Hofman Silesius legum doctor libras tres Bononenos decem et octo.
- Dominus Ioannes Scholer Ulmensis iuris utriusque doctor Ferrariensis libras tres Bononenos decem et octo.
- 5 Nobilis dominus Georgius Storek Styro libram unam Bononenos decem et novem.  
Anno M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> XLIII<sup>o</sup>.
- 10 Nobilis dominus Petrus a Naumarekt iuris utriusque doctor libras tres Bononenos decem et octo.
- Dominus Iosephus Zoppel iuris utriusque doctor libras tres Bononenos decem et octo.
- Dominus Franciscus Degen iuris utriusque doctor libram unam Bononenos decem et octo.
- 15 Anno M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> XLV<sup>o</sup>.
- Dominus Bernardus Bolzheim ex Offenburgo doctor Senensis libram unam.
- Dominus Guillelmus Rinck doctor Ferrariensis libras quattuor.
- 20 Dominus Georgius Mehel iuris doctor Bononenos sexdecim.
- Dominus Georgius Strigel iuris doctor Bononenos sexdecim.  
Anno M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> XLVI<sup>o</sup>.
- 25 Dominus David Mayr iuris utriusque doctor libras quattuor.
- Dominus Ioannes Funck iuris utriusque doctor libras quattuor.
- Dominus Georgius Ayrimschmaltz iuris utriusque doctor libram unam Bononenos duos.
- 30 Dominus Antonius Carchesius iuris utriusque doctor libram unam Bononenos decem.
- Dominus Ioannes Vock iuris utriusque doctor libras quattuor.
- 35 Nobilis dominus Henricus a Weze iuris utriusque doctor Bononenos sexdecim.  
Anno M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> XLVII<sup>o</sup>.
- Dominus Iohannes Mepsch iuris utriusque doctor libram unam Bononenos septem.
- 40 Dominus Timotheus Jung Augustanus Ferrariae sub Alciato in doctorem iuris promotus VII. Iunii libras duas.
- Nobilis dominus Hartmannus de Hartmannis iuris utriusque doctor Bononenos sexdecim.
- 45 Anno M<sup>o</sup> D<sup>o</sup> XLVIII<sup>o</sup>.
- Dominus Ioannes Baptista Weber<sup>b</sup> Memmingensis iuris utriusque doctor Bononenos sexdecim.
- 50 <sup>a</sup> sic. <sup>b</sup> Weher B.

<sup>1</sup> Cf. pag. 317, 30 et 50.<sup>2</sup> Quae sequuntur etiam in codice B. fol. 30. exstant.



	Anno M° D° XLVIII°.		Anno M° D° LVII°.
	Dominus Theoderus Schiltel Lipsensis iuris utriusque licentiatus Bononiensis Bononenos sexdecim.		Dominus Paulus Nachtrab Eschenbachensis Bononenos sedecim.
	Anno M° D° L°.		Dominus Guilhelmus Then Salisburgensis Bononenos sedecim. 5
5	Anno M° D° LI°.		Dominus Wolfgangus Alt Salisburgensis Bononenos sedecim.
	Dominus Christophorus Arend iuris utriusque doctor Bononiensis Bononenos sexdecim.		Dominus Georgius Perlinus Duncelspulensis Bonone- nos sedecim.
	Dominus Franciscus Frays doctor Ferrariensis Bono- nenos sexdecim.		Dominus Michael Godecken Blanckenburgensis Bono- 10 nenos sedecim.
10	Nobilis dominus Philippus Hass iuris utriusque doctor Bononiensis Bononenos sexdecim.		Dominus Bartolus Richius Holtzmindensis Bononenos sedecim.
	Anno M° D° LII°.		Dominus Gedeon Egelingus Brunsvicensis Bononenos sedecim. 15
	Dominus Andreas Buttelmair iuris utriusque doctor Bononiensis Bononenos sexdecim.		Anno M° D° LVIII°.
15	Anno M° D° LIII°.		Anno M° D° LIX°.
	Anno M° D° LIII°.		Dominus Wolfgangus Eulenbeck Saxo iuris utriusque doctor Bononiensis Bononenos sexdecim.
	Anno M° D° LV°.		Anno M° D° LX°.
fol. 224v.	Anno M° D° LVI°.		Dominus Thomas Seld Augustanus iuris utriusque doctor Bononiensis Bononenos sedecim. 20
	Dominus Ludovicus Ziegler Spirensis Bononenos sex- decim. 20		<i>In codice B sequuntur:</i>
	Dominus Ioannes a Glauburg Francofordensis Bono- nenos sexdecim.		Anno M° D° LXI°.
	Dominus Ioannes Krebs Trevirensis Bononenos sex- decim.		Dominus Christopherus Böhem Noricus Bononenos sedecim. 25
25	Dominus Vipertus Schwab a Buchen Bononenos sex- decim.		Dominus Oswaldus Lurtzing Schweinfortiensis Bono- nenos sedecim.
	Dominus Ioannes Bose Mansfeldensis Bononenos sex- decim.		Dominus Valentinus Heyde Misnensis Bononenos se- 30 decim.
	Dominus Mauricius Winckelman Gottingensis Bono- nenos sexdecim. 30		
	Dominus Iacobus Schwartz Bononenos sexdecim.		
	Dominus Ottho Horning Silesius Bononenos sexdecim.		



IV.

I N S T R U M E N T A .









\* Incipiunt exempla instrumentorum que anno procuracionis dominorum Conradi<sup>a</sup> de Cruse- fol. 1r.  
mark et Henrici Berhusel in nacione sunt reperta'.

I.

5 *De rectore unicersitatis ultramontanorum Bononiensis creando; de eligendo rectore e studiosis Germanis quinto quoque anno; de unione nationis Vasconum cum Pictaviensi; de iuramento a rectore praestando.*

*Ex libro annalium fol. 1.*

**Bononiae, in ecclesia S. Proculi, II. Martii 1265.**

10 Exemplum cuiusdam sentencie sive laudi sic incipientis:

In nomine Domini. Amen. Cum esset discordia inter scolares universitatis ultramontanorum super electione seu creacione rectoris dicte universitatis, videlicet Gallicos, Piccardos, Burgundos, Pictavienses, Turronenses et Cenamonenses<sup>b</sup>, Normannos, Cathelanos, Ungaros et Polonos ex una parte, ex altera vero scilicet Teothonicos, Yspanos, Provinciales, Anglicos et Vascones, dicta universitas ad hoc convocata more  
15 solito in ecclesia Sancti Proculi, unanimiter elegerunt dominum Petrum de Vindocano cantorem Cenamonensem, dominum Gobertum abbatem Sancti Fellicis Gerondensis, dominum Aymonem prepositum Ghibenensem, magistrum Guilielmum de Faya, dominum Arnaldum de Podio Amaro pro dictis novem nacionibus primis; pro  
20 quatuor vero ultimis nacionibus dominum Dominicum Petri magistrum scholarum Bracharensem, fratrem Henricum de domo Teothonica, dominum Raginaldum canonicum Burdegalensem, dominum Guilielmum Dereak,  
25 dominum Iohannem dictum Flamengum tamquam arbitros et arbitratores et amicabile compositores et promisit dicta universitas, iuramento prestito per Ardicionem bidellum generalem in animas universorum et singulorum dictarum universitatum seu universitatis, attendere et observare quicquid per predictos arbitros et arbitratores et amicabile compositores per vim iuris, compromissi seu amicabile compositionis diffiniretur seu ordinaretur vel amicabiliter componeretur, prout in compromisso scripto manu Henrigitti Feliciani no-  
tarii continetur. Ipsi vero arbitri<sup>b</sup> invocata Spiritus sancti gratia unanimiter considerato bono statu et tranquillitate studii Bononiensis presentis et futuri ordinaverunt, firmaverunt et amicabiliter composuerunt in hunc modum, videlicet quod deinceps uno anno debet eligi rector de una de quatuor nacionibus, scilicet Gallicorum, Yspanorum, Provincialium vel Anglicorum; et debeant iurare electores, qui pro tempore fuerint,

30

<sup>a</sup> Corrandi A.

<sup>b</sup> sic.

<sup>b</sup> In superiori margine haec verba XV. saeculo conscripta leguntur: „Notandum est et bene considerandum qualiter scholares nostre nacionis victoriam maximam optinuerunt contra et adversus scholares de Cecilia et presertim contra dominum Thomam olim rectorem etc. Et hec anno Domini M<sup>o</sup>. CCCC<sup>o</sup>. XLVI<sup>o</sup>., ubi habetur decretum“.



quod ipsi eligent bonum et ydoneum et quem utilem crediderint universitati de aliqua dictarum quatuor nacionum, et alio vero anno eligatur rector de aliqua de dictis octo nacionibus, videlicet Piccardorum, Burgondensium, Pictaviensium, Turonum et Cenomanensium, Normannorum, Catellanorum, Ungarorum, Pollonorum; et iurent electores se electuros illum, quem bonum et ydoneum crediderint universitati. Hoc acto, quod tercio anno postea subsequenti eligatur rector de nacione Teothonicorum; et iurent electores illum 5 eligere, quem utilem crediderint universitati. Et postea primo anno de dictis quatuor nacionibus et secundo anno de aliis octo, tertio anno de dictis quatuor nacionibus et quarto anno de dictis octo, quinto vero anno eligatur de dicta nacione Teothonicorum et ita de quinquennio in quinquennium habeant Teothonici rectorem\*, [et debeant] servando electores formam iurandi ydoneum et utilem eligere ut dictum est. Et hoc idem sic invenimus actenus observatum et tota universitas sic concessit eisdem Teothonicis et sic in per- 10 petuum fiat. Insuper ordinaverunt et pronunciaverunt pro bono pacis et concordie, quod deinceps Vascones uniantur nacioni Pictaviensium, ita tamen quod de cetero nominetur nacio Pictaviensium et Vasconum\*, concedentes dicte nacioni Pictaviensium et Vasconum duos consiliarios et duos electores tempore eligendi rectorem perpetuo. Et quod de octo super nacionibus nominibus nulla oriatur discordia, nec minuatur nomen alicuius nacionis vel addatur vel detrahatur nomini alicuius nacionis, et si aliquem scolarem contingerit\* 15 pervenire ad civitatem Bononiensem, necesse habeat esse de aliqua dictarum tredecim nacionum et sub aliqua dictarum nacionum iurare rectori, qui pro tempore fuerit, et magis vicinam sibi nacionem secundum  
fol. 1v. arbitrium rectoris et consiliariorum, qui pro tempore fuerint, debeat \* acceptare. Item insuper ordinaverunt et pronunciaverunt, quod quicumque fuerit electus in rectorem, quod incontinenti debeat iurare predicta omnia, que in dicto instrumento continentur, observare, et si iurare noluerit, eius electio nulla sit et alium 20 incontinenti eligant, qui similiter predicta iurare debeat observare. Et predicta omnia mandaverunt inviolabiliter, inrevocabiliter ac firmiter observari ab utraque parte et non mutari, intelligi vel interpretari in perpetuum nisi secundum quod hec littera iacet\*. In cuius rei testimonium voluerunt predicti arbitri et arbitratores et predicta universitas sigillum communis Bononiensis, domini episcopi Bononiensis presentibus apponi et per me infrascriptum notarium publice roborari et facere plura instrumenta unius tenoris; unum 25 tamen eorum sit apud fratres Minores, aliud penes fratres Predicatores.

Lata seu probata fuit hec sententia sive laudum et promulgatum de voluntate et consensu predictorum decem dominorum per dominum Arnaldum de Podio Amaro, qui de ipsis decem est, ut superius scriptum est, et iurata per Ardicionem bidellum generalem in animas dicte universitatis sic firma esse, sub anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, indictione octava, die undecimo exeunte Marcio, in 30 ecclesia predicta, presentibus Henrigitto notario, domino Bernardo de Durfot Provinciale, domino Ruphaco de Tribus Aquis de nacione Vasconum, Alexandro, Henrico de Ludella Anglicis, magistro Symone Matifradi, magistro Petro Ioselini, domino Raginaldo Pictaviensi, testibus vocatis et rogatis.

Subscriptio notarii sive tabel[li]onis: Ego Anthonius Cambii imperiali auctoritate notarius rogatu et mandato predictorum dominorum et dicte universitatis scripsi subscripsi subsignavi. 35

Ego Dominicus Mascaronis imperiali auctoritate et nunc venerabilis patris domini Uberti Dei gratia Bononiensis episcopi notarius hoc exemplum sumptum et exemplatum ab autentico instrumento non raso, non cancellato, non vitiato nec in aliqua sui parte corrupto aut suspecto una cum infrascriptis Iacobo et Guilielmo notariis coram reverendo viro domino Iacobo de Accis vicario dicti patris diligenter et fideliter ascultavi et quia utrumque concordare inveni, mandato et auctoritate dicti domini vicarii ad perpetuam rei memoriam me subscripsi et signum 40 meum consuetum apposui, in palacio episcopali Bononiensi, anno Domini millesimo trecentesimo quinto, indictione tertia, die decimo septimo Iunii.

Subscriptio notarii sive tabellionis: Ego Iacobus Dominici Mascaronis imperiali auctoritate notarius hoc exemplum sumptum et exemplatum ab autentico instrumento non raso, non cancellato, non vitiato nec suspecto in 45

\* Singulis quinque annis Theutonicus debet esse rector *al. m.*

\* sic.



aliqua parte sui una cum suprascripto domino Dominico et infrascripto Guilielmo notario coram reverendo viro domino Iacobo de Accis vicario venerabilis patris domini Uberti Dei gratia Bononiensis episcopi diligenter et fideliter ascultavi et quia dictum exemplum cum originali suo concordare inveni, mandato et auctoritate dicti domini vicarii \* ad perpetuam rei memoriam me in testem subscripsi et signum meum apposui consuetum, in palacio episcopali fol. 2r.  
5 Bononiensi, anno Domini millesimo trecentesimo quinto, indictione tertia, die decimo septimo Iunii.

Subscriptio notarii sive tabellionis: Ego Guillelmus quondam Donis Dei de Planorio imperiali auctoritate notarius presens exemplum ab autentico sumptum non viciato, non corrupto vel cancellato in aliqua sui parte, quod sensum<sup>a</sup> vel intellectum mutet, nil addens vel minuens exemplavi et scripsi et una cum suprascriptis Dominico Mascaronis et Iacobo Dominici coram reverendo viro domino Iacobo de Accis vicario venerabilis patris domini Uberti Dei gratia Bononiensis episcopi diligenter et fideliter ascultavi et legi et quia utrumque concordare inveni, mandato et auctoritate dicti domini vicarii, qui presenti exemplo interposuit suam auctoritatem, et ut presenti exemplo plena fides ad perpetuam rei memoriam adhibeatur, me subscripsi et signum meum apposui consuetum, sub anno Domini millesimo trecentesimo quinto, indictione tertia, die<sup>b</sup> decimo septimo Iunii, in palacio episcopatus Bononie.  
10

## 2.

15 ,De reformatione verbi, scilicet: ‚salvo iure Teothonicorum‘, quod cancellatum erat;  
de statuto universitatis scolarium ultramontanorum civitatis Bononie.<sup>c</sup>

*Ex libro annalium fol. 2.*

20 **Bononiae, in ecclesia S. Proculi, 1. Maii 1273.**

Exemplum cuiusdam instrumenti, cuius tenor talis est:

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo septuagesimo tercio, indictione prima, die primo Madii, congregata universitate scolarium ultramontanorum in ecclesia Sancti Proculi more solito per Ardicionem bedellum generalem dicte universitatis, in qua quidem<sup>e</sup> congregatione surrexit dominus minus Henricus de Frienburg et dixit nomine et vice nacionis Teothonicorum et proposuit in ipsa universitate, quod de quodam statuto universitatis cancellatum erat, ut dicitur, unum verbum, scilicet: ‚salvo iure Teothonicorum‘, quod ius Theothonicorum est, quod nobiles de Alamania non teneantur iurare rectori<sup>g</sup>, et peccit nomine et vice dicte nacionis, quod illud verbum reponatur in dicto statuto et quod ius eorum salvum sit. In qua quidem congregatione reformatum<sup>d</sup> fuit nullo contradicente, quod dictum verbum reponatur in dicto statuto et quod ius eorum predictum salvum sit.  
25  
30

Subscriptio notarii sive tabellionis: Ego Matheus Cambii imperiali auctoritate notarius et nunc notarius dicte universitatis rogatus scripsi subscripsi subsignavi.

## 3.

35 ,De reformatione quorundam statutorum circa officium sancte Marie, que alias  
continebatur in instrumento casu amisso.<sup>c</sup>

*Ex libro annalium fol. 2.*

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 3. Februarii 1292.**

40 Transcriptum seu exemplum cuiusdam instrumenti, cuius tenor talis est:

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, indictione quinta, die tertio Februarii, congregata nacione scolarium Teothonicorum civitatis Bononiensis in ecclesia Sancti Fridiani, que quondam Saccorum appellabatur, more solito, in qua quidem congregatione fuerunt ultra quam due partes scolarium dicte nacionis, immo quasi omnes, ut dixerunt, recognovit dicta \* nacio se alias ordinasse fol. 2v.  
45

\* Nota privilegium excellens *al. n.*

<sup>a</sup> sensum *A.*

<sup>b</sup> dominico *deletum A.*

<sup>c</sup> universitate *deletum A.*

<sup>d</sup> bis scriptum *A.*



et statuisset circa officium beate Marie virginis, secundum quod inferius continetur. Inprimis itaque statuit et ordinavit ipsa nacio, quod apud ecclesiam, que condama<sup>a</sup> Saccorum set<sup>a</sup> nunc Sancti Fridiani appellatur, per dictam nacionem sub prestito sacramento fiat missa beate Marie virginis singulis dominicis diebus, ita tamen, quod si singuli scolares dicte nacionis singulis dominicis diebus ad ipsum officium non venerint dummodo missa fiat, non sint periuri. Item statuit, quod quilibet scolaris de dicta nacione ad requisicionem 5 procuratorum officii, qui pro tempore fuerint, iurare teneatur se manutenere et defendere ipsum officium contra omnes secundum tenorem statutorum per ipsam nacionem circa dictum officium factorum. Item statuit et ordinavit ipsa nacio, quod quilibet scolaris dicte nacionis de novo ad studium Bononiam veniens pro habendis sumptibus ad conservacionem dicti officii de qualibet marcha annui redditus ipsius, dummodo redditus excedant expensas, quas in anno opus habet facere, unum grossum Bononiensem contribuere teneatur. 10 Si vero scolaris talis sit, qui vel redditus non habeat vel forte habeat set non sufficientes ad expensas eius, tunc de qualibet marcha expensarum, quas in totum vel pro parte ex amicorum subsidio pro quolibet anno opus habet facere, eodem modo conferat unum grossum. Quam contribucionem quilibet de predictis facere teneatur post prestitum<sup>b</sup> ab eo sacramentum infra quindecim dies, alioquin ad dupli contribucionem teneatur. Item statuit et ordinavit ipsa nacio, ut quicumque scolaris dicte nacionis predictum divinum officium, secun- 15 dum quod predictum est, iurare noluerit, a nullo de nacione post eius contradicionem ad societatem recipi valeat, et si forte ignorancia de facto tales in societatem ab aliquibus de nacione recepti fuerint, sicut de facto societatem clam irrepserant, ita, nisi cum nacione concordaverint, de facto dimittantur, cohercione venerabilis patris et domini episcopi Bononiensis<sup>c</sup> vel vicarii eius, qui pro tempore fuerint, in contradictores nichilominus procedente, quorum iurisdictioni circa execucionem conservacionis predictorum ordinamentorum 20 ipsa nacio specialiter se subiecit<sup>de</sup>, ut in compromisso de ipso officio promulgato plenius continetur, presenti instrumento<sup>a</sup> tenore valituro quousque principale instrumentum perditum casu reperiatur.

Subscriptio notarii sive tabellionis: Ego Matheus Cambii imperiali auctoritate notarius et iuris<sup>e</sup> ordinarius predictis omnibus interfui rogatus s. s. s.

25

## 4.

De non tollendo vel dispensando super statuto, quo prohibetur immunitatem iuramenti petere, vel observatione statutorum.

Ex libro annalium fol. 2<sup>v</sup>.

30

Bononiae, 27. Maii 1301.

Exemplum cuiusdam instrumenti, cuius tenor talis est:

Anno Domini millesimo trecentesimo primo, indictione quarta decima, die vigesimo septimo Madii, reperitur in libro statutorum universitatis scolarium ultramontanorum et citramontanorum civitatis Bono- 35  
fol. 3<sup>r</sup>. niensis inter alia<sup>a</sup> statuta infrascriptum in hunc modum: Illi statuto, quod loquitur, ut nullus iuramenti ex forma statutorum prestandi remissionem seu observancie statutorum immunitatem in posterum audeat postulare, addimus, ut cum alia nostre universitatis statuta omnia condicionaliter intelligantur, ita ut per ipsam universitatem nostram possint moderari et etiam revocari in totum vel in parte, in isto omnis cesset condicio, ita ut nec per rectores, consiliarios vel adiunctos vel per ipsam universitatem totam possit revo- 40 cari, moderari vel interpretari, nec statuto aliquo tolli vel inmutari, nec contra ipsum dispensacio vel gracia

<sup>a</sup> Nota cohercionem episcopi Bononiensis *al. m.* subiecta *al. m.*

<sup>de</sup> Natio nostra episcopi Bononiensis quondam iurisdictioni

45

<sup>a</sup> sic.

<sup>b</sup> prestitutum *A.*

<sup>e</sup> sic loco iudex.



circa aliquem vel aliquos adhiberi salvo iure Teothonicorum, excepto si alicuius regis filius vel frater legitimi supervenerint, circa quos possit rigor statuti huiusmodi relaxari. Hoc tamen statutum volumus ad dominos Bonifacium et Gregorium marchiones Salluciarum nunc presentes extendi.

5           Subscriptio notarii sive tabellionis: Ego Matheus Cambii imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius et nunc notarius dicte universitatis, ut in predicto libro inveni, supradicta die s. s. et publicavi.

## 5.

10   \* ,De empcione libri nacionis seu missalis et de caucione super ipsius vicio et eviccione.' fol. 3v.

*Ex libro annalium fol. 4r.*

**Bononiae, sub porticu domus domini Ardicionis, 2. Novembris 1301.**

\* Transcriptum cuiusdam instrumenti, cuius tenor talis est:

*fol. 4r.*

15       Anno Domini millesimo trecentesimo primo, indictione quindecima<sup>a</sup>, die secundo Novembris, dominus Stephanus condam<sup>a</sup> domini Jacobini notarius de capella Sancti Mammi<sup>a</sup>, vendidit et tradidit domino Frederico de Argentina et domino Guialtero de Turego scolaribus Bononie, procuratoribus nacionis scolarium Theothonicorum civitatis Bononiensis, ementibus nomine et vice dicte nacionis et pro dicta nacione, unum librum missale in cartis edinis<sup>b</sup> secundum cursum Romane curie miniatum et pingello — principium secundi sexterni  
20 incipit sic: ,Ipse largitor<sup>a</sup> et tercius incipit: ,Debito<sup>a</sup> et delicta nostra<sup>a</sup> — pro precio triginta sex librarum Bononiensium, quod precium totum presencialiter sibi<sup>a</sup> dederunt, tradiderunt et nominaverunt, renunciens excepioni non numerate pecunie et non tradite et non solute sibi, excepioni doli, in factum, feriis et diebus feriatis, fori privilegio, et omni legum et iuris auxilio. Quem librum missale in eorum manibus posuit atque dedit et promisit dictus venditor pro se et suos heredes<sup>a</sup> et successores<sup>a</sup> per stipulacionem sollempnem  
25 dictis emptoribus recipientibus nomine et vice dicte nacionis de vicio ipsius libri, scilicet quod si deficeret aliquid, facere reponi suis expensis et de eviccione contra omnem personam et omne dampnum ac expensas interesse reficere, quod vel quas fecerit vel substinuerit in iudicio vel extra iudicium, credendo de dampnis et expensis eorum et cuiuslibet eorum nudo verbo sine iuramento vel alia probacione. Que omnia et singula predicta premissa attendere et observare et non contrafacere vel venire aliqua exceptione vel occassione<sup>a</sup> sub pena  
30 dupli dicte pecunie et ea soluta sive non predicta firma permaneant sub obligacione omnium suorum bonorum.

Actum Bononie sub porticu domus condam domini Ardicionis, presentibus dompno Bartholomeo canonico Sancti Fridiani, qui asseruit cognoscere contrahentes, domino Iohanne de Lucenia<sup>a</sup> et domino Arrimanno de Friburgo, testibus rogatis et vocatis.

35           Subscriptio notarii sive tabellionis: Ego Matheus Cambii imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius rogatus s. s. s.

## 6.

,De representacione rerum nacioni<sup>a</sup> ipsis procuratoribus.'

40

*Ex libro annalium fol. 4v.*

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 17. Decembris 1301.**

\* Exemplum cuiusdam instrumenti, cuius tenor talis est:

*fol. 4v.*

Anno Domini millesimo trecentesimo primo, indictione quarta decima, die decimo septimo Decembris, dompnus frater Bartholomeus canonicus Sancti Fridiani Lucani et prior Sancti Fridiani de Bononia,

45

<sup>a</sup> sic.           <sup>b</sup> sic loco haedinis.



que<sup>a</sup> olim domus Saccorum apellabatur, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum presentavit et consignavit domino Gualterio de Turego et domino Frederico de Argentina scolaribus Bononie, procuratoribus nacionis scolarium Theotonicorum civitatis Bononiensis, infrascripta<sup>b</sup> res et bona dicte nacionis, quas<sup>b</sup> asseruit esse dicte nacionis et positas in domo et penes eum et fratres pro divino officio celebrando per ipsam nacionem. Inprimis una planeta pro sacerdote, una dalmatica pro dyacono et una tunicella pro sub-  
 5 diacono de cendato rubeo, orname et frodate de panno viridi lineo. Item duo pulvinaria de cendato rubeo pro cantoribus. Item unum pulvinale pro sacerdote, quando incipit officium, deauratum. Item unum pali-  
 10 um de sirico, quod stat ante altare. Item duas camisias cum amitibus pro dyacono et subdyacono. Item duo superpelicia pro cantoribus. Item unum calicem cum patena deauratum. Item duo tapetha, unum magnum, quod stat ante altare, et unum parvum super quo sedent cantores. Item unum pannum de lana  
 15 laboratum, quod ponitur retro sacerdotem, quando sedet. Item quinque libri de cantu, unum magnum et quatuor parvi. Item cereos magnos et quatuor parvos. Item duos cereos magnos ad illuminandum corpus Christi. Item unum banchum, super quo sedent cantores. Item duas tabulas magnas et longas, que ponuntur in ecclesia quando est multitudo scolarium. Item unum messale precii triginta sex librarum Bononiensium. Item unam planetam de syrico deauratam. Item unum chalonem diversorum colorum. 15

Actum Bononie in ecclesia Sancti Fridiani, que olim Saccorum appellabatur, presentibus domino Iohanne domini Cambii stacionario librorum et Geminiano Petroboni ligatore librorum, testes<sup>b</sup> rogati<sup>b</sup> et vocati<sup>b</sup>.

Subscriptio notarii sive tabellionis: Ego Matheus Cambii imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius rogatus s. s. s.

20

## 7.

fol. 3r. De statuto a rectore et maiori parte universitatis scolarium ultramontanorum facto, ut origo tantummodo et non domicilium in nacionibus spectetur.<sup>a</sup>

25

Ex libro annalium fol. 3r.

## Bononiae, in domo S. Dominici, I. Maii 1306.

Exemplum cuiusdam instrumenti, cuius tenor talis est:

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo sexto, indictione quarta, die 30 primo mensis Maii, congregata universitate scolarium ultramontanorum civitatis Bononiensis in domo Sancti Dominici<sup>a</sup> per Colam bedellum generalem dicte universitatis, placuit maiori parti universitatis predictae declarare et statuere ad hoc, ut omnis occasio discordie a nacionibus nostre universitatis penitus extirpetur et ut nulla nacio talem vel tales scolares vendicare debeat, ex quo constitit de origine<sup>\*\*</sup>, quod origo solummodo spectetur et non domicilium et quod presens statutum trahatur ad futura quando dubitabitur  
 35 de qua nacione scolares esse debeant.

Actum Bononie in universitate predicta, presentibus et astantibus domino Thomasio de Neapolim<sup>b</sup> rectore scolarium citramontanorum et domino Petro de Costa et domino Ugone archidyacono Albiacensi testibus.

fol. 3v.

\* Subscriptio notarii: Ego Felicianus Petri de Lauro imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius hiis  
 40 omnibus interfui et de mandato domini rectoris citramontanorum predictum statutum scripsi et publicavi s. s. s.

\* hoc loco cuius nacionis quisque dici debeat *al. m.*  
 lares sint *al. m.*

\*\* Origo non domicilium arguit cuius nacionis sco-

<sup>a</sup> quem *A.*      <sup>b</sup> sic.

45



## 8.

De approbacione et confirmacione statuti, quo origo in nacionibus tantummodo spectatur,  
per rectorem et universitatem citramontanam.<sup>4</sup>

5

*Ex libro annalium fol. 3v.*

**Bononiae, in domo S. Dominici, 1. Maii 1306.**

Congregata universitate scolarium ultramontanorum civitatis Bononiensis in domo Sancti Dominici  
per Colam bedellum generalem dicte universitatis de mandato domini Petri de Costa rectoris dicte univer-  
10 sitatis pro novo rectore creando, cum esset altercacio occasione electionis rectoratus, dominus Thomasius de  
Neapolim rector scolarium citramontanorum intravit universitatem predictam, et perlecto quodam statuto a  
maiori parte dicte universitatis approbato, quod incipit sic: . . . . .<sup>1</sup> dominus Thomasius predictus rector  
dixit: Ego exnunc do sententiam, quod dictum statutum ibidem lectum in ipsius presencia valeat et teneat  
et optineat plenum robur.<sup>4</sup>

15

Lata fuit hec sententia per predictum dominum Thomasium rectorem scolarium citramontanorum  
in universitate predicta, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexto, indictione<sup>a</sup> quarta, die primo mensis  
Maii, presentibus domino Petro de Costa et domino Poncio<sup>2</sup> archidiacono Albiace[n]si.

Subscriptio notarii sive tabellionis: Ego Felicianus Petri de Lauro imperiali auctoritate notarius et iudex  
ordinarius de mandato predicti domini rectoris citramontanorum s. s. s.

20

## 9.

Super assignationem apparamentorum ad cultum divinum spectancium factam  
prioribus Sancti Fridiani.<sup>4</sup>

25

*fol. 5v.*

*Ex libro annalium fol. 5v.*

**Bononiae, in domibus ecclesiae S. Fridiani, 28. Octobris 1309.**

In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo nono, indictione septima, die  
vigesimo octavo mensis Octobris<sup>a</sup>, nobiles viri dominus Albertus de Hondefol<sup>3</sup>, dominus Otto de Kothebus,  
30 asserentes se esse procuratores scolarium Teuthonicorum Bononie in studio commorantium, nomine et vice  
ipsorum scolarium deposuerunt penes religiosos viros fratrem Poncium priorem Sancti Martini de Scenis  
ordinis sancti Fridiani de Luca doctorem decretorum et penes dompnum Contem priorem Sancti Fridiani  
de Bononia extra circulas burgi Sancti Mammi<sup>a</sup>, que olim vocabatur ecclesia fratrum de Sacco, quosdam  
libros et ornamenta totius nacionis scolarium Teuthonicorum deputata specialiter ad divinum cultum cele-  
35 brandum in honorem beate virginis Marie nomine dicte nacionis scolarium Teuthonicorum, videlicet duas  
capas de cindato rubeo fodratas de baldinella viridi, duos calices argenteos deauratos: unum duodecim un-  
ciarum, alium vero duodecim unciarum cum dimidia. Item unam capam de serico laborata[m] de auro cum  
rosis et cum una musca de auricalco, fodratam de baldinella viridi. Item unam planetam, dalmaticam et  
tunicellam, omnes de cendato rubeo, fodratas de cendato zano. Item unam planetam de azza texta[m] de  
40 serico cum leonibus et avibus, fodratam de baldinella viridi. Item duos camices, duos amatos<sup>b</sup>, duas stolas  
et tres manipulos de cendato rubeo et azuro. Item tria cingula de serico. Item duas cottas de serico

<sup>a</sup> sic.

<sup>b</sup> sic; amictos?

45

<sup>1</sup>) Sequitur diploma 7 usque ad verbum 'debeant'.

<sup>2</sup>) Cf. pag. 352, 37.

<sup>3</sup>) sic loco Hohenvels, vide pag. 59, 28.



zallas. Item unum paliū de azza textum de serico cum rotis<sup>a</sup> et figuris hominum et piscium intus contextas. Item duas cortinas de cendato rubeo et zano adfectas. Item unam toboliā<sup>a</sup> lineam ad usum altaris. Item duo tapeta. Item unum zalonem cum fettis zanis et viridibus. Item unum paliū de bambace. Item duos libellos de sequenciis et prosis cum assibus de ligno. Item unum missale in cartis edinis, cuius primus caternus finit: „Immortalitate“, secundus incipit: „Sit ipse largitor“ et finit ipsum missale: „Per 5 Christum dominum nostrum filium“, copertum de coreo viridi. Item unum graduale ad missam, copertum de coreo nigro, primus caternus finit: „Cla“, secundus incipit: „ritatis“ et finit graduale: „Deo dicamus gratias“. Item duo gradualia ad missam coperta de albo corio cum clavis de ottone<sup>b</sup>, in quibus sunt officia principalium festivitatum. Item sigillum ipsius nacionis de auricalco. Quas quidem [res] prenominate omnes predicti priores confessi et contenti fuerunt habuisse et recepisse a dictis procuratoribus nomine nacionis pre- 10 dictae, renunciante exceptioni non habitarem et non receptorum rerum et omni alii auxilio, promittentes predicti priores per stipulationem per se et suos successores dictis procuratoribus stipulantibus nomine nacionis Theuthonicorum tam presentis quam future ipsas res diligenter custodire et salvare et ipsas libere restituere et relaxare dictae nacioni seu procuratoribus dictae nacionis ab eis petentibus in eo statu in quo nunc sunt, et hiis omnibus et singulis supradictis cautionem ydoneam prestare quancumque per nacionem seu per 15 procuratores nacionis fuerint requisiti. Que omnia et singula supradicta promiserunt attendere et observare et non contra venire vel facere per se vel alios aliqua racione vel causa sub pena dupli, extimacionis dictarum rerum cum refeccione dampnorum vel expensarum litis et extra, pro quibus omnibus et singulis obligarunt omnia bona suarum ecclesiarum presentia et futura.

Actum Bononie, in domibus ecclesie Sancti Fridiani de Bononia, que olim vocabatur ecclesia fratrum 20 de Sacco, presentibus domino Deگو canonico Senensi et Gayo Benvegnati et Pelegriño de Colonia et Alverio de Missina, testibus vocatis et rogatis.

Subscriptio notarii sive tabellionis: Ego Felicianus Petri de Lauro imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius hiis omnibus interfui et rogatus scribere scripsi s. s. s.<sup>1</sup>

25

## 10.

*Inventarium rerum ad dicinum cultum spectantium apud priorem S. Fridiani depositarum.*

*Ex libro annalium fol. 6r.*

30

**Bononiae, coram altari maiori ecclesiae S. Fridiani, 24. Ianuarii 1311.**

fol. 6r. \* In nomine Domini. Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, die vigesimo quarto mensis Ianuarii, nobiles et discreti viri dominus Frederichus de Lirem canonicus Herbipolensis, dominus Coradus de Spira anbo<sup>a</sup> scolares studentes Bononie de nacione Theuthonicorum, procuratores ipsius nacionis, vice et nomine dictae nacionis et scolarium ipsius tam presentium quam de novo 35 supervenientium in presentia mei notarii publici et infrascriptorum testium ad hec specialiter vocatorum et adhibitorum deposuerunt et consignaverunt custodiendi et salvandi gratia dompno Rogerio Lucano canonico Sancti Fridiani Lucensis et modo priori loci Sancti Fridiani Bononiensis positi extra ecclesiam<sup>c</sup> Sancti Mamme, qui alias denominabatur locus fratrum de Sacho, procuratori maioris prioris et capituli dicti Sancti Fridiani Lucensis ad hec omnia et singula constituto, ut de ipso mandato constat publico instrumento scripto 40 manu Iohannis Nicholai Bacte Sachi notarii de Luca, a me notario viso et lecto, infrascriptas res et horna-

<sup>a</sup> sic.

<sup>b</sup> sic loco ottune.

<sup>c</sup> sic loco portam.

<sup>1</sup>) Huc usque copia instrumentorum eadem manu saeculi XIV. ineuntis scripta est; inde sequuntur variae manus saeculi XIV. 45



menta dicte nationis deputata specialiter ad divinum cultum<sup>a</sup> per ipsam nationem in loco predicto, que res et hornamenta fuerant extimate per ipsos dominos procuratores de voluntate ipsius domini dompni Rogerii et in eius presentia, prout inferius continetur: Inprimis videlicet<sup>1</sup> duas capas de cendato rubeo frodatas de baldinella viridi<sup>a</sup>, extimatas viginti libris Bononiensibus. Item duos calices de argento deauratos ponderis in summa 5 viginti quinque unziarum et dimidie. Item unam capam de sericho laboratam de auro cum rosis, cum una nuscha de aricalco<sup>a</sup> frodatam de baldinella viridi, extimatam duodecim libris Bononiensibus. Item unam planetam cum dalmatica et tunichella, omnes de cendato rubeo frodatas de cendato zano, extimatam viginti sex libris Bononiensibus. Item unam planetam de aza testam de sericho cum leonibus et avibus frodatam de baldinella viridi, extimatam quinque libris Bononiensibus. Item duos camices, duos amittus, duas stolas et tres manipulos de cendato rubeo et azuro et tres zingullos de 10 sericho, extimatas quatuor libris Bononiensibus. Item duas cotas de sericho zallas, extimatas decem libris Bononiensibus. Item unum palium de aza testum de sericho cum rosis et figuris hominum et pissium intus contestas, extimatum decem libris Bononiensibus. Item duas cortinas de zendato rubeo et zano adfetas, extimatas decem libris Bononiensibus. Item unam tobaliam lineam ad usum altaris, extimatam duas libras Bononienses<sup>a</sup>. Item duos tapedos et duos zalones, extimatos tresdecim libris Bononiensibus. Item duos alios zalones, extimatos quinque 15 libris Bononiensibus. Item duos libellos de consequentiis et proxis cum assidibus de ligno, extimatos trium librarum Bononiensium<sup>a</sup>. Item duos libros pro<sup>b</sup> unquoque<sup>a</sup> coro et alium pro medio cori, extimatos quadraginta quatuor libris Bononiensibus. Item unum missale extimatum treginta<sup>a</sup> sex libris Bononiensibus. Item tabulam altaris cum figuris annunciacionis beate Marie virginis et aliis figuris. Item octo cereos magnos, qui fuerunt ponderis quilibet sexdecim librarum de cera salvo usu. Item alios duos cereos magnos pro 20 levando corpore Domini nostri Ihesu Christi, quorum quilibet fuit ponderis decem octo librarum cere. Item quatuor alios duplerios parvos salvo usu. Promitens procurator predictus nomine quo supra et eius precibus et mandatis dominus Manfredinus quondam domini Gerardi de Sesto civis Bononiensis capelle Sancti Andree de Platixiis se principalem constituens et se eisdem procuratoribus solempniter stipulantibus nomine quo dictum est principaliter et in solidum obligando, ipsas res et hornamenta et quamlibet ipsarum diligenter 25 et bona fide custodire et salvare et circha ipsorum et ipsarum custodiam diligentem curam et sollicitudinem adhibere et ipsas omnes vel particulariter resignare et restituere ipsis procuratoribus vel eorum successoribus aut nationi predicte, quotiens ipsi super hoc fuerint requisiti, aut extimationem predictam, si dicte res vel aliqua ipsarum quoquo modo perderentur vel devastarentur, nisi devastaretur vel perderetur ex usu dicte nationis, quo casu ad ipsam nationem pertineat ipsum dampnum, et aliter non; recipientes in se et 30 super se ipse procurator et dominus Manfredinus predictus in predictis<sup>a</sup> omnem casum incendii, spoliacionis fol. 6v. vel robarie et omnem alium casum fortuitum et eventum, qui dici vel excogitari possit, qui casus intelligantur esse et sint in presenti obligatione specialiter expressi et nominati; et contra predicta vel aliquod predictorum ipsi vel aliquis ipsorum nulam<sup>a</sup> alegare vel oponere exceptionem vel defensionem iuris vel facti generalem vel specialem, propter quam se defendere vel excusare possent quocumque modo, quominus ad 35 predicta observanda convinci possent et conveniri in civitate Bononie et ubicumque et sub quocumque iudice tam ecclesiastico quam seculari, et ad ea omnia observanda cogi realiter, personaliter, summarie sine strepitu iudicii et iuris ordine non servato, quod sic inter ipsas partes hoc expresse actum extitit et conventum. Que omnia et singula suprascripta promiserunt predicti in solidum dictis procuratoribus dicto nomine stipulantibus atendere et observare sub pena ducentarum librarum Bononiensium in singulis huius 40 contractus capitulis in solidum promissa, refectionem dampnorum, expensarum ac interesse litis et extra, et pena predicta soluta vel non nihilominus predicta servare; pro quibus omnibus et singulis firmiter obser-

<sup>a</sup> sic.      <sup>b</sup> per A.



vandis obligavit ipse dominus dompnus Rogerius dictis procuratoribus omnia bona loci predicti et ipse dominus Manfredinus omnia sua bona; renuncians ipse dominus dompnus Rogerius et Manfredinus exceptioni doli, conditioni<sup>a</sup> sine causa, indebiti, actioni in factum, feriis et diebus feriatis et omni alii auxilio et specialiter ipse dominus Manfredinus novarum constitutionum beneficio et omni iuri sibi competenti contra predicta vel aliquod predictorum. 5

Actum in ecclesia predicta coram altari maiori dicte ecclesie, presentibus domino Ugolino domini Alberti Marzonis, Thomaxio Bonaiuti, Dominicho magistri Iohannis sartore et Meiorino Henrici et pluribus aliis testibus.

*Signum.* Ego Matheus domini Iohannis Specialis civis Bononiensis imperiali auctoritate notarius et modo notarius generalis totius universitatis studii Bononiensis predictis omnibus interfui et ea omnia et singula rogatus publice scripsi a. s. 10

#### 4. Aprilis 1311.

Anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, indictione nona, die quarto mensis Aprilis, congregata nacione dictorum dominorum Theotonicorum mandato ipsorum dominorum prepositorum dicte nationis in ecclesia predicta Sancti Fridiani, ubi solet dicta nacio congregari, lecto ibidem et in eorum presentia suprascripto instrumento dicte deposicionis et consignationis scripto manu mei Mathei notarii suprascripti, ipsam deposicionem et consignationem et omnia et singula in ipso instrumento contenta emologaverunt, aprobaverunt et confirmaverunt in omnibus et per omnia et in qualibet parte sui, mandaveruntque michi notario, ut de predictis omnibus publicum conficiam instrumentum. 15 20

Actum in ecclesia et loco predicto, presentibus Rolando Bonincontri, Philipo de Lanfranchis et Iohanne Gualterii testibus.

*Signum.* Ego Matheus domini Iohannis Specialis notarius suprascriptus predictis omnibus interfui et ea rogatus publice scripsi s. 25

#### II.

##### *Inventarium.*

*Ex libro annalium fol. 7r.*

#### prope Bononiam, in ecclesia fratrum de Saccis, 12. Ianuarii 1335. 30

*fol. 7r.* <sup>a</sup> Hoc est exemplum cuiusdam publici et autentici instrumenti, cuius tenor talis est:

In Christi nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem milleximo trecentesimo<sup>a</sup> trigesimo quinto, indictione tertia, die duodecimo mensis Ianuarii, dominus Henricus de Turego capellanus in Cela, substitutus procurator domini Frederici ducis Austrie et plebani Ymeldenich<sup>b</sup>, et dominus Lodulfus de Werle plebanus ecclesie Sancti Maurutii<sup>c</sup> in Halberstad<sup>c</sup> procurator nationis dominorum Theotonicorum ellectus, domino Guarnerio de Monte canonico ecclesie Havelbergiensis, substituto domini Ernesti procuratoris dicte nationis<sup>a</sup>, recedente in presentia mei Bonaventure notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt domino Iohanni Pincerne Theerpa<sup>d</sup> et domino fratri Iohanni de Sancto Amarino ordinis sancti Iohannis ospitalis Yerosolimitani procuratoribus nationis predictae pro anno presenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad nationem predictam: Imprimis videlicet duos calices argenteos deputatos ad celebrandum cum eis missam. Item unum missale coopertum corio viridi<sup>a</sup>. Item unum librum cantualem incipientem: ‚Gudent‘ coopertum de corio nigro. Item alium librum cantualem incipientem: ‚Gadent‘<sup>a</sup> coopertum de corio albo. Item alium librum sine corio, incipientem: ‚Suscepimus‘. Item alium librum incipientem: ‚Suscepimus‘. 40

<sup>a</sup> sic.

<sup>b</sup> sic A; cf. pag. 95, 6 et 28 Medlich.

<sup>c</sup> in a Halberstad A.

<sup>d</sup> de Erpach suprascriptum est. 45



Item duas cappas rubeas de sindone. Item aliam cappam purpuream cum roxis. Item unam planetam cum dalmatica et tunixella de sindone rubeo. Item unam aliam planetam purpuream cum figuris papagallorum. Item duos chamisos albos cum apparatus suis. Item unum palium album de sirico cum figuris papagallorum. Item palium de sirico rubeo cum vitibus viridibus. Item unum palium de sirico cum diversis figuris. Item 5 duas cortinas de sindone adictas. Item duas capellinas de vario. Item duo sepeletilia. Item unum tapetum cum figuris pavonum. Item alium librum cantualem incipientem: „Gaudent“. Quas res dicti procuratores anni proxime preteriti eorum nominibus et vice et nomine nationis predictae dederunt et consignaverunt dictis procuratoribus presentis anni per ipsos custodiendas et salvandas nomine et vice dicte nationis, renuntiantes dicti procuratores presentis anni exceptioni sibi non datarum et consignatarum dictarum rerum nomine dicte nationis 10 et omni alii legum et iuris auxilio, promittentes dicti procuratores presentis anni dictis procuratoribus anni proxime preteriti stipulantibus et recipientibus eorum nominibus et nomine et vice nationis predictae predictas res et quamlibet earum bona fide pro dicta natione custodire et salvare sub obligatione omnium suorum bonorum. Insuper prefati dominus Ioannes Pincerna et dominus frater Iohannes de Sancto Amarino ordinis sancti Iohannis ospitalis Yerosolimitani procuratores presentis anni nationis predictae in presentia mei notarii 15 et testium infrascriptorum predictas res omnes et singulas deposuerunt penes dominum dompnm Ricardum priorem ecclesie Sancti Fridiani de Bononia et ei consignaverunt custodiendas et salvandas, renuntians dictus dominus dompnus Ricardus exceptioni sibi non depositarum et consignatarum dictarum rerum et non habitatum et receptarum et omni alii legum et iuris auxilio; promittens dictus dominus dompnus Ricardus dictis dominis Iohanni Pincerne et domino fratri Iohanni de Sancto Amarino ordinis sancti Iohannis ospitalis 20 Yerosolimitani procuratoribus nationis predictae stipulantibus et recipientibus eorum nominibus et vice et nomine dicte nationis dictas res et quamlibet earum bona fide custodire et salvare sub obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum necnon successorum suorum.

Actum prope Bononiam extra circulam burgi Sancti Mamme, in ecclesia fratrum de Sacchis, presentibus domino Henricho plebano Sancti Stephani rectore universitatis scolarium ultramontanorum, domino 25 Nicholao de Argentino, domino Eberardo Pincerna et Henrico Guidonis bidello dicte universitatis, qui asseruit se predictos cognoscere contrahentes, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

Ego Bonaventura quondam Zanboni de Ghiselabellis auctoritate communis Bononiensis notarius predictis omnibus presens interfui eaque rogatus scribere publice s. s. a.

30 *Signum.* Ego Nicholaus quondam Iacobi de Muglo publicus imperiali et communis Bononiensis auctoritate notarius, ut in dicto instrumento inveni, ita fideliter exemplavi et scripsi, nichil addens, mutans vel minuens, quod sensum mutet vel intellectum s. s. a.<sup>1</sup>

## 12.

*Inventarium.*

35 *Ex libro annalium fol. 8r.*

**prope Bononiam, in ecclesia S. Fridiani, 7. Ianuarii 1336.**

\* In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem milleximo trecentesimo trigesimo sexto, indictione quarta, fol. 8r. die septimo mensis Ianuarii, dominus Iohannes Pincerna de Herpach canonicus ecclesie Herbipolensis et dominus frater Iohannes de Sancto Amarino ordinis sancti Iohannis hospitalis Yerosolimitani procuratores nationis dominorum Theotonicorum pro anno proxime preterito in presentia mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt domino Sweykero de Liewenberch rectori ecclesie Sancti Floriani et domino Ulricho Dapiffero de Limburch canonico Eyst[et]ensis ecclesie procuratoribus de novo electis per

45 <sup>1)</sup> Sequitur ratio anni 1325. Cf. p. 86, adnot. 1.



dominos de natione predicta pro anno presenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad nationem predictam . . . . .<sup>1</sup>

Actum prope Bononiam, in ecclesia Sancti Fridiani iuxta altare ipsius ecclesie, presentibus Henrico Guidonis bidello, qui dixit et asseruit se predictos omnes et singulos cognoscere contrahentes, Corado canonico ecclesie Sancte Crucis de Polonia, Guilielmo Mani de comitatu Luche et Henrico Wezzoli, testibus 5 ibidem vocatis, rogatis et adhibitis ad premissa.

*Signum.* Ego Nicholaus quondam Iacobi de Muglo imperiali et communis Bononiensis auctoritate notarius etc.

## 13.

10

*Inventarium.*

*Ex libro annalium fol. 8v.*

**prope Bononiam, in ecclesia S. Fridiani, 12. Ianuarii 1337.**

*fol. 8v.* \* In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem milleximo trecentesimo trigesimo septimo, indictione 15 quinta, die duodecimo mensis Ianuarii, dominus Henricus dictus Hurelbech de Ratispona et dominus Coradus de Ratispona canonicus Slomensis<sup>a</sup> procuratores nationis dominorum Theotonicorum pro anno proxime preterito in presentia mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt domino Ottoni de Leybenz et domino Ulrico de Sygnūwe procuratoribus de novo electis per dominos de natione predicta pro anno presenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad nationem predictam: . . .<sup>2</sup> 20

Actum prope Bononiam, in ecclesia Sancti Fridiani iuxta altare ipsius ecclesie, presentibus Henrico Guidonis de Felixinis bidello, qui dixit et asseruit se predictos omnes cognoscere contrahentes, et Andrea Oddi de Ferrara et pluribus aliis testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

*Signum.* Ego Nicholaus quondam Iacobi de Muglo imperiali et communis Bononiensis auctoritate notarius predictis omnibus interfui eaque rogatus unacum Francisco notario infrascripto publice scribere scripsi, s. s. s. 25

*Signum.* Ego Franciscus Marchi Alberti Balthassar<sup>3</sup> Bononiensis civis publicus apostolica imperiali et communis Bononiensis auctoritatibus notarius ac universitatis scholarum ultramontanorum et citramontanorum iuris canonici et civilis studii Bononiensis notarius generalis predictis omnibus interfui ac rogatus una cum Nicolao notario supra-scripto scribere, me subscripsi, meoque solito signo signavi sub prefatis milleximo, indictione et die etc. 30

## 14.

*Instrumentum traditionis 82 librarum Bononiensium a duobus scholaribus legatarum.*

*Ex libro annalium fol. 9v.*

35

**Bononiae, 8. Martii 1339.**

*fol. 9v.* \* In<sup>4</sup> Christi nomine. Amen. Nativitatis eiusdem anno milleximo tricentesimo trigesimo<sup>b</sup> nono, indictione septima, die octavo mensis Marcii, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Benedicti divina providencia pape XII. anno quinto, universis et singulis presens instrumentum publicum inspecturis 40 pateat evidenter, quod venerabilis et nobillis vir dominus Iohannes de Herchel dominus de Monte canonicus

<sup>a</sup> Slom̄ A.      <sup>b</sup> sic.

<sup>1</sup>) *Abhinc instrumentum ad verbum consentit cum inventario praecedenti.*      <sup>2</sup>) *Cf. adnot. 1.*      <sup>3</sup>) *Haud certo 45 legendum.*      <sup>4</sup>) *Duo scolares infrascripti legaverunt nationi LXXXII (sic loco LXXXII.) libras, pro quibus empta est vinea, de qua sepe numero fit mentio inferius in matricula. — Haec verba recentioribus litteris rubeo colore scripta in superiore margine paginae exarata sunt.*



Traiectensis, syndicus et procurator nationis dominorum Theotonicorum ad infrascripta et alia specialiter constitutus ex instrumento manu mei Francisci notarii infrascripti sindicatorio et procuratorio nomine supradicto<sup>1</sup>, presentibus venerabilibus viris domino fratre Ugone de Ratispona ordinis sancti Benedicti monasterii Sancti Emmerami, domino Lamberto de Rosthoc et domino Alberto de Swienschapt omnibus de  
 5 Allamannia de natione predicta et testibus ac me notario infrascripto predictis nominibus<sup>2</sup> dedit, numeravit, assignavit et consignavit venerabili et religioso viro fratri Richardo priori ecclesie Sancti Fridriani site extra portam burgi Sancti Mamme Bononie, que vulgariter appellatur ecclesia fratrum de Sacho, et a scolariis de dicta natione dominorum Theotonicorum [ecclesia dominorum Theotonicorum]<sup>3</sup>, octuaginta duas libras Bononienses, prout dictus prior dixit, asseruit et confessus fuit tantam esse pecunie quantitatem. Et hoc fecit  
 10 dictus dominus Iohannes sub pactis et condicionibus infrascriptis: videlicet quod dictus dominus prior teneretur de dicta pecunia emere aliquam possessionem vel rem immobilem nomine dicte sue ecclesie, cuius rei redditus, fructus et proventus deberent per ipsum priorem et eius successores singulis annis expendi, distribui et converti pro salute animarum dominorum Henrici de Ratispona dicti Urlichech et Egardi de Buchowue de Sacsonia de natione prefata defunctorum, qui dictam pecuniam relinquerunt<sup>a</sup> predictae nationi, scilicet dictus dominus  
 15 Henricus septuaginta libras et dictus dominus Egardus duodecim, et eciam pro salute dominorum aliorum de dicta natione, inter sacerdotes et ministros, qui missas in dicta ecclesia celebrabunt et dicent, et pro luminariis sive torticiis et aliis necessariis in dictis missis ac aliis piis operibus sive uxibus secundum discrecionem et arbitrium dicti domini prioris et successorum suorum; necnon dictus dominus prior vel eius successor singulis annis semel, si a dicta natione vel eius procuratore sive sindico fuerint requisiti, teneantur et debeant eidem  
 20 nationi vel eius procuratori vel sindico plene, legaliter et bona fide de predictis fructibus, redditibus et proventibus redere rationem super predictis omnibus et singulis ipsius domini prioris et successorum consciencias onerando, qui dictus prior numerata dicta pecunia et recepta suorum successorum et dicte ecclesie nomine solempniter promisit predicto domino Iohanni syndico et procuratori prefato et michi Francisco publico notario infrascripto, tamquam persone publice recipienti et stipulanti vice et nomine dicte nationis et omnium et  
 25 singulorum, quorum interest vel interesse poterit in futurum, de predicta pecunia emere nomine dicte ecclesie rem aliquam immobilem et ipsius rei empte fructus, redditus et proventus singulis annis expendere, distribuere et convertere in usus predictos ac singulis annis, cum requisitus fuerit, de predictis fructibus, redditibus et proventibus plenam et integram redere rationem et omnia et singula supradicta fideliter bona fide et recta consciencia effectualiter adimplere et in nullo contra facere vel venire sub pena quindecim librarum Bononiensium, quociens predicta vel ipsorum aliquod ipse vel aliquis suorum successorum non adimplerent effectualiter vel resisterent, que pena tocies comitatur<sup>a</sup> et exigi possit in singulis et pro singulis pactis, membris et capitulis suprascriptis rato senper<sup>a</sup> manente contractu, quociens fuerit contrafactum, qua pena soluta vel non rata maneant omnia et singula suprascripta; pro quibus omnibus et singulis firmiter, integraliter et effectualiter observandis ipse dominus prior obligavit omnia et singula bona, iura mobillia et immobillia,  
 30 presentia et futura, habita et habenda, possessa et pos[s]idenda cuiuscumque condicionis dicte ecclesie.

Actum Bononie, in domo habitacionis domini Bonmathei quondam domini Marchixini de Tranchedis notarii capelle Sancti Mamme, presentibus Andrea quondam Oddi Strazaroli capelle Sancti Mamme, Henrico Guidonis de Filixinis<sup>3</sup>, qui dixit et asseruit se cognoscere contrahentes predictos et quemlibet eorum, Brexia Astendardi de Garfagnana et Matheo quondam domini Gocii capelle Sancti Thome de Brayna, testibus  
 40 vocatis, rogatis et adhibitis ad premissa.

<sup>a</sup> sic.

<sup>1</sup>) Hic locus parum accurate ex originali transsumtus videtur.      <sup>2</sup>) Cf. pag. 360, 32.      <sup>3</sup>) Iste Henricus de Felixinis pater Peregrini quondam bidellus noster legavit nationi V libras annuo persolvendas. — Haec verba eadem quae ad 45 notationem 4 pag. 358 scripsit manu, rubeo colore exarata, in spatio inter verba ecclesie et Actum addita sunt.



*Signum.* Ego Mirante quondam Bonrecupri de Muglo, imperiali et communis Bononiensis auctoritate notarius ex auctoritate, potestate, licentia et baillia michi concessa per reformationem anzianorum et consulum civitatis Bononiensis et capitaneum populli eiusque vicarium, scriptam manu Iohannis quondam Guidonis Michaelis Petri Spetialis notarii dominorum anzianorum et consulum populli Bononiensis, de consensu et voluntate Francisi quondam domini Marchi Alberti notarii, ut in rogationibus seu notis ipsius Francisi inveni, ita hic secundum modum, cursum et 5 consuetudinem dicti Francisi fideliter scripsi, autenticavi et in publicam formam redegi sub anno Domini milleximo trecentesimo quatragesimo, indictione octava, die vigesimo tercio mensis Decembris.

Registratum in memorialibus<sup>1</sup> communis Bononiensis per Iacobum de Alberghis notarium ad predicta<sup>2</sup>.

*Signum.* Ego Franciscus Marchi Alberti Bononiensis civis, publicus apostolica, imperiali et communis Bononiensis auctoritatibus notarius ac universitatis scholarium ultramontanorum et citramontanorum iuris utriusque studii Bono- 10 niensis notarius generalis, volui et consensi, quod dictus Mirante Bonrecupri autenticaret dictum instrumentum exemplatum per me M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVIII<sup>o</sup>, indictione septima, die octavo Martii, ac hic secundum cursum et consuetudinem meam poneret die vigesimo tercio Decembris milleximo et indictione prefatis, ex auctoritate sibi ut superius per eum fit mencio concessa.

Et de mandato suprascriptorum dominorum de dicta natione ego Franciscus autenticavi dicto domino priori 15 instrumenta emptionis et locationis vinee empte per dictum priorem de dictis pecuniis dicta die octava Martii, milleximo, indictione et pontificatu prefatis et in eodem loco et presentibus dictis testibus.

Que etiam instrumenta registrata fuerunt per predictum Iacobum et de pecunia dictae nationis legitime fuit soluta gabella, ut constat instrumento quod habuit dictus dominus prior manu Egidii de Tobaldis scripto, ut credo.

20

## 15.

*Inventarium.*

*Ex libro annalium fol. 10<sup>v</sup>.*

25

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, I. Novembris 1340.**

*fol. 10<sup>v</sup>.* \* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem milleximo trecentesimo quatragesimo, indictione octava, die omnium sanctorum primo mensis Novembris, venerabilis et religiosus vir dominus frater Richardus prior ecclesie Sancti Fridiani scite<sup>a</sup> extra portam Sancti Mamme Bononie, que vulgariter apelatur 30 ecclesia fratrum de Sacho et a scolaribus de natione dominorum Theotonicorum Bononie in iure studentium ecclesia dominorum Thetonicorum<sup>a</sup> dedit, restituit et consignavit venerabilibus et discretis viris dominis Cifrido de Ciplingen preposito in Berlim<sup>a</sup> Brangburgensis<sup>a</sup> dyocesis et Iohanni de Kacez Salsburgensis dyocesis procuratoribus nacionis dominorum Theotonicorum prefate ad infrascripta et allia spetialiter constitutis de novo a natione predicta, ut constat ex instrumento procurationis prefate super hoc confecto die vigesimo 35 secundo mensis Octubris<sup>a</sup> proxime preteriti in dicta ecclesia scripto manu mei Francisi notarii infrascripti nomine dictae nacionis recipientis, infrascriptas res spectantes et pertinentes ad ipsam nacionem ipsi domino priori designatas per venerabiles et nobiles viros dominos Iohannem Herkel dominum de Monte canonicum Traiectensem et Vulfingum de Liebnez preteritos procuratores nationis predictae: . . .<sup>3</sup> Item unum pallium diasspidum album cum figuris de auro. Quas res ipsi domino priori designaverunt domini Iohannes et 40 Vulfingus prefati procuratores custodiendas et salvandas nomine nacionis prefate, quas etiam ipse dominus prior custodivit tempore interdicti civitatis Bononie et privationis studii civitatis eiusdem, promittentes dicti procuratores solempniter, stipulantes dicto domino priori et michi Francisco publico notario infrascripto, tamquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine nacionis eiusdem, dictas res et quamlibet earum bona fide pro dicta natione custodire et salvare sub obligatione omnium suorum bonorum, renuntiantes 45 ipsi procuratores beneficio novarum constitutionum de fideiussione et de pluribus reis debendi, epistole divii<sup>a</sup>

<sup>a</sup> sic.

<sup>1</sup> In libris communis Bononiae, quibus titulus Memorialia, omnia instrumenta notiorum Bononiensium summatim, ab anno 50 1265, registrabantur. M.      <sup>2</sup> Sequuntur recentiori manu conscripta verba: in dicto libro sub folio 27.      <sup>3</sup> Cf. No. 11.



Adriani, exceptioni doli mali, conditioni<sup>a</sup> indebiti, sine causa et iniusta causa, in factum actioni et omni  
 allii auxilio. Insuper prefati procuratores nationis predictae in presentia mei notarii et testium infra-  
 scriptorum predictas res omnes et singulas deposuerunt et consignaverunt penes dictum dominum priorem  
 custodiendas et salvandas, renuntians ipse dominus prior exceptioni sibi non date, non dimisse, non depo-  
 5 sitarum et non consignatarum rerum predictarum et omni allii auxilio, promittens dictus dominus frater  
 Richardus prior dictis procuratoribus nationis predictae stipulantibus et recipientibus eorum nominibus et vice  
 et nomine nationis predictae res predictas et quamlibet earum bona fide custodire et salvare sub obligatione  
 omnium suorum bonorum presentium et futurorum et successorum suorum, quibus procuratoribus nulla de-  
 signata fuit pecunia, quia privatio studii precessit et in aliis negociis tunc fuit expensa et irrogata tota,  
 10 scilicet in emptione cuiusdam vineae et alias.\*

Actum Bononie extra portam Sancti Mamme, in ecclesia Sancti Fridiani iuxta altare, in presentia  
 domini Ulrici de Sigenowe rectoris universitatis scoliarum ultramontanorum iuris utriusque studii Bono-  
 niensis et aliorum de dicta natione, et presentibus Henrico Guidonis de Filixinis bidello dicte universitatis,  
 qui dixit se cognoscere contrahentes predictos, dompno Martino de Senis, dompno Dominico de Senis dicti  
 15 ordinis sancti Fridiani et Ulrico de Pophingen, testibus vocatis, rogatis et adhibitis ad predicta.

*Signum.* Ego Mirante quondam Bonrecupri de Muglo Bononiensis civis publicus imperiali et communis Bononiensis  
 auctoritate notarius ex auctoritate, licentia et potestate michi concessa per quandam reformationem factam per anziani  
 et consules ac capitaneum populi Bononiensis eiusque vicarium, scriptam milleximo trecentesimo trigesimo septimo,  
 20 indictione quinta, die vigesimo octavo et ultimo mensis Februarii, manu Iohannis quondam Guidonis Michaelis no-  
 tarii, ut in notis seu rogationibus Francisci Marchi Alberti notarii inveni, secundum modum, cursum et consuetudinem  
 ipsius fideliter scripsi et autenticavi et in publicam formam redegi milleximo trecentesimo quatragesimo, indictione  
 octava, die primo Novembris suprascripto meoque signo signavi.

*Signum.* Ego Franciscus Marchi Alberti Bononiensis civis publicus apostolica, imperiali et communis Bononiensis  
 auctoritatibus notarius etc.

25

## 16.

*Inventarium.**Ex libro annalium fol. 11<sup>v</sup>.*

30

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 7. Ianuarii 1341.**

\* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem milleximo trecentesimo quadragesimo primo, fol. 11<sup>v</sup>  
 indictione nona, die septimo mensis Ianuarii, venerabiles viri dominus Sifridus de Ciplingen prepositus in  
 Berlim Brangburgensis diocesis et Iohannes Kacz Salsburgensis dyocesis procuratores nationis dominorum  
 Thetonorum pro anno seu tempore proxime preterito in presentia mei notarii et testium infrascriptorum  
 35 consignaverunt et dederunt venerabilibus et nobilibus viris dominis Gerlaco de Nassauwe et Henrico de  
 Spanheim comitibus, procuratoribus de novo electis per dominos de natione predicta pro anno presenti,  
 infrascriptas res spectantes et pertinentes ad nationem predictam: . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in dicta ecclesia Sancti Fridiani posita extra portam Sancti Mamme civitatis Bo-  
 noniensis apud altare, presentibus Henrico de Filixinis bidello ultramontanorum et Ulrico de Boephygen,  
 40 Hermanno de Wisebaden de Allamannia, testibus vocatis, rogatis et adhibitis ad premissa.

*Signum.* Ego Mirante quondam Bonrecupri de Muglo Bononiensis civis publicus imperiali et communis Bononiensis  
 auctoritate notarius etc.

*Signum.* Ego Franciscus Marchi Alberti Bononiensis civis publicus apostolica, imperiali et communis Bononiensis  
 auctoritatibus notarius etc.

45 \* pecuniae nationis semper erogatae *al. m.*<sup>a</sup> sic.<sup>1</sup> Cf. No. 15.

Acta nationis Germanicae.

46



## 17.

*Inventarium.**Ex libro annalium fol. 11v.***Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 2. Februarii 1342.**

5

*fol. 11v.* \* In Christi nomine. Amen. Nativitatis eiusdem anno millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, indictione decima, die sabati secundo mensis Februarii, venerabiles et nobiles viri domini Gerlacus de Nassauwe et Henricus de Spanheim comites, procuratores honorabilis nationis dominorum Theotonicorum pro anno proxime preterito, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt 10 venerabilibus et discretis viris dominis Ulrico de Mezenhausen canonico et scolastico ecclesie Frisingensis et Ulrico de Leonrod preposito ecclesie Ilmunstrensis procuratoribus de novo electis per dominos de natione predicta pro anno presenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad nationem predictam: Imprimis videlicet duos calices argenteos deputatos ad celebrandum cum eis missam: unum videlicet sine smaltis ponderis duodecim unciarum et trium quarteriorum uncie; alterum vero cum smaltis ponderis decem unciarum, prout 15 de pondere predicto michi notario infrascripto dixerunt et asseruerunt domini novi procuratores prefati ac dominus prior infrascriptus concorditer. . . .<sup>1</sup>

*fol. 12r.* \* Actum Bononie, in ecclesia Sancti Fridiani posita extra portam Sancti Mamme civitatis Bononie predictam, presentibus domino Henrico de Egra de Almania, dompno Simone de Monte Murlo canonico Sancti Fridiani Lucane diocesis et domino Conrado de Franchonia de Almania, testibus vocatis, rogatis et 20 adhibitis ad premissa\*.

*Signum.* Ego Franciscus Marchi Alberti Bononiensis civis publicus apostolica, imperiali et communis Bononiensis auctoritate notarius etc.

## 18.

25

*Inventarium.**Ex libro annalium fol. 12r.***Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 7. Octobris 1342.**

*fol. 12r.* \* In Christi nomine. Amen. Nativitatis eiusdem anno millesimo tricentesimo quadragesimo secundo, 30 indictione decima, die lune septimo mensis Octobris, venerabiles et nobiles viri dominus Ostertag comes de Zolr canonicus ecclesie Augustensis et dominus Bertholdus de Sygenden procuratores honorabilis nationis dominorum Theotonicorum pro presenti anno et tempore de novo electi per dominos de natione predicta, infrascriptas res spectantes et pertinentes ad predictam nationem Theotonicorum consignatas et datas eisdem recipientibus nomine et vice nationis predictae et pro ipsa natione per venerabiles et discretos viros dominum 35 Ulricum de Mezenhause canonicum et scolasticum ecclesie Frisingensis et dominum Ulricum de Leonrod prepositum ecclesie Ilmunstrensis antiquos procuratores nationis prefate deposuerunt in presencia mei notarii et testium infrascriptorum penes sapientem et discretum virum dominum Andream de Tuderto decretorum doctorem priorem ecclesie Sancti Fridiani posite extra portam burgi Sancti Mamme civitatis Bononie, videlicet: Imprimis unum calicem argenteum deputatum ad celebrandum cum eo missam, ponderis duodecim 40 unciarum et trium quarteriorum. . . .<sup>2</sup> Item confessus fuit dictus dominus prior se a predictis dominis pro-

\* ac aliis pluribus *al. m.*<sup>1</sup>) *Cf. No. 16.*<sup>2</sup>) *Cf. No. 17.*

45



curatoribus novis eodem modo habere in depositum unum calicem argenteum cum esmaltis ponderis decem untiarum. . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in dicta ecclesia Sancti Fridiani extra portam burgi Sancti Mame civitatis Bononiensis, presentibus domino Iohanne Stomdorf, domino Hainrico de Olma rectore ecclesie Sancti Magni in Ca[m]pi-  
5 dona de Alamania et Nicolao Iohannis notario de Bononia, testibus ad hec vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Iohannes Petri de Casola Bononiensis civis imperiali auctoritate et communis Bononiensis notarius etc.

10

19.

*Inventarium.**Ex libro annalium fol. 13r.***Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 19. Ianuarii 1343.**

15 \* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, fol. 13r.  
indictione undecima, die decimo nono mensis Ianuarii, venerabiles et nobiles viri dominus Ostertag comes  
de Zolr canonicus ecclesie Augustensis et dominus Bertholdus de Sygenden procuratores honorabilis nationis  
dominorum Theotonicorum pro anno proxime preterito in presencia mei notarii et testium infrascriptorum  
consignaverunt et dederunt venerabilibus et nobilibus viris domino Iohanni de Rastat et domino Bertholdo  
20 de Burchusa procuratoribus de novo electis per dominos de natione predicta pro anno presenti infrascriptas  
res spectantes et pertinentes ad nacionem predictam: . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in dicto loco Sancti Fridiani extra portam burgi Sancti Mame civitatis Bononiensis,  
presentibus domino Mathia plebano in Pelis, domino Ortino magistro dominorum de Anaro, domino Symone  
de Monte Murlo canonico dicte ecclesie, Petro Iohannis de Casola notario et Henrico Guidonis bidello, testibus  
25 ad hec vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Iohannes Petri de Casola Bononiensis civis imperiali auctoritate et communis Bononiensis notarius etc.

30

20.

*De pondere cereorum.**Ex libro annalium fol. 13v.***Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 2. Februarii 1343.**

35 In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo quadragesimo tercio,  
indictione undecima, die secundo mensis Februarii, congregati nobiles et reverendi viri dominus Iohannes  
de Rastat et dominus Bertholdus de Burchusa procuratores pro presenti anno honorabilis nationis dominorum  
Theotonicorum una cum dominis quatuor electoribus in ecclesia Sancti Fridiani ex auctoritate et baylia  
eisdem concessa a dicta natione super renovatione et modificatione octo cereorum qui consueverunt esse  
40 circa altare, quorum quilibet libras XVI. continere consuevit, considerantes, quod habiliores et satis con-  
venientes erunt, si in aliquo modificentur, providerunt et declaraverunt, quod dicti octo cerei pro presenti  
anno minuantur et modificentur inter omnes de pondere decem et octo librarum.

Ego Iohannes Petri de Casola notarius suprascriptus mandato dictorum dominorum publice scripsi.

45

) Cf. No. 17.

46\*



## 21.

*De modificatione festivitatum nationis.**Ex libro annalium fol. 13<sup>v</sup>.*

5

**Bononiae, 25. Martii 1343.**

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, indictione undecima, die vigesimo quinto mensis Marcii, congregati nobiles et reverendi viri dominus Iohannes de Rastat et dominus Bertholdus de Burchusa procuratores pro presenti anno honorabilis nationis dominorum Theotonicorum una cum dominis quatuor dicte nationis ad hoc deputatis, videlicet domino Sifrido de 10 Zuplingen, domino Waltero Heesliz, domino Nicolao de Mihsina et magistro Rodulfo de Constancia, ex auctoritate et baylia eisdem concessa a dicta natione super modificatione cuiusdam statuti, quod dicitur: quod pottationibus certis festivitibus faciendis<sup>1</sup>, considerantes quod res Deo dedicata in humanos usus reddere non debeat, quare predictum statutum pro anno presenti secundum formam eis traditam modificaverunt, quod predictae potationes tribus vicibus tantum fiant, scilicet in festo resurrectionis Domini et assensionis 15 beate Marie et in nativitate Domini.

Ego Iohannes notarius suprascriptus publice scripsi.

## 22.

20

*De electione Conradi plebani in Adriach in procuratorem nationis.**Ex libro annalium fol. 14<sup>r</sup>.***Bononiae, 15. Augusti 1343.**

*fol. 14<sup>r</sup>.* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo quadragesimo tercio, 25 indictione undecima, die quinto decimo mensis Augusti, cum hoc sit, quod venerabilis et nobilis vir dominus Iohannes prepositus in Monte Sancti Virgillii in Frisacho et plebanus in Rastat procurator pro presenti anno honorabilis nationis dominorum Theotonicorum ex iusta et rationabili causa habeat se absentare a civitate Bononie et ipsa natione dominorum Theotonicorum congregata apud ecclesiam ipsorum extra portam burgi Sancti Mamme, in qua quidem congregatione facti fuerunt electores pro eligendo novo procuratore nationis 30 predictae, videlicet dominus Mathias plebanus in Pellis, dominus Nicolaus magister domini de Nassen, dominus Rodulfus de Constancia et dominus Coradus de Sassonia, qui electores congregati in dicto loco elegerunt nobilem et venerabilem virum dominum Coradum plebanum in Adriacho in novum procuratorem, qui una cum nobile<sup>a</sup> et venerabili viro domino Bertoldo de Purchusa exercere debeat officium procurationis nationis dominorum Theotonicorum pro presenti anno et ad omnia intelligatur et sit ut ipse dominus Iohannes erat. 35 Et visa ratione administrationis dicti domini Iohannis introitus et expensarum et diligenter examinata, supersunt de introitibus ab expensis factis octo libre tredecim solidi et undecim denarii Bononienses, quos designavit dictis dominis Bertoldo et Corado procuratoribus, et sic ipsum dominum Iohannem plebanum in Rastat procuratorem predictum absolverunt et liberaverunt ab omni sua administratione dicte procurationis. 40

Ego Iohannes Petri de Casola notarius suprascriptus predicta de mandato dictorum dominorum suprascriptorum publice s. s. s.<sup>a</sup><sup>a</sup> Ego Martinus Iohannis Weynrich suprascriptus *alia manu additum.*<sup>a</sup> sic.

45



## 23.

*Inventarium.**Ex libro annalium fol. 14<sup>v</sup>.*

5

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 11. Ianuarii 1344.**

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, in-  
 dictione duodecima, die undecima mensis Ianuarii, venerabiles et nobiles viri dominus Bertholdus de Pure-  
 husa et dominus Coradus plebanus in Adriacho procuratores honorabilis nationis dominorum Theutonicorum  
 pro anno proxime preterito in presencia mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt  
 venerabilibus et nobilibus viris domino Iohanni de Lamperthem et domino Nicolao de Missena, procuratoribus  
 de novo electis per dominos de natione predicta pro anno presenti, infrascriptas res spectantes et perti-  
 nentes ad nationem predictam: . . . Item unum missale copertum corio viridi, cuius primus sexternus finit:  
 15 ‚immortalitatis‘, secundus incipit: ‚Sit ipse largitor‘ et finit: ‚ut et‘. Item unum librum cantualem incipien-  
 tem: ‚Gaudent‘, cuius primus quaternus finit: ‚Ave gema cla‘, secundus incipit: ‚ritatis‘ et finit: ‚Sancti‘,  
 copertum corio nigro. Item alium librum cantualem, copertum corio albo, incipientem: ‚Gaudent‘, cuius  
 primus quaternus finit: ‚Gloria pa‘, secundus incipit: ‚tri et filio‘, et finit: ‚nobiscum‘. Item alium librum  
 sine corio, incipientem: ‚Suscepimus‘, cuius primus sexternus finit: ‚que sine‘, secundus incipit: ‚tactu‘, et finit:  
 20 ‚unguentorum‘. Item alium librum sine corio, incipientem: ‚Suscepimus‘ ut supra de alio. Item alium  
 librum cantualem incipientem: ‚Gaudent‘, cuius primus quaternus finit: ‚yma sumus‘, secundus quaternus  
 incipit: ‚Audi filia‘, et finit: ‚in templum regi‘. . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in dicto loco Sancti Fridiani extra portam burgi Sancti Mame civitatis Bononie,  
 presentibus domino Federico plebano Pischolfischarf<sup>2</sup>, Corado de Chamitia, Iohanne de Sassonia, Henrico  
 25 Guidonis bidello et Petro Iohannis de Casola notario, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

*Signum.* Ego Iohannes Petri de Casola Bononie civis imperiali auctoritate et communis Bononiensis notarius etc.

## 24.

*Inventarium.**Ex libro annalium fol. 15<sup>r</sup>.*

30

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 9. Ianuarii 1345.**

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quinto,  
 35 indictione tertia decima, die nono mensis Ianuarii, venerabiles et nobiles viri dominus Iohannes de Lam-  
 perthem et dominus Nicolaus de Missena procuratores honorabilis nacionis dominorum Theutonicorum pro  
 anno proxime preterito in presentia mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt  
 venerabilibus et nobilibus viris domino Conrado de Sancto Andrea de Austria et domino Sigero de Novo  
 Lapide de Machlinia procuratoribus de novo electis per dominos de natione predicta pro anno presenti infra-  
 40 scriptas res spectantes et pertinentes ad nationem predictam. . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in dicto loco ecclesie Sancti Fridiani extra portam burgi Sancti Mamme civitatis  
 Bononie, presentibus Petro Iohannis notario, Henrico Guidonis bidello et Pelegrino Henrici bidello, testibus  
 ad hec vocatis specialiter et rogatis.

*Signum.* Ego Iohannes Petri de Casola imperiali auctoritate et communis Bononiensis publicus notarius etc.

45

<sup>1</sup>) Cf. No. 17.<sup>2</sup>) Cf. pag. 106, 22 Pyscholfstarf.



## 25. 26.

*De electione Bertholdi de Erfordia et Hermannii plebani in Graz in procuratores nationis.*

*Ex libro annalium fol. 15v.*

**Bononiae, 15. Maii et 21. Septembris 1345.**

5

*fol. 15v.* \* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, indictione tertia decima, in die pentecosten<sup>2</sup>, cum hoc sit, quod venerabilis et nobilis vir dominus Sugerus de Novo Lapide procurator honorabilis nationis dominorum Theutonicorum electus sit pro ipsa natione in rectorem universitatis dominorum ultramontanorum, ita quod comode ipsum officium procurationis minime exercere valeat, et congregata existente dicta natione, ut moris est, fecerunt electores; qui domini electores<sup>1</sup> 10 congregati existentes pro dicta electione facienda unanimiter et concorditer elegerunt loco dicti domini Sugerii, qui una cum domino Conrado de Sancto Andrea procuratore predicto ipsum officium exercere debeat, nobilem virum dominum Bertholdum de Erfordia.

Item in eodem anno et indictione in festo sancti Mathei apostoli, cum dictus dominus Bertholdus . . . . .<sup>2</sup> ex rationabili causa se oporteat absentare, ita quod officio dicte procurationis animo intendere 15 non valeat, idcirco congregata dicta natione, ut moris est, fecerunt electores; qui electores, ut moris est, congregati elegerunt nobilem virum dominum Ermanum plebanum in Grez procuratorem dicte nationis, qui una cum dicto domino Conrado de Austria plebano Sancti Andree exercere debeat officium procurationis.

Ego idem Iohannes notarius suprascriptus mandato dictorum dominorum electorum et procuratorum publice scripsi. 20

## 27.

*Inventarium.*

*Ex libro annalium fol. 16r.*

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 6. Ianuarii 1346.**

25

*fol. 16r.* \* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo quadragesimo sexto, indictione quarta decima, die sexto mensis Ianuarii, venerabiles et nobiles viri dominus Conradus de Austria plebanus Sancti Andree Pataviensis diocesis et dominus Ermanus plebanus de Grezz Salazburgensis<sup>2</sup> diocesis procuratores honorabilis nationis dominorum Theutonicorum pro anno proxime preterito in presencia 30 mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt venerabilibus et nobilibus viris domino Thederico custodi Magdeburgensi de Sassonia et domino Vernero de Tetingen canonico Augustensi procuratoribus de novo electis per dominos electores de natione predicta pro anno presenti secundum formam statutorum dicte nationis infrascriptas res spectantes et pertinentes ad nationem predictam: . . .<sup>3</sup> et predictas res omnes et singulas deposuerunt penes dompnum Iohannem de Florentia de ordine sancti Fridiani vicarium 35 dompni Stephani prioris ecclesie Sancti Fridiani de Bononia, que dicitur ecclesia fratrum de Sachis, extra circulam burgi Sancti Mammi<sup>2</sup>. . . .

Actum Bononie, in dicto loco Sancti Fridiani extra portam burgi Sancti Mamme, presentibus magistro Bono quondam Cursini de Luca, Petro Iohannis notario, Henrico Guidonis bidello et Pelegrino eius filio, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis. 40

*Signum.* Ego Iohannes Petri de Casola civis Bononiensis imperiali auctoritate et communis Bononiensis publicus notarius etc.

\* sic.

<sup>1</sup>) Verba qui domini electores iterum scripta sunt.

<sup>2</sup>) Sequitur nomen erasum.

<sup>3</sup>) Cf. No. 23.

45



## 28.

*De electione Iohannis de Herbipoli in procuratorem nationis.*

*Ex libro annalium fol. 16v.*

5 **Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 10. Septembris 1346.**

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo quadragesimo sexto, indictione quarta decima, die decimo mensis Septembris, congregata honorabili natione dominorum Theutonicorum predictorum apud ecclesiam Sancti Fridiani, ut moris est, pro electione facienda de uno procuratore ipsius nationis loco domini Thederici custodis de Magdeburg procuratoris de presenti se absentantis, fecerunt  
10 ellectores secundum formam statutorum dicte nationis; qui electores una cum dominis procuratoribus traserunt\* se ad partem et per cedula nominaverunt et nominando concorditer ellegerunt dominum Iohannem de Herbipoli in procuratorem dicte nationis loco dicti domini Thederici custodis, qui una cum domino Venero de Tetingen procuratoris exercere debeat officium. Qui dominus Iohannes acceptavit et iuravit etc. secundum formam statutorum dicte nationis.

15 Ego idem Iohannes notarius suprascriptus predictis interfui et rogatus publice s. s. s.

## 29.

*Incentarium.*

*Ex libro annalium fol. 17r.*

20

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 14. Ianuarii 1347.**

\* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo quadragesimo septimo, *fol. 17r.* indictione quinta decima, die quarto decimo mensis Ianuarii, venerabiles viri dominus Vernerus de Tetingen  
25 canonicus Augustensis et dominus Iohannes de Herbipoli procuratores honorabilis nationis dominorum Theutonicorum pro anno proxime preterito in presencia mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt venerabilibus viris domino Henrico dicto Dyete plebano Sancti Viberti in Erfordia et domino Conrado de Misena procuratoribus de novo electis per dominos de natione predicta pro anno presenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad ipsam nationem. . . .<sup>1</sup>

30 Actum Bononie, in dicto loco Sancti Fridiani extra portam burgi Sancti Mame civitatis Bononie, presentibus domino Alidisio quondam Mathei de Marcutis de Luca, Petro Iohannis clerico, Nicolao Iohannis de Casola notario et Bertholdo de Augusta, testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

*Signum.* Ego Iohannes Petri de Casola Bononiensis civis imperiali auctoritate et communis Bononiensis, publicus notarius etc.

35

## 30.

*Incentarium.*

*Ex libro annalium fol. 18r.*

40

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 13. Ianuarii 1348.**

\* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, *fol. 18r.* indictione prima, die dominico tercio decimo mensis Ianuarii, venerabiles viri dominus Conradus de Missina

\* sic.

45

† Cf. No. 23.



canonicus . . . . .<sup>1</sup> et dominus Ulricus dictus Vetzler de . . . . .<sup>2</sup> procuratores honorabilis nacionis dominorum Theutonicorum pro anno proxime preterito, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt venerabilibus viris domino Corado de Kirichberg canonico ecclesie Misinensis et domino Iacobo rectori ecclesie in Vixinkirch procuratoribus de novo electis per dominos de natione predicta pro anno presenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad ipsam nationem. . . .<sup>3</sup> Item planetam cum figuris 5 apostolorum de novo emptam . . . . .<sup>4</sup>

Actum Bononie, in domo ecclesie Sancti Fridiani, que dicitur fratrum de Sachis, extra portam burgi Sancti Mammi<sup>a</sup>, presentibus domino Wolframo de Herbipoli, domino Alberto de Campo . . . . ., Rodulfo de Sancto Gallo, Petro de Maguncia et Petro Iohannis notario, testibus ad hec vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Iohannes Petri de Casola Bononiensis imperiali auctoritate publicus notarius etc.

10

## 31.

*Inventarium.*

*Ex libro annalium fol. 18v.*

15

**Bononiae, in domo habitationis Sifridi de Hamburg, 6. Ianuarii 1350.**

*fol. 18v.*

\* In<sup>5</sup> Christi nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo, indictione tertia, die sexto<sup>a</sup> mensis Ianuarii, venerabilis vir dominus Sifridus de Amborgh de Saxonia procurator honorabilis nacionis dominorum Theutonicorum pro anno proxime preterito in presencia mei notarii et testium infrascriptorum consignavit et dedit venerabilibus viris dominis Brochardo de Constancia et Thederico de Saxonia procuratoribus de novo electis per dominos de natione predicta pro anno presenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad ipsam nacionem: Imprimis videlicet statuta nacionis Theutonicorum. . . .<sup>1</sup> Item unam planetam sive casullam cum variis figuris in sindone rubeo et picturis sanctorum cum frixiis amplis federatam de baldinella viridi<sup>a</sup>. Item duo privilegia scripta manu Francisci Marchi Alberti notarii<sup>b</sup>. Item unam capssam de nuce cum duabus clavaturis. [Item] sigillum naci[oni]s. Item unam 25 [ma]gnam cistam. [Ite]m octo magnos [ce]reos stantes [in ut]roque latere [alt]aris. Item duos [ce]reos stantes [super] altare. Item [qua]tuor duple[r]ios magnos ad [ele]vandum corpus Christi<sup>c</sup>.

Actum Bononie, in domo habitationis dicti domini Sifredi posita in broilo de Machagnanis, presentibus Peregrino quondam Henrici bidello, Francisco fratris Doxii cimatore, domino Gotifrido de Ratispona et domino Arnolde de Coluberch, testibus ad hec vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Iohannes quondam domini Gerardi de Zambechariis imperiali auctoritate notarius etc.

30

## 32.

*De electione Borchardi de Constantia et Theoderici de Saxonia in procuratores nationis.*

35

*Ex libro annalium fol. 18v.*

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 6. Ianuarii 1350.**

In Christi nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo, indictione tertia, die sexto mensis Ianuarii, congregata et simul choadunata honorabili nacione dominorum

40

\* ista privilegia sunt deperdita *al. m.*

<sup>a</sup> sic.

<sup>1</sup>) Nomen *canonicatus* deest.    <sup>2</sup>) Deest nomen *patriae*.    <sup>3</sup>) Cf. No. 23.    <sup>4</sup>) In inferiori paginae margine additum.  
<sup>5</sup>) *Suprascriptum* est unus procurator tantum.    <sup>6</sup>) Ab 'Item sigillum' verba in margine addita sunt, qui postea abscissus est. 45



Theothonicorum apud ecclesiam Sancti Fridiani, ut moris est, pro electione facienda de novis procuratoribus ipsius nationis pro anno presenti, fecerunt electores secundum formam statutorum diete nationis; qui electores una cum dominis procuratoribus trasserunt se ad partem et per cedullas nominaverunt et nominando concorditer elegerunt venerabiles viros dominos Brochardum de Constancia et Thedericum de Saxonia pro anno presenti, qui domini Brochardus et Thedericus acceptaverunt et iuraverunt secundum formam statutorum diete nationis. Et acta fuerunt predicta in ecclesia Sancti Fridiani, sita extra circullam burgi Sancti Mamme, presentibus Peregrino quondam Henrici bidello, Bartholomeo quondam domini Cambii de Zambechariis notario et Philippo quondam domini Iacobi de Alberghis notario, testibus ad hec vocatis.

*Signum.* Ego Iohannes quondam domini Gerardi de Zambechariis imperiali auctoritate notarius etc.

10

## 33.

*Sifridus de Hamburg procurator rationem reddit administrationis suae.*

*Ex libro annalium fol. 19r.*

15

**Bononiae, in domo habitationis Sifridi de Hamburg, 6. Ianuarii 1350.**

In Christi nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo, in dictione tertia, die sexto mensis Ianuarii, sapiens et discretus vir dominus Sifridus de Amborgh de Saxonia procurator antiquus pro anno proxime preterito honorabilis nationis dominorum Theothonicorum existens in presencia sapientum virorum dominorum Arnoldi de Coluberch, Gotifridi de Ratispona, Aghinulfi Race- nuxen, Henrici de Tanclim de Saxonia electorum, electorum per dictam nationem, necnon dominorum Bro- chardi de Constancia et Thederici de Saxonia novorum procuratorum electorum per electores et nationem secundum formam statutorum diete nationis meique notarii et infrascriptorum testium, ostendit prefatis dominis et procuratoribus rationem sue administracionis et omnium perventorum ad eius manus de pecunia et avere diete nationis, et facta omni racione de perventis\* ad eius manus ab expensis per eum factis superfuerunt ei- dem domino Sifrido ab expensis per eum factis viginti quatuor libre et quatuordecim denarii Bononinorum, quas viginti quatuor libras et quatuordecim denarios Bononinorum dictus dominus Sifridus dedit, solvit, numeravit, tradidit et consignavit prefatis dominis Brochardo et Thederico procuratoribus novis prefate nationis custodiendas et salvandas pro dicta nacione secundum formam statutorum diete nationis; quem dominum Sifridum dicti electores et procuratores absolverunt et liberaverunt ab omni racione sue administracionis.

Actum Bononie, in domo habitationis dicti domini Sifridi posita in broylo de Machagnanis, presentibus Peregrino quondam Henrici bidello, Francisco fratris Doxii cimatore, suprascriptis electoribus et pluribus aliis testibus ad hec vocatis.

*Signum.* Ego Iohannes quondam domini Gerardi de Zambechariis imperiali auctoritate notarius etc.

35

## 34.

*Theodericus de Saxonia procurator rationem reddit administrationis suae.*

*Ex libro annalium fol. 19r.*

40

**Bononiae, in domo habitationis Borchardi de Constantia, 31. Martii 1350.**

In Christi nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo, in dictione tertia, die ultimo mensis Martii, sapiens et discretus vir dominus Thedericus de Saxonia procurator electus honorabilis nationis dominorum Theothonicorum pro anno presenti volens et intendens ad partes

45

\* sic.

Acta nationis Germanicae.

47



accedere et sciens et cognoscens a se teneri ad redendum rationem omnium perventorum ad eius manus et eidem consignatorum per venerabillem virum dominum Siffridum de Amborgh procuratorem antiquum nacionis prefate, ideo de voluntate et consensu nacionis prefate constitutus in presencia sapientum virorum dominorum Sifridi prefati, Martini de Colubergh de Saxonia et Frederici de Constancia presencium et videncium ipsis omnibus simul iunctis dedit, tradidit et consignavit domino Brocharde de Constancia eius 5 consocio et procuratori nacionis prefate omnes et singulas suprascriptas res et bona contentas in suprascripto instrumento scripto manu mei Iohannis notarii et designatas prefatis domino Thederico et Brocharde per dictum dominum Siffridum, ut supra in instrumento scripto manu mei notarii plenius continetur. Item in alia parte prefatus dominus Thedericus ostendit prefatis dominis rationem sue administracionis et omnium perventorum ad eius manus de pecunia et avere dicte nacionis, et facta omni racione de perventis ad eius 10 manus ab expensis per eum factis superfuerunt eidem domino Thederico ab expensis per eum factis duodecim libre octo solidi et quatuordecim denarii Bononinorum, quas dictus dominus Thedericus dedit, solvit, numeravit, tradidit et consignavit prefato domino Brocharde eius consocio et procuratori nacionis prefate custodiendas et salvandas per dictam nacionem secundum formam statutorum dicte nacionis; quem dominum Thedericum prefati domini absolverunt et liberaverunt ab omni racione sue administracionis. 15

Acta fuerunt predicta omnia Bononie, in domo habitationis dicti domini Brocharde, presentibus dictis dominis et pluribus aliis testibus.

*Signum.* Ego Iohannes quondam domini Gerardi de Zambecharis imperiali auctoritate notarius etc.

20

## 35.

*De electione Wolframi de Panwitz in procuratorem nacionis.*

*Ex libro annalium fol. 19v.*

**Bononiae, in capitulo Praedicatorum, 19. Aprilis 1350.**

25

*fol. 19v.* \* In Christi nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo, indictione tertia, die decimo nono mensis Aprilis, congregata et simul choadunata honorabili nacione dominorum Theonicorum in capitulo fratrum Predicatorum de Bononia pro electione facienda de novo procuratore ipsius nacionis pro anno presenti, fecerunt electores secundum formam statutorum dicte nacionis, qui electores una cum domino procuratore traxerunt se ad partem et per cedullas nominaverunt et nominando concorditer elegerunt venerabillem virum dominum Volvoranum de Panabic de . . . . .<sup>1</sup>, qui dominus Volvoranus acceptavit et intravit secundum formam statutorum dicte nacionis. Et acta fuerunt predicta Bononie, in capitulo fratrum Predicatorum de Bononia, presentibus Peregrino quondam Henrici bidello et Iohanne de Regio, testibus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Iohannes quondam domini Gerardi de Zambecharis imperiali auctoritate notarius etc.

35

## 36.

*Borchardus de Constantia procurator rationem reddit administrationis suae.*

*Ex libro annalium fol. 19v.*

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 19. Aprilis 1350.**

40

In Christi nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo, indictione tertia, die decimo nono mensis Aprilis, sapiens et discretus vir dominus Brocardus de Constancia

<sup>1</sup>) nomen patriae deest.

45



procurator pro anno presenti honorabilis nacionis dominorum Theotonicorum existens in presencia sapientum virorum dominorum fratris Andree de Lanzuta, Sauli de Prussia, Conradi de Saxonia et Eghinulfi de Razenuxen electorum, electorum per dictam nacionem et mei notarii et testium infrascriptorum, ostendit prefatis dominis rationem sue administracionis et omnium perventorum ad eius manus de pecunia et avere  
5 dicte nacionis, et facta omni ratione de perventis ad eius manus ab expensis per eum factis superfuerunt eidem domino Brocharde duodecim libre octo solidi et quatuordecim denarii Bononienses, quas duodecim libras octo solidos et quatuordecim denarios Bononienses dictus dominus Brochardus dedit, tradidit et consignavit dicto domino Volvorano de Panabic procuratori dicte nacionis custodiendas et salvandas pro dicta nacione secundum formam statutorum dicte nacionis.

10 Actum in ecclesia Sancti Fridiani sita extra circullam burgi Sancti Mamme, presentibus suprascriptis electoribus, Peregrino bidello et pluribus aliis testibus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Iohannes quondam domini Gerardi de Zambechariis imperiali auctoritate notarius etc.

15

37.

*Res nationis Wolframo de Panwitz procuratori traduntur.*

*Ex libro annalium fol. 19r.*

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 19. Aprilis 1350.**

20 In Christi nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo, indictione tertia, die decimo nono mensis Aprilis, sapiens et discretus vir dominus Brochardus de Constancia procurator pro anno presenti honorabilis nacionis dominorum Theotonicorum existens in presencia sapientum virorum dominorum Sauli de Prussia, Conradi de Saxonia et Eghenulfi\* de Razenuxen electorum, electorum per dictam nacionem et mei notarii presencium et videncium ipsis omnibus simul iunctis dedit, tradidit et  
25 consignavit domino Volvorano de Panabiz eius consocio et procuratori nacionis prefate omnes et singulas suprascriptas res et bona contentas in suprascripto instrumento scripto manu mei notarii, designatas eidem domino Brocardo per dominum Tedericum olim eius consocium et procuratorem dicte nacionis, ut constat publico instrumento scripto manu mei notarii, custodiendas et salvandas pro dicta nacione secundum formam statutorum dicte nacionis.

30 Acta fuerunt predicta omnia in ecclesia Sancti Fridiani sita extra circullam burgi Sancti Mamme, presentibus suprascriptis electoribus, Peregrino bidello et pluribus aliis testibus.

Ego Iohannes quondam domini Gerardi de Zambechariis imperiali auctoritate notarius etc.

35

38.

*Egenolfus de Rathsamhausen et Saulus de Prussia res nationis a Wolframo de Panwitz accepisse profitentur.*

*Ex libro annalium fol. 20r.*

**Bononiae, 26. Augusti 1350.**

40 \* Nos\*\* Egnolfus de Razenhusen Argentinensis et Saulus de Prusia sub anno Domini M<sup>o</sup>. CCCL<sup>o</sup>, fol. 20r. XXVI. die mensis Augusti, facta ratione debita recepimus ab honesto viro domino Wolframo de Panwicz olim procuratore nacionis Theuthonicorum omnes et singulas res predictae nacionis Theuthonicorum, prout in instrumento Iohannis de Zambechariis notarii publici plenius continetur.

45 \* Egnolfus de Rozenhuosen Argentinensis diocesis al. m.

\*\* Alia manu suprascriptum est substituti.



Item recepimus in pecunia predicta novem libras et III solidos et XVIII denarios picolos, presentibus honestis viris dominis Nicolao scolastico Lubucensi et Iohanne de Hagenow.

Item exposuimus VIII solidos pro portatura capse et omnium rerum de ecclesia nacionis ad fratres Predicadores tempore domini Wolframi supradicti.

Item nos exposuimus de percepta pecunia III grossos L solidos pro portatoribus capse et rerum 5 ad fratres Predicadores.

## 39.

*Inventarium.*

10

*Ex libro annalium fol. 20r.***Bononiae, in sacristia fratrum Praedicatorum, 16. Iannarii 1351.**

In Christi nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta, die sexto decimo mensis Iannarii, sapientes et discreti viri domini Gerardus de 15 Vederin de Saxonia et Iohannes de Agnu de Argentina procuratores pro anno presenti honorabilis nacionis dominorum Theotonicorum existentes in presencia sapientum virorum dominorum Sifridi de Amborgh de Saxonia, Varnerii de Suevia, fratris Andree de Bavaria et Peregrini bidelli, electorum per dictam nacionem et mei notarii infrascripti habuerunt et receperunt a dominis Saulo de Prusia et Aghinulfo de Razenusen conservatoribus nacionis Theotonicorum infrascriptas res spectantes et pertinentes ad dictam nationem, ...<sup>1</sup> 20

Actum Bononie, in sacristia fratrum Predicatorum, presentibus predictis dominis Siffrido et Varnerio, fratre Andrea et Peregrino, testibus ad hec vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Iohannes quondam domini Gerardi de Zambecharis imperiali auctoritate notarius etc.

25

## 40.

*Procuratores nacionis rationem reddunt administrationis suae.**Ex libro annalium fol. 20v.*

30

**Bononiae, in sacristia fratrum Praedicatorum, 16. Iannarii 1351.**

In Christi nomine. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta, die sexto decimo mensis Iannarii, sapientes et discreti viri domini Saulus de Prussia et Aghinulfus de Razenusen conservatores pro anno proxime preterito nacionis Teothonicorum existentes in presencia sapientum virorum dominorum Sifridi de Amborgh de Saxonia, Varnerii de Suevia et domini 35 fratris Andree de Bavaria ac Peregrini bidelli necnon dominorum Gerardi de Vederin de Saxonia, Iohannis de Agnu de Argentina, novorum procuratorum electorum per electores et nacionem secundum formam statutorum dicte nacionis et mei notarii infrascripti ostenderunt prefatis dominis et procuratoribus novis rationem eorum administracionis et omnium perventorum ad eorum manus de pecunia et avere dicte nationis, et facta omni ratione de perventis ad eorum manus ab expensis per eos factis superfuerunt eisdem 40 sex libre septem solidi et sex denarii Bononienses, quas sex libras septem solidos et sex denarios prefati domini Saulus et Aginulfus dederunt, solverunt, tradiderunt et consignaverunt prefatis dominis Gerardo et Iohanni novis procuratoribus custodiendas et salvandas pro dicta nacione secundum formam statutorum

<sup>1</sup> Cf. No. 31.

45



dictae nationis, quos dominos Saulum et Aginulfum prefati procuratores absolverunt ab omni ratione sue administracionis.

Actum Bononie, in dicta sacristia fratrum Predicatorum, presentibus dictis testibus.

Ego idem Iohannes notarius antedictus predicta publice scripsi.

5

## 41.

*Inventarium.*

*Ex libro annalium fol. 21r.*

10 **Bononiae, in domo habitationis Tilonis de Prussia, 8. Ianuarii 1352.**

\* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo se- fol. 21r.  
cundo, indictione quinta, die octavo mensis Ianuarii, sapientes et discreti viri domini Gerardus de Wederden de Sassonia et Iohannes de Agnu de Hagenovia procuratores honorabilis nationis dominorum Theotonicorum pro anno proxime preterito, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt  
15 sapientibus et discretis viris dominis Aghinulfo de Razanuxen et Tilloni de Pruxia procuratoribus de novo electis per dominos de natione predicta pro anno presenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad ipsam nationem, videlicet. . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in domo habitationis predicti domini Tilonis de Pruxia, posita Bononie in capella Sancti Iacobi de Carbonensibus, presentibus Pelegriano quondam Henrici bidello, Bertolino quondam Petri  
20 Valeriani bidello et domino Andrea de Lanzuta, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Guido quondam Mathei Specialis imperiali auctoritate notarius etc.

## 42.

*Procuratores nationis rationem reddunt administrationis suae.*

*Ex libro annalium fol. 21r.*

25 **Bononiae, in domo habitationis Tilonis de Prussia, 8. Ianuarii 1352.**

\* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo se- fol. 21r.  
30 cundo, indictione quinta, die octavo mensis Ianuarii, sapientes et discreti viri domini Gerardus de Wederden de Sassonia et Iohannes de Aghenova procuratores et conservatores pro anno prosime preterito nationis dominorum Theotonicorum existentes in presencia sapientum virorum dominorum Eghenulfi de Razenusen et Tilonis de Pruxia novorum procuratorum nationis predictae electorum per electores et nationem predictam secundum formam statutorum nationis predictae ac mei notarii infrascripti, hostenderunt prefatis do-  
35 minis procuratoribus novis rationem eorum administracionis et omnium perventorum ad eorum manus de pecunia et avere dictae nationis, et facta omni ratione de perventis ad eorum manus ab expensis per eos factis superfuere eisdem . . . . .<sup>2</sup>, quas . . . . .<sup>2</sup> prefati dominus Gerardus et Iohannes dederunt, solve-  
40 Iohannem absolverunt ab omni ratione sue administracionis.

Actum Bononie, in domo habitationis predicti domini Tilonis, presentibus<sup>a</sup> suprascriptis testibus.

Ego Guido Mathei Specialis notarius antedictus predictis interfui et rogatus s. s.

<sup>a</sup> sic.

45

<sup>1</sup> Cf. No. 31.

<sup>2</sup> Summa pecuniae, quae superfuit, non est expressa.

<sup>3</sup> Deest summa.



## 43.

*Tilo de Prussia procurator rationem reddit administrationis suae.*

*Ex libro annalium fol. 21v.*

**Bononiae, in domo habitationis Tilonis de Prussia, 9. Septembris 1352.**

5

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, indictione quinta, die nono mensis Septembris, sapiens et discretus vir dominus Tilo de Prussia procurator electus honorabilis nationis dominorum Theotonicorum pro anno presenti volens et intendens ad partes accedere et sciens et cognoscens se teneri ad redendum rationem omnium perventorum ad eius manus et eidem consignatorum per procuratores nationis predictae anni preteriti, ideo de voluntate et consensu 10 nationis predictae constitutus in presentia sapientum virorum dominorum Iohannis de Prussia et Iohannis de Lubicen de Sassonia et mei notarii infrascripti, dedit, tradidit et consignavit domino Eghinulfo de Razenusen eius consocio et procuratori nationis predictae ac etiam domino Iohanni de Sassonia noviter electo in procuratorem nationis predictae loco dicti domini Tilonis, omnes et singulas suprascriptas res et bona, contentas in suprascripto instrumento scripto manu mei notarii et designatas prefatis domino Eghinulfo et Tiloni per 15 dictos procuratores anni preteriti, ut in instrumento de predictis confecto plenius continetur. Item in alia parte prefatus dominus Tilo procurator ostendit prefato domino Eghinulfo eius consocio et dicto domino Iohanni procuratori noviter electo rationem sue administrationis et omnium perventorum ad ipsius manus de pecunia et avere dictae nationis, et facta ratione de perventis ad suas manus ab expensis factis super- fuerunt eidem domino Tiloni viginti septem solidi et decem et octo denarii Bononienses, quos predictus 20 dominus Tilo dedit, solvit et consignavit suprascriptis domino Eghinulfo et Iohanni procuratoribus nationis predictae custodiendos et salvandos pro dicta natione secundum formam statutorum dictae nationis, quem dominum Tilonem prefati absolverunt ab omni ratione sue administrationis.

Actum Bononiae, in domo habitationis predicti domini Tilonis, presentibus domino Bartolomeo de Ferrara, domino Iohanne de Prussia, domino Iohanne de Lubicen de Sassonia, testibus ad predicta vocatis et rogatis. 25

Ego Guido Mathei Specialis notarius universitatis predictae ac nationis predictae predictis interfui et s. s.

## 44.

*De electione Ottonis de Ofjenstätten et Ulrici Straubinger in procuratores nationis.*

30

*Ex libro annalium fol. 22r.*

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 7. [6.] Ianuarii 1353.**

*fol. 22r.*

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio, indictione sexta, die septimo<sup>a</sup> mensis Ianuarii, congregata et simul choadunata honorabili natione dominorum 35 Theotonicorum in ecclesia Sancti Fridiani sita extra circum burgi Sancti Mamme pro electione facienda de novis procuratoribus ipsius nationis pro anno presenti, fecerunt electores secundum formam statutorum dictae nationis, qui domini electores una cum procuratoribus antiquis trasserunt se ad partes et per cedulas nominando concorditer elegerunt in procuratores dictae nationis pro anno presenti venerabiles viros dominum Ottonem de Ovestenten canonicum Ratisponensem et dominum Ulrichum Strabinger canonicum Ratisponen- 40 sem, qui ambo sic electi acceptaverunt et iuraverunt secundum formam statutorum dictae nationis.

Acta fuerunt supradicta in dicta ecclesia, presenti Pelegriano de Felixinis bidello.

Ego Guido Mathei Specialis imperiali auctoritate notarius etc.

<sup>a</sup> sic loco sexto, cf. No. 45 et 46.

45



## 45.

*Inventarium.**Ex libro annalium fol. 22r*

5

**Bononiae, in domo Ottonis de Offenstätten, 6. Ianuarii 1353.**

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio, indictione sexta, die sexto mensis Ianuarii, venerabiles et discreti viri domini Eghinulfus de Racenuxen et  
 10 Iohannes de Lubicen de Sassonia procuratores anni proxime ellapsi honorabilis nationis dominorum Theotonicorum in presentia mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt venerabilibus viris dominis Ottoni de Ovestenten canonico Ratisponensi et Ulrico Stribinger canonico Ratisponensi procuratoribus de novo electis per dominos nationis predictae pro anno presenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad ipsam nationem, videlicet . . .<sup>1</sup>

15 Acta fuerunt omnia supradicta Bononie, in domo habitationis predicti domini Ottonis procuratoris, presentibus Pelegrino de Filixinis bidello universitatis scholarium ultramontanorum et domino Corado de Allamania, testibus ad predicta.

*Signum.* Ego Guido quondam Mathei Specialis imperiali auctoritate notarius etc.

20

## 46.

*Procuratores nationis rationem reddunt administrationis suae.**Ex libro annalium fol. 22r.*

25

**Bononiae, in domo habitationis Ottonis de Offenstätten, 6. Ianuarii 1353.**

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio, indictione sexta, die sexto mensis Ianuarii, venerabiles et discreti viri domini Eghinulfus de Racenusen et Iohannes de Sassonia procuratores nationis Teotonicorum pro anno proxime preterito existentes in presentia venerabilium virorum dominorum Ottonis de Ovenstenten et Ulrici canonicorum Ratisponensium procuratorum  
 30 nationis predictae electorum per electores et nationem predictam secundum formam statutorum nationis predictae pro anno presenti ac mei notarii et testium infrascriptorum hostendiderunt<sup>2</sup> predictis dominis Ottoni et Ulrico procuratoribus novis rationem eorum administrationis et omnium perventorum ad eorum manus de pecunia et avere dictae nationis, et facta omni ratione de perventis ad eorum manus ab expensis per eos factis superfuerunt eisdem septem libre duodecim solidi et XVIII denarii Bononienses, quas dederunt, sol-  
 35 verunt, tradiderunt et consignaverunt predictis domino Ottoni et Ulrico novis procuratoribus custodiendi et salvandi causa pro dicta natione secundum formam statutorum dictae nationis; quos dominos Eghinulfum et Iohannem absolverunt ab omni ratione sue administrationis, rogantes me notarium, ut de predictis publicum conficiam instrumentum.

Acta fuerunt predicta Bononie, in domo habitationis predicti domini Ottonis, presentibus testibus  
 40 suprascriptis.

*Signum.* Ego Guido quondam Mathei Specialis imperiali auctoritate notarius etc.

<sup>1</sup> sic.

45

<sup>2</sup> Cf. No. 31.



## 47.

*De electione Iohannis de Patavia et Eberhardi de Allemania in procuratores nationis.*

*Ex libro annalium fol. 23r.*

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 6. Ianuarii 1354.**

5

*fol. 23r.* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, indictione septima, die sexto mensis Ianuarii, congregata et symul choadunata honorabili natione dominorum Teotonichorum in ecclesia Sancti Fridiani sita extra circumam burgi Sancti Mamme pro electione fienda de novis procuratoribus ipsius nationis pro anno presenti, fecerunt cedullas electores secundum formam statutorum dicte nationis, qui electores una cum procuratoribus anni preteriti trasserunt se ad partem et per cedulas nominando concorditer elegerunt in procuratores dicte nationis pro anno presenti venerabiles viros dominum Iohannem de Pattavia et dominum Everardum de Allamania, qui ambo sic electi in presentia totius nationis predictae acceptaverunt dictum officium et iuraverunt secundum formam statutorum nationis predictae.

Actum Bononie, in ecclesia Sancti Fridiani predicta, presentibus Pelegrino de Filixinis bidello generalis dominorum ultramontanorum et. . .<sup>1</sup>

*Signum.* Ego Guido quondam Mathei Specialis imperiali auctoritate notarius etc.

## 48.

20

*Inventarium.*

*Ex libro annalium fol. 23r.*

**Bononiae, in domo habitationis Iohannis de Patavia, 6. Ianuarii 1354.**

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, indictione septima, die sexto mensis Ianuarii, venerabiles et discreti viri domini Otto de Ovestenten canonicus Ratisponensis et Ulrichus Strabinger canonicus Ratisponensis procuratores anni proxime ellapsi honorabilis nationis dominorum Teotonichorum in presentia mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt venerabilibus et discretis viris dominis Iohanni de Patavia et Everardo de Allamania procuratoribus de novo electis per dominos nationis predictae pro anno presenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad nationem predictam. . .<sup>2</sup>

Actum Bononie, in domo habitationis predicti domini Iohannis procuratoris, presentibus Pelegrino de Filixinis bidello, domino Corado de Allamania et domino. . .<sup>3</sup>

35

## 49.

*Procuratores nationis rationem reddunt administrationis suae.*

*Ex libro annalium fol. 23r.*

**Bononiae, in domo habitationis Iohannis de Patavia, 6. Ianuarii 1354.**

40

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, indictione septima, die sexto mensis Ianuarii, venerabiles et discreti viri domini Otto de Ovesteten et Ulrichus cano-

<sup>1</sup>) Nomina aliorum testium desiderantur.

<sup>2</sup>) Cf. No. 31.

<sup>3</sup>) Tertii testis nomen desideratur.

45



nicus Ratisponensis procuratores nationis dominorum Theotonichorum pro anno preterito existentes in presentia venerabilium virorum dominorum Iohannis de Patavia et Everardi de Allamania procuratorum nationis predictae pro anno presenti ac mei notarii et testium infrascriptorum ostendiderunt rationem predictis dominis Iohanni et Everardo eorum administrationis et omnium perventorum ad ipsorum manus de pecunia et  
 5 avere dicte nationis, et facta omni ratione de perventis ad eorum manus ab expensis per eos factis super-  
 fuerunt eisdem decem et novem libre quinque solidi et decem et octo denarii parvuli, in quibus fuerunt  
 undecim Anchon[i]tani et treginta duo grossi de moneta de Peppolis, quas dederunt et solverunt et numera-  
 verunt atque consignaverunt predictis domino Iohanni et domino Everardo novis procuratoribus custodiendas  
 et salvandas pro dicta natione secundum formam statutorum dicte nationis; quos dominum Otonem et do-  
 10 minum Ulricum absolverunt et liberaverunt ab omni ratione sue administrationis.

Actum Bononie, in domo habitationis predicti domini Iohannis procuratoris, presentibus dictis  
 testibus.

Ego Guido quondam Mathei Specialis imperiali auctoritate notarius etc.

15

## 50.

*Bartholomaeus de Ferraria rector ecclesiae Sanctae Mariae quasdam res nationis mutuo accipit.*

20

*Ex libro annalium fol. 23v.*

## 1354.

M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LIII<sup>o</sup>, ego Bartholomeus de Ferraria rector ecclesiae Sancte Marie scollarium utriusque uni-  
 versitatis studii Bononiensis recepi mutuo a dominis procuratoribus nationis dominorum de Allemania, qui  
 25 tunc erant scilicet dominus Iohannes de Frouvenvelt et dominus Iohannes de Patavia, qui hoc fecerunt  
 de voluntate omnium dominorum predictae nationis, primo unum missale copertum in chorio viridi, cuius  
 primus sesternus finit: „Immortalitatis“, secundus incipit: „Sit ipse“ et finit: „ut et“, tercius incipit: „et delicta“.  
 Item unum callicem argenteum deauratum sine smaltis cum sua patena. Item unam planetam de siricho  
 cum variis figuris sanctorum et frixiis amplis. Item unam camixiam albam. Item unum umbialle<sup>1</sup> cum  
 30 frixio de auro. Item stollam lungam et unam brevem que vocatur manipullum. Et in signum firme me-  
 morie propria manu hec scripsi eisdem dominis procuratoribus promittens eisdem restituere et presentare  
 quandocumque eis placuerit. Et hec acta fuerunt presentibus et videntibus domino Iacobo de Nusdorf et  
 domino Bergando de Amiexo.

Et ego Iohannes Caldarinus decretorum doctor sciens et aserens<sup>2</sup> supradicta scripta per prefatum do-  
 35 minum Bartholomeum vera esse ad preces ipsius fideiussor existens supradictis venerabilibus viris dominis  
 Iohanne de Froudenvelt<sup>3</sup> et Iohanne de Patavia procuratoribus dicte nationis presentibus et pro ipsa recipien-  
 tibus et sollempniter stipulantibus omnia et singula dicta et promissa per dictum dominum Bartholomeum  
 promitto renuncians omni iuri, quo possem alias me iuvare in hac parte.

Et hanc subscriptionem propria manu scripsi in testimonium premissorum<sup>4</sup>.

40

<sup>1</sup> Ioannes Caldarini scripsit manu sua propria alia manu additum.

<sup>2</sup> sic.

45

<sup>3</sup> Id est grembiale italico et latine cincticulus M.

Acta nationis Germanicae.

48



## 51.

*Wergandus canonicus in Mattsee et Conradus de Reutlingen procuratores nationis eliguntur.*

*Ex libro annalium fol. 24r.*

5

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 6. Ianuarii 1355.**

*fol. 24r.* \* In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, indictione octava, die sexto mensis Ianuarii, congregata et simul coadunata honorabili natione dominorum Theotonicorum in ecclesia Sancti Fridiani sita extra circulam Sancti Mame pro electione fienda de novis procuratoribus ipsius nationis pro anno pressenti fecerunt electores secundum formam statutorum dicte nationis, qui electores una cum procuratoribus antiquis dicte nationis per cedullas nominando concorditer elegerunt in procuratores dicte nationis pro anno pressenti venerabiles viros dominum Wergandum canonicum in Mocze<sup>1</sup> plebanum in Aspach et dominum Coradum de Rutlingen canonicum ecclesie Turicensis, qui ambo sic electi in pressencia dicte nationis dictum officium acceptaverunt et iuraverunt secundum formam dictorum 15 statutorum.

Actum Bononie, in dicta ecclesia Sancti Fridiani, pressenti Pelegino Henrici Filixini bidello.

20

## 52.

*Inventarium et ratio.*

*Ex libro annalium fol. 24r. et 24v.*

**Bononiae, in domo habitationis Iohannis de Patavia, 6. Ianuarii 1355.**

25

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, indictione octava, die sexto mensis Ianuarii, venerabiles et discreti viri dominus Iohannes de Patavia et dominus Iohannes cantor de Costantia procuratores honorabilis nationis dominorum Teotonicorum anni ellapsi consignaverunt et dederunt venerabilibus et discretis viris dominis Wergando et Corado predictis procuratoribus de novo electis per dominos nationis predictae pro anno pressenti infrascriptas res spetantes ad nationem 30 predictam, videlicet. . . .<sup>2</sup>

Actum Bononie, in domo habitationis predicti domini Iohannis de Patavia, pressenti dicto Pelegino bidello.

*fol. 24v.* \* Eodem millesimo, indictione, mense, die, loco et presentibus predictis testibus, suprascripti dominus 35 Iohannes de Patavia et dominus Iohannes cantor de Costantia procuratores antiqui dicte nationis existentes in presentia predictorum dominorum Wergandi et Coradi procuratorum dicte nationis pro anno pressenti ostendiderunt rationem eisdem eorum administrationis et omnium perventorum ad ipsorum manus de pecunia et avere dicte nationis, et facta omni ratione de predictis ab expensis per eos factis superfuerunt eisdem undecim solidi et octo denarii Bononienses, quos dederunt et solverunt atque consignaverunt predictis domino Wergando et domino Corado novis procuratoribus secundum formam statutorum dicte nationis; quos dominum Iohannem de Patavia et dominum Iohannem cantorem absolverunt ab omni ratione sue administrationis.

<sup>1</sup>) Cf. pag. 123, 17. canonicus Maticensis.

<sup>2</sup>) Cf. No. 31.

45



## 53.

*Conradus de Reutlingen procurator nationis rationem reddit administrationis suae.*

5

*Ex libro annalium fol. 24v.*

**Bononiae, in domo habitationis Wergandi de Ens, 17. Aprilis 1355.**

In Christi nomine. Amen. Anno eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto, indictione octava, die decimo septimo mensis Aprilis, venerabilis vir dominus Coradus de Rutlingen canonicus ecclesie  
 10 Turicensis, procurator honorabilis nationis dominorum Teotonicorum pro anno pressenti volens et intendens ad partes accedere, sciens se teneri ad redendum rationem administrationis omnium perventorum ad eius manus et eidem consignatorum per procuratores dicte nationis anni preteriti, ideo de voluntate et consensu nationis predictae constitutus in pressentia venerabilium virorum dominorum Iohannis de Patavia, Iohannis  
 15 gando de Annaso predicto eius consocio et procuratori nationis predictae ac domino Nicolao Locher de Austria\*, noviter electo in procuratorem nationis predictae loco ipsius domini Coradi, omnes et singulas suprascriptas res contentas in instrumento predicto et designatas predictis domino Wergando et Corado per procuratores anni preteriti; item in alia parte dictus dominus Coradus hostendit rationem predicto domino Wergando eius consocio et dicto domino Nicolao novo procuratori omnium perventorum ad ipsius manus de pecunia  
 20 dicte nationis, et facta ratione de perventis ab expensis sic per eos factis superfuerunt eidem domino Corado treginta unus solidi et octo denarii Bononienses, quos predictus dominus Coradus dedit et consignavit predicto domino Wergando et predicto domino Nicolao secundum formam statutorum dicte nationis; quem dominum Coradam absolverunt ab omni ratione sue administrationis.

Actum Bononie, in domo habitationis predicti domini Wergandi, presentibus suprascriptis dominis.

25 *Signum.* Ego Guidutius Mathei Specialis imperiali auctoritate notarius etc.

## 54.

*Incentarium et rationes.*

30

*Ex libro annalium fol. 56r. et 56v.*

**Bononiae, in domibus Nicolai de Austria et Ranboti de Spira, 6. Ianuarii et 4. Aprilis 1356.**

\* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem milleximo trecentesimo quinquagesimo sexto, fol. 56r. indictione nona, die sexto mensis Ianuarii, venerabiles et discreti viri domini Nicolaus de Austria et Birgandus de Anaso de Alemania procuratores anni proxime elapsi honorabilis nacionis dominorum Theotonicorum in presencia mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt venerabilibus viris  
 35 dominis Ranboto de Spira et domino Bertholdo de Suevia procuratoribus de novo electis per dominos nacionis predictae pro anno prexenti infrascriptas res spetantes et pertinentes ad ipsam nacionem, videlicet . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in capella Sancti Mame in domo habitationis dicti domini Nicolai, presentibus domino Iohanne de Patavia rectore ecclesie in Stirdinga, qui dixit se cognoscere contrahentes, domino Paulo  
 40 de Patavia et Petro de Austria familiari dicti domini Nicolai.

*Signum.* Ego Pelegrinus quondam Henrici de Filixinis publicus imperiali auctoritate notarius etc.

\* de Austria, Locher A., sequitur lacuna.

45

<sup>1</sup> Cf. No. 31.

48\*



In Christi nomine. Amen. Eodem milleximo, indictione, die, mense, loco et testibus et cognitore contrahencium suprascripti domini dominus Nicolaus et dominus Birgandus procuratores antiqui dicte nacionis existentes in presencia predictorum dominorum Ranboti et domini Bertholdi procuratores<sup>a</sup> dicte nacionis pro anno prexenti hostenderunt racionem eisdem eorum administracionis et omnium perventorum ad ipsorum manus de pecunia et avere dicte nacionis, et facta omni racione de predictis ab expensis per eos factis 5 superfuerunt eisdem octo denarii parvoli Bononienses, quas<sup>a</sup> dederunt et solverunt atque consignaverunt predictis domino Ranboto et domino Bertholdo novis procuratoribus secundum formam statutorum dicte nacionis; quos dominum Nicolaum de Austria et dominum Birgandum de Anaso absolverunt ab omni racione sue administracionis.

## 4. Aprilis 1356.

10

fol. 56<sup>v</sup>.

\* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem milleximo trecentesimo quinquagesimo sexto, indictione nona, die quarto mensis Aprilis, venerabilis vir dominus Ranbotus de Spira procurator honorabilis nacionis dominorum Theotonicorum pro anno presenti volens et intendens ad partes accedere, sciens se teneri ad redendam racionem administracionis omnium perventorum ad eius manus et eidem consignatorum per procuratores dicte nacionis anni preteriti, ideo de voluntate et consensu nacionis predictae constitutus in 15 prexencia venerabilium virorum dominorum Nicolai de Austria, domini Iohannis de Patavia, domini Birgandi de Anaso, domini Bertholdi de Suevia eius consocio et procuratori nacionis predictae ac domino Paulo de Patavia noviter electo in procuratorem nacionis predictae loco [ipsius]<sup>b</sup> domini Ranboti, dedit et consignavit omnes et singulas suprascriptas res contentas instrumento supradicto et designa[ta]<sup>c</sup> predictis domino Ranboto et domino Bertholdo per procuratores anni preteriti. Item in alia parte dictus dominus Ranbotus 20 hostendit racionem predicto domino Bertholdo eius consocio et dicto domino Paulo novo procuratori omnium perventorum ad ipsius manus de pecunia dicte nacionis, et facta racione de perventis ab expensis per eos factis superfuerunt eidem domino Ranboto octo denarii parvoli Bononienses, quos predictus dominus Ranbotus dedit et consignavit predicto domino Bertholdo et domino Paulo secundum formam statutorum dicte nacionis; quem dominum Ranbotum absolverunt ab omni racione sue administracionis. 25

Actum Bononie, in capella Sancte Malgarite in domo dicti domini Ranboti, presentibus domino Nicolao de Austria, qui dixit se cognoscere contrahentes, domino Iohanne de Patavia et domino Birgando de Anaso testibus ad hec vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Pelegrinus quondam Henrici de Filixinis etc.

30

## 55.

*Inventarium.*

*Ex libro annalium fol. 56<sup>v</sup>. et 57<sup>r</sup>.*

## Bononiae, in domo Conradi de Reichersperg et Iohannis Amman, 6. Ianuarii 1357.

35

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis<sup>d</sup> ei[us]dem milleximo trecentesimo quinquagesimo septimo, indictione<sup>a</sup> decima, die sexto mensis Ianuarii, venerabiles et discreti viri domini Paulus de Patavia et Bertholdus de Suevia procuratores anni proxime elapssi honorabilis nacionis dominorum Theotonicorum in prexencia mei notarii et testium infrascriptorum dederunt et consignaverunt venerabilibus viris dominis Conrado de Reichersperg et domino Iohanni Amman de Roetemburg procuratoribus de novo electis per do- 40 minos nacionis predictae pro anno prexenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad ipsam nacionem. . . .<sup>1</sup>

<sup>a</sup> sic.<sup>b</sup> racionis A.<sup>c</sup> designaciones A.<sup>d</sup> nativitatis A.<sup>1</sup> Cf. No. 31.

45



Actum Bononie, in capella Sancti Barbaciani in burgo richo in domo habitationis predictorum domini Coradi et domini Iohannis, presentibus domino Nicolao de Austria, qui dixit se cognoscere contrahentes, domino Thederico de Sasonia et domino Iohanni de Suevia, testibus ad hec vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Pelegrinus quondam Henrici de Filixinis etc.

5

\* In Christi nomine. Amen. Eodem milleximo, indictione, mense, die, loco et presentibus supradictis *fol. 57r.* testibus et cognitore contrahencium supradicti domini Paulus et dominus Bertholdus procuratores antiqui dicte nacionis existentes in prexencia dominorum Coradi et domini Iohannis procuratores\* dicte nacionis pro anno prexenti hostenderunt racionem eisdem eorum administracionis et omnium perventorum ad ipsorum manus de pecunia et avere dicte nacionis, et facta racione de predictis ab expensis per eos factis superfuerunt eisdem viginti solidi Bononienses, quas\* dederunt et solverunt atque consignaverunt predictis domino Corando\* et domino Iohanni novis procuratoribus secundum formam statutorum dicte nacionis; quos dominum Paulum de Patavia et dominum Bertholdum de Suevia absolverunt ab omni racione sue administracionis.

15

## 56.

*Inventarium et ratio.*

*Ex libro annalium fol. 57v. et 58r.*

**Bononiae, in domo Iohannis Amman, 3. Februarii 1359.**

20 \* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem milleximo trecentesimo quinquagesimo nono, *fol. 57v.* indictione duodecima, die tercio mensis Februarii, venerabilis et discretus vir dominus Iohannes de Roetenburg suo proprio et principali nomine et vice et nomine domini Coradi de Reichspurg de Alamania, procuratores antiqui honorabilis nacionis dominorum Theonicorum, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum dederunt et consignaverunt venerabilibus viris dominis Iohanni de Spira et domino Gerardo de Prusia procuratoribus de novo electis per dominos nacionis predictae pro anno presenti infrascriptas res  
25 spetantes et pertinentes ad ipsam nacionem, videlicet. . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in capella Sancte Marie de Muradellis in domo habitationis dicti domini Iohannis procuratoris antiqui, presentibus domino Nicolao de Austria, domino Raveno de Suevia, domino Iohanne de Muldorf et domino Iohanne de Patavia, qui dixerunt se cognoscere contrahentes, testibus ad hec vocatis  
30 et rogatis.

*Signum.* Ego Pelegrinus quondam Henrici de Filixinis etc.

\* In Christi nomine. Amen. Eodem milleximo, indictione, mense, die, loco et presentibus predictis *fol. 58r.* testibus et cognitore contrahencium suprascriptus dominus Iohannes de Roetenburg procurator anticus dicte  
35 nacionis existens in prexencia predictorum dominorum Iohannis de Spira et domini Gerardi de Prusia procuratores\* dicte nacionis pro anno prexenti hostendit racionem eiusdem administracionis et omnium perventorum ad ipsius manus de pecunia et advere\* dicte nacionis, et facta racione de predictis ab expensis per eum factis superfuerunt eidem tres libre XVI solidi et VIII parvoli Bononienses, quam\* dedit, solvit atque consignavit predictis domino Iohanni et domino Gerardo novis procuratoribus secundum formam sta-  
40 tutorum dicte nacionis; quos dominum Iohannem de Roetenburg suo proprio et principali nomine et vice et nomine domini Coradi de Reichspurg absolverunt ab omni racione sue administracionis.

\* sic.

45

<sup>1</sup> Cf. No. 31.



## 57.

*Inventarium et ratio.**Ex libro annalium fol. 58v.***Bononiae, in domo Rainboldi Vener, 2. Februarii 1360.**

5

*fol. 58v.*

\* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem milleximo trecentesimo sesagesimo, indictione tercia decima, die secundo me[n]sis Februarii, venerabiles et discreti viri domini Gerardus de Prussia et dominus Iohannes de Spira procuratores anni proxime elapsi honorabilis nacionis dominorum Theotonicorum in presencia mei notarii et testium infrascriptorum consignaverunt et dederunt venerabilibus viris dominis 10 Rainboldo Vener de Gamundia magistrum<sup>a</sup> in artibus et domino Hermano de Vasfalia procuratoribus de novo electis per dominos nacionis predictae pro anno presenti infrascriptas res. . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in capella Sancte Marie de Muradellis in domo habitacionis dicti domini Rainboldi, presentibus domino Paulo de Patavia, qui dixit se cognoscere contrahentes, domino Iohanne Aman, domino Iohanne de Patavia, testibus ad hec vocatis et rogatis. 15

*Signum.* Ego Pelegrinus quondam Henrici de Filixinis publicus imperiali autoritate notarius etc.

Eodem milleximo, indictione, mense et die, loco et presentibus predictis testibus et cognitore contrahencium suprascripti domini Gerardus et dominus Iohannes procuratores antiqui dicte nacionis existentes in presencia predictorum dominorum Rainboldi et domini Hermani procuratorum dicte nacionis pro anno 20 presenti ostendiderunt rationem eisdem eorum administracionis et omnium perventorum ad ipsorum manus de pecunia et avere dicte nacionis, et facta omni ratione de predictis ab expensis per eos fati<sup>a</sup> super fuerunt eisdem due libre et octo parvoli Bononienses, quos dederunt et solverunt atque consignaverunt predictis domino Rainboldo et domino Hermano novis procuratoribus secundum forman<sup>a</sup> statutorum dicte nacionis; quos dominum Gerardum de Prussia et dominum Iohannem de Spira absolverunt ab omni ratione 25 sue administracionis.

*Signum.* Ego Pelegrinus quondam Henrici de Filixinis publicus imperiali auctoritate notarius etc.

## 58.

30

*Inventarium et ratio.**Ex libro annalium fol. 59v.***Bononiae, in domo Rabani Kochner, 15. Aprilis 1365.***fol. 59v.*

\* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo quinto, 35 indictione tercia, die quinto decimo mensis Aprilis, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Urbani divina providencia pape quinti anno III., venerabilis et sapiens vir dominus Rabanus Choconer canonicus ecclesie Eistensis<sup>b</sup> procurator anni proxime elapsi honorabilis nacionis dominorum Teothonicorum, in presentia mei Iacobi notarii et testium infrascriptorum dedit, tradidit et consignavit venerabilibus et discretis viris dominis Heinricho de Hoenstein canonico Basciliensi et Nicolao de Pursia ibidem presentibus 40 procuratoribus de novo electis per dominos nacionis predictae pro anno presenti recipientibus infrascriptas res spectantes et pertinentes ad ipsam nacionem, videlicet. . . .<sup>1</sup> Item duas capelinas de varis fractas et

<sup>a</sup> sic.<sup>b</sup> sic loco Eistetensis?<sup>2</sup><sup>1</sup>) Cf. No. 31.<sup>2</sup>) Cf. pag. 126, 30 canonicus in Fuchtwang.

45



pilatas propter vetustatem. . . . Item unum laudum scriptum in publicam formam manu Pelegriini Henrici de Filixinis olim notarii dicte nationis dictorum dominorum Te tonicorum. Item dixit prefatus dominus Rabanus quod . . . prior monasterii seu ecclesie Sancti Fridiani de loco Sachorum extra portam Sancti Mame habuit decem cereos et duo dopleria ad illuminandum corpus Domini nostri Yesu Christi, qui fuerunt sibi  
5 designati.

Actum Bononie, in capella Sancti Proculi in domo habitationis dicti domini Rabani, presentibus Heinrico Choconer Augustensis diocesis, Iohanne Mathie Metensis diocesis, qui dixerunt se cognoscere contrahentes predictos, et Iohanne Anchuirm<sup>a</sup> familiari dicti domini Rabani, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

10 *Signum.* Ego Iacobus quondam domini Filini de Barberiis decretorum doctoris publicus imperiali auctoritate notarius etc.

\* Supradictis milleximo, anno, indictione, mense, die, loco et presentibus testibus suprascriptis *fol. 60r.* suprascriptus dominus Rabanus procurator pro anno proxime preterito dicte nationis dominorum Te tonicorum existens in presentia predictorum dominorum Heinrici de Hoenstein et Nicolai de Pursia procuratorum  
15 dicte nationis pro anno presenti hostendit<sup>a</sup> eis rationem sue administrationis et omnium perventorum ad eius manus de pecunia et avere dicte nationis et omnium per eum receptorum de natione predicta, et facta omni ratione de predictis ab expensis per eum factis superfuerunt et restaverunt sibi duodecim libre novem solidi et octo denarii Bononienses, quas predictus dominus Rabanus dedit, tradidit et consignavit  
20 predictis dominis Henrico et Nicolao procuratoribus novis anni presentis secundum formam statutorum dicte nationis; qui domini Heinricus et Nicolaus absolverunt et libaraverunt<sup>b</sup> predictum dominum Rabanum ab omni ratione sue administrationis, rogantes me notarium infrascriptum, ut de predictis omnibus publicum conficiam instrumentum.

*Signum.* Ego idem Iacobus quondam domini Filini de Barberiis notarius predictis interfui etc.

25

## 59.

,Clausula testamenti talis olim Henrici bedelli.<sup>c</sup>

30 Item reliquit scolaribus Theothonicis studentibus Bononie in iure canonico vel civili quolibet anno quinque libras Bononienses in festo sancti Michaelis cum hac condicione et causa, quod procuratores dicte nationis faciant convocare omnes Theothonicos de dicta natione in die omnium fidelium defunctorum in ecclesia sua et ibi audiant unam missam pro anima ipsius testatoris et patris et matris, et dicta pecunia  
35 debeat expendi hoc modo: videlicet viginti solidos debeant bibere scolares dicte nationis, alios viginti debeant expendere in candelis, quas teneant in manibus donec dicta missa erit completa, et dicte candeles debeant dari presbitero dicte ecclesie, et debeat donec duraverint illuminare in missis et aliis orationibus relinquens consciencie dicti capellani, et decem solidi debeant dari capellano dicte ecclesie pro missis dicendis; residuum vero dicte quantitatis debeat dari amore Dei per procuratores dicte nationis, ubi melius et  
40 utilius eis videbitur convenire. Et si dicti procuratores predicta neglexerint vel non fecerint, voluit, quod dictum legatum pro illis annis quibus neglexerint sit privatum et voluit pervenire ad suos heredes etc.<sup>d</sup>

<sup>c</sup> Clausula testamenti Henrici de Felixinis olim bidelli nationis nostre, vigore cuius annuo percipimus quinque libras ex bancho ipsorum de Felixinis. — Absolutionis instrumentum vide infra carta 195; *aliis manibus additum; cf. instrum. de 1533.*

45

<sup>a</sup> Anchuirm A.<sup>b</sup> sic.



## 60.

*Inventarium et ratio.*  
*Ex libro annalium fol. 60<sup>v</sup>.*

## Bononiae, in domo Iohannis Schumer, 11. Ianuarii 1366.

5

*fol. 60<sup>v</sup>.* \* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, indictione quarta, die undecimo mensis Ianuarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Urbani divina providentia pape quinti anno tercio, venerabiles et sapientes viri domini Henrichus de Hohensteyn Basiliensis et Iohannes Schumer Leodiensis ecclesiarum canonici procuratores anni proxime ellapsi honorabilis nationis dominorum Theotonicorum in presentia mei Nicolai notarii et testium infrascriptorum 10 dederunt, tradiderunt et consignaverunt venerabilibus et discretis viris dominis Otto<sup>a</sup> de Wytenecke canonico Pataviensi et Iohanni de Hornsteyn rectori ecclesie in Sebalch<sup>b</sup> Constanciensis diocesis ibidem presentibus procuratoribus de novo electis per dominos nationis predictae pro anno presenti recipientibus infrascriptas res spectantes et pertinentes ad ipsam nationem. Imprimis in pecunia numerata libras viginti quinque et solidos quindecim Bononienses in summa in hac forma, videlicet: duos duchatos auri valoris pro quolibet ad 15 rationem solidorum XXXIII pro quolibet<sup>a</sup> eorum. Item tres florenos auri valoris et extimationis pro quolibet solidorum XXXII Bononiensium. Residuum supradictae summe in pecunia numerata argentea. . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in capella Sancti Mamme in domibus habitationis supradicti domini Iohannis Schumer, presentibus Conrado Coradi Andree de Patavia, Nicolao Boni de Pinguia Maguntinensi. Item Henrico Ratschonis de Legniez Vratislaviensis et Iohanne quondam Ghilberti clerici Salzeburgensis diocesis, qui Iohannes aseruit se cognoscere contrahentes predictos, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Nicolaus Petri de Manzolino Bononiensis civis, publicus imperiali et communis Bononiensis auctoritate notarius etc.

Eisdem millesimo, indictione, mense, die, loco et testibus supradictis et contrahentium cognitore 25 supradicti domini Henrichus et Iohannes Schumer procuratores antiqui supradictae nationis existentes in presentia predictorum dominorum Otto<sup>a</sup> et Iohannis de Hornsteyn procuratorum dicte nationis pro anno presenti ostenderunt rationem eisdem administrationis et omnium perventorum ad ipsorum et cuiuslibet eorum manus de pecunia et avere dicte nationis, et facta omni ratione de predictis et omnibus dilligenter inspectis et examinatis supradicti domini Otto et Iohannes procuratores novi absolverunt et liberaverunt supradictos 30 dominos Henrichum et Iohannem Schumer procuratores antiquos ab omni ratione sue administrationis, rogantes me notarium infrascriptum, ut de predictis publicum conficiam instrumentum.

*Signum.* Ego idem Nicolaus de Manzolino notarius etc.

35

## 61.

*Inventarium et ratio.*  
*Ex libro annalium fol. 62<sup>r</sup>.*

## Bononiae, in domibus ecclesiae S. Fridiani, 18. Ianuarii 1367.

40

*fol. 62<sup>r</sup>.* \* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, indictione quinta, die decimo octavo mensis Ianuarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini

<sup>a</sup> sic.      <sup>b</sup> sic; cf. pag. 128, 4 Gebach.

<sup>c</sup> Cf. No. 58.

45



domini Urbani divina providentia pape quinti venerabiles et sapientes viri domini Otto de Wissenech canonicus Pataviensis et Iohannes de Hornsteyn rector ecclesie in Gebalch Constanciensis diocesis procuratores anni proxime ellapsi honorabilis nationis dominorum Theothonicorum in presencia mei Nicolai notarii et testium infrascriptorum dederunt, tradiderunt et consignaverunt venerabilibus et discretis viris dominis Rodulfo cantori ecclesie Basiliensis et Uliricho de Cronberch de Allamania ibidem presentibus procuratoribus de novo electis per dominos nationis predictae pro anno presenti recipientibus infrascriptas res spectantes et pertinentes ad ipsam nationem: Imprimis in pecunia numerata libras quinquaginta quinque et octo solidos Bononienses tam in pecunia argentea, quam in florenis aureis. . . .<sup>1</sup>

Actum in domibus ecclesie Sancti Fedriani sive fratrum de Sachis positis extra portam Sancti Mamme civitatis Bononiensis, videlicet in camera prioris dicti loci, et presentibus domino fratre Anastasio priore dicti loci et fratre Paulo quondam domini Manzii de Romanzis, domino Eberardo de Winbelberg canonico ecclesie Pataviensis et domino Corado rectore ecclesie in Imbergh Pataviensis diocesis, testibus ad hec vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Nicolaus Petri de Manzolino Bononiensis civis, publicus imperiali et communis Bononiensis auctoritate notarius etc.

Eisdem millesimo, indictione, mense, die, loco et testibus supradictis supradicti domini Otto et Iohannes de Hornsteyn procuratores antiqui nationis predictae existentes in presentia predictorum dominorum Rodulfi et Ulirichi procuratorum novorum dictae nationis pro anno presenti hostenderunt rationem eisdem administrationis eorum et omnium perventorum ad ipsorum et cuiuslibet eorum manus de pecunia et avere dictae nationis, et facta omni ratione de predictis et omnibus dilligenter inspectis et examinatis, visis et chalculatis, supradicti domini Rodulfus et Ulirichus procuratores novi absolverunt et liberaverunt supradictos dominos Otto<sup>a</sup> et Iohannem procuratores antiquos ab omni ratione sue administrationis rogantes me notarium infrascriptum, ut de predictis publicum conficiam instrumentum.

*Signum.* Ego idem Nicolaus de Manzolino notarius etc.

## 62.

*Guilielmus Harburg et Iohannes de Wildenberg procuratores nationis eliguntur.*

*Ex libro annalium fol. 63v.*

**Bononiae, in camino inferiori domorum ecclesiae S. Proculi, 9. Ianuarii 1368.**

<sup>a</sup> In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, fol. 63v. indictione sexta, die nono mensis Ianuarii, congregata et simul choadunata honorabili natione dominorum Theothonicorum in chamino<sup>b</sup> magno inferiori domorum ecclesie Sancti Proculi de Bononia pro electione facienda de novis procuratoribus ipsius nationis pro anno presenti, ut moris est, in qua quidem congregatione interfuerunt ultra quam due partes, fecerunt et elegerunt electores secundum formam statutorum dictae nationis, qui electores una cum procuratoribus anni proxime ellapsi insimul ut supra congregati trasserunt se ad partem et per cedullas nominando concorditer elligerunt<sup>a</sup> in procuratores dictae nationis pro anno presenti venerabiles et discretos viros dominum Guilielmum Herborth<sup>2</sup> dechanum ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis et dominum Iohannem de Wildenberg de Prusia de Allamania ambos scolares Bononie in iure canonico; qui ambo sic electi incontinenti in presentia nationis predictae dictum eorum officium acceptaverunt etc. et iuraverunt secundum formam statutorum dictae nationis etc.

<sup>a</sup> sic.      <sup>b</sup> sic loco chamino A.

<sup>1</sup> Cf. No. 58.      <sup>2</sup> Cf. pag. 129, 37sqg. Horborch.  
Acta nationis Germanicae.



Actum Bononie, in chanino inferiori domorum ecclesie Sancti Proculi predicti, presentibus Simone Iohannis bidello generali universitatis citramontanorum et Ieronimo Fedenzi bidello generali universitatis ultramontanorum, testibus ad predicta adhibitis et vocatis.

*Signum.* Ego Nicolaus Petri de Manzolino Bononiensis civis, publicus imperiali auctoritate notarius etc.

5

## 63.

*Inventarium et ratio.*

*Ex libro annalium fol. 63v.*

10

**Bononiae, in camino inferiori domorum ecclesiae S. Proculi, 9. Ianuarii 1368.**

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, indictione sexta, die nono mensis Ianuarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini Urbani divina providencia pape quinti, venerabiles et nobiles viri domini Rodulfus cantor ecclesie Basiliensis et Ulrichus de Cronberch prepositus ecclesie Sancti Victoris extra muros Maguntinensis procuratores anni 15 proxime ellapsi honorabilis nacionis dominorum Theotonichorum in presencia mei Nicolai notarii infrascripti et testium infrascriptorum dederunt, tradiderunt et consignaverunt venerabilibus et discretis viris dominis Guilielmo Herborth dechano ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis et Iohanni de Wildenberge de Prusia ibidem presentibus et recipientibus procuratoribus de novo electis per dominos et electores nacionis predictae pro anno pressenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad dictam nacionem: Imprimis in pecunia 20 numerata libras quadraginta tres et solidos undecim Bononienses. . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in chamino inferiori domorum ecclesie Sancti Proculi, presentibus Simone Iohannis et Gregorio de Bassis, testibus ad predicta adhibitibus, vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Nicolaus Petri de Manzolino Bononiensis civis, publicus imperiali auctoritate notarius etc.

25

Eisdem millesimo, indictione, mense, die, loco et testibus supradicti domini Rodulfus et Ulrichus procuratores antiqui anni proxime ellapsi existentes in presencia supradictorum dominorum Guilielmi et Iohannis procuratorum novorum anni presentis dicte nacionis Theotonichorum hostenderunt bonam et legalem rationem eisdem administracionis eorum et omnium perventorum ad ipsorum et cuiuslibet eorum manus de pecunia, avere et rebus dicte nacionis, et facta omni racione de predictis et omnibus dilligenter inspectis 30 et examinatis supradicti domini Guilielmus et Iohannes procuratores novi absolverunt et liberaverunt ipsos antiquos procuratores ab omni racione sue administracionis predictae, rogantes me Nicolaum notarium infrascriptum, ut de predictis publicum conficiam instrumentum.

*Signum.* Ego idem Nicolaus de Manzolino notarius etc.

35

## 64.

*Hubertus de Colonia et Cuno de Stürzelheim procuratores eliguntur.*

*Ex libro annalium fol. 65r.*

40

**Bononiae, in domibus ecclesiae fratrum de Saccis, 6. Ianuarii 1370.**

*fol. 65r.* \* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo, indictione octava, die sexto mensis Ianuarii, congregata et simul choadunata honorabili natione dominorum

<sup>1</sup> Cf. No. 58.

45



Theotonicorum scolarium utriusque iuris studii Bononiensis in domibus ecclesie monasterii fratrum de Sacho extra portam burgi Sancti Mame civitatis Bononiensis pro electione facienda de novis procuratoribus ipsius nationis pro anno pressenti, ut moris est, in qua quidem congregatione interfuerunt ultra quam due partes scolarium dicte nationis, unanimiter et concorditer fecerunt et ellegerunt electores secundum formam statutorum dicte nationis, qui electores sic electi una cum procuratoribus antiquis anni proxime ellapsi insimul ut supra congregati trasserunt se ad partem et per cedullas nominando unanimiter et concorditer elligerunt in procuratores dicte nationis pro anno pressenti venerabiles et nobiles viros dominum Ubertum de Cholompnia et dominum Cinonem\* de Aschaffenburg ambos scolares Bononie in iure ibidem presentes et officium prefatum sponte acceptantes etc.; qui eorum officium prefatum iuraverunt secundum formam statutorum dicte nationis etc.

Actum in domibus predictis dicte ecclesie fratrum de Sacho, presentibus Gregorio de Bassis bidello dicte nationis et Pellegrino de Zambechariis notario, testibus ad predicta vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Nicolaus Petri de Manzolino Bononiensis civis, publica imperiali et communis Bononiensis auctoritate etc.

15

## 65.

*Inventarium et ratio.**Ex libro annalium fol. 65r.*

20

**Bononiae, in domibus ecclesiae fratrum de Saccis, 13. Ianuarii 1370.**

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo, indictione octava, die tercio decimo mensis Ianuarii, supradicti procuratores antiqui dicte nationis dominorum Theotonicorum, videlicet dominus Conradus de Geilnhusen<sup>1</sup> et Bertholdus de Helprunna<sup>2</sup> procuratores dicte nationis anni proxime ellapsi, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum dederunt, tradiderunt et consignaverunt venerabilibus et nobilibus viris dominis Uberto de Cholompnia et Cinoni de Aschaffenburg ibidem presentibus, tamquam procuratoribus novis et de novo electis et creatis, ut moris est, pro anno pressenti infrascriptas res et pecuniam spectantes et pertinentes ad dictam nationem dominorum Theotonicorum: Imprimis in pecunia numerata libras viginti duas Bononienses. Item quinque florenos, item unum duchatum, aureos. . . .<sup>3</sup> Item duo corporalia, quorum unum est penes sazerdotem. . . .<sup>3</sup>

Actum in domibus dicte ecclesie fratrum de Sacho sitis extra portam burgi Sancti Mamme, presentibus Pelegrino Iohannis de Zambechariis notario et Gregorio de Bassis bidello dicte nationis, testibus ad hec vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Nicolaus Petri de Manzolino Bononiensis civis, publicus imperiali et communis Bononiensis auctoritate notarius etc.

35

Eisdem millesimo, indictione, mense, die, loco et testibus supradicti procuratores antiqui anni proxime ellapsi existentes in pressencia dominorum procuratorum novorum anni pressentis hostenderunt bonam et legalem rationem eisdem et cuilibet eorum administrationis eorum in suo officio et omnium perventorum ad ipsorum et cuiuslibet eorum manus tempore eorum officii de pecunia, avere, rebus et bonis dicte nationis, et facta solempni ratione et chalchulo de predictis omnibus et singulis ad eorum et cuiuslibet ipsorum manus

\* male scripsit notarius quia supradictus Cuno de Stürtzilnbeym est canonicus ecclesie Aschaffenburgensis Moguntinensis dyocesis alia manu in margine additum.

45

<sup>1</sup>) Nomen in margine additum est.<sup>2</sup>) Nomen erasum.<sup>3</sup>) Cf. No. 58.

49\*



perventis tempore eorum officii et omnibus et singulis inspectis et dilligenter examinatis omni modo, iure et forma, quibus mellius potuerunt et possunt, supradicti procuratores novi absolverunt et liberaverunt supradictos antiquos procuratores ab omni ratione sue administrationis redende<sup>a</sup> rogantes me notarium infra-

scriptum, ut de predictis publicum conficiam instrumentum etc.

5

## 66.

*Iohannes Lup de Suevia procurator nationis substituitur.*

10

*Ex libro annalium fol. 66v.*

**Bononiae, in capitulo maiori ecclesiae S. Dominici, 2. Octobris 1370.**

*fol. 66v.*

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo, indictione octava, die secunda mensis Octubris, congregata et simul choadunata natione Theotonichorum scolarium 15 utriusque iuris studii Bononiensis, ut moris est, in capitulo maiori ecclesie Sancti Dominici fratrum Predicatorum de Bononia, ut moris est, in qua quidem congregatione interfuerunt ultra quam due partes scolarium dicte nationis et hoc pro elligendo unum procuratorem pro dicta natione loco domini Uberti de Cholompnia recessuri incontinenti ad partes suas pro suis peragendis pro toto tempore sui, domini Uberti, officii etc. in- 20 continenti, unanimiter et concorditer nemine discrepante elligerunt et nominaverunt loco dicti domini Uberti in dicto suo officio procurationis et pro toto tempore dicti sui officii et ad omnia, que dictus dominus Ubertus et socius eius habebat in mandatis vigore sui officii predicti, dominum Iohannem Lup de Suevia scholarem Bononiensem in iure ibidem pressentem et officium suum laudabiliter acceptantem etc.; qui suum officium predictum iuravit secundum formam statutorum dicte nationis etc., pressentibus Gregorio de Bassis bidello dicte nationis et Pellegrino Iohannis de Zambechariis notario, testibus ad predicta adhibitis, vocatis et rogatis etc. 25

*Signum.* Ego Nicolaus Petri de Manzolino publicus imperiali et communis Bononiensis auctoritate notarius etc.

## 67.

*Procuratores nationis rationem reddunt administrationis suae.*

30

*Ex libro annalium fol. 66v.*

**Bononiae, in domo habitationis domini Huberti de Colonia, 3. Octobris 1370.**

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo, indictione octava, die tercio mensis Octubris, supradictus dominus Ubertus de Cholompnia et socius procuratoris predicti 35 hostenderunt rationem suam supradictis domino Iohanni Lup et socio procuratoribus predictis novis pro anno pressenti et omnes supradictas massaricias, res et bona et libros, ut supra descripta in ellectione supradictorum anthichorum procuratorum, designaverunt et tradiderunt eisdem, ut supra in ellectione ipsorum per ordinem sunt descripta. Et idem dominus Ubertus de Cholo[m]pnia designavit dictis procuratoribus in officio presidentibus in pecunia numerata unum florenum, item in pecunia numerata libram unam soldos duos et denarios quatuor 40 Bononienses custodiendi et salvandi causa etc. nomine dicte nationis etc. cum promissione per eos facta custodiendi et salvandi predicta nomine dicte nationis etc. Et ideo predicti procuratores antiqui absolverunt predictum dominum Ubertum a ratione predicta nomine dicti sui officii et gestorum per eum in dicto suo officio.

<sup>a</sup> sic.

45



Acta fuerunt omnia et singula supradicta in domo habitationis dicti domini Uberti sita Bononie in Val de la Vexa<sup>1</sup>, in capella Sancti Mamme, presentibus Pelegrino Iohannis de Zambechariis notario et Gregorio de Bassis bidello dicte nationis, testibus ad hec vocatis et rogatis etc.

5 *Signum.* Ego Nicolaus Petri de Manzolino Bononiensis civis, publicus imperiali et communis Bononiensis auctoritate notarius etc.

## 68.

*Eberhardus de Attendorn et Tholemannus de Treveris procuratores eliguntur.*

10 *Ex libro annalium fol. 67r.*

## Bononiae, in ecclesia fratrum de Saccis, 9. Ianuarii 1371.

\* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo primo, *fol. 67r.* indictione nona, die nono mensis Ianuarii, congregata et simul choadunata honorabili natione dominorum Theotonicorum studii Bononiensis in ecclesia fratrum de Sacho extra portam civitatis Bononie burgi Sancti Mamme, ut moris est, pro electione facienda de novis procuratoribus ipsius nationis pro anno presenti, ut  
15 moris est, in qua quidem congregatione interfuerunt ultra quam due partes scolarium eiusdem de mandato et voluntate venerabilium et nobilium virorum dominorum Iohannis Lupf et Chunonis de Stirtzilinhem de Allamania antiquorum procuratorum anni proxime ellapsi nationis prefate per Gregorium de Bassis bidellum dicte nationis, incontinenti in dicta congregatione elegerunt et nominaverunt electores ad predicta facienda  
20 secundum formam statutorum dicte nationis; qui electores sic electi in dicta congregatione incontinenti una cum predictis procuratoribus anni proxime ellapsi insimul ut supra congregati trasserunt se in partem et per cedullas nominando unanimiter et concorditer elegerunt in procuratores dicte nationis pro anno presenti venerabiles, providos et discretos viros dominos Eberhardum de Attendorn et Tholemannum de Treveres<sup>a</sup> ambos de Allamania et de dicta natione et scolares Bononie morantes in iure canonico ibidem presentes  
25 et astantes et officium prefatum sponte acceptantes; qui eorum officium prefatum iuraverunt secundum formam statutorum dicte nationis.

Actum in ecclesia predicta fratrum de Sacho extra portam civitatis Bononie burgi Sancti Mamme, presentibus Gregorio de Bassis bidello nationis prefate et Pelegrino Iohannis de Zambechariis notario, testibus ad predicta adhibitis, vocatis et rogatis.

30 *Signum.* Ego Nicolaus Petri de Manzolino Bononiensis civis, publicus imperiali et communis Bononiensis auctoritate notarius etc.

## 69.

35 *Inventarium et ratio.*

*Ex libro annalium fol. 67r. et 67v.*

## Bononiae, in domo habitationis Cunonis de Stürzelheim, 12. Ianuarii 1371.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo primo, 40 indictione nona, die duodecimo mensis Ianuarii, supradicti venerabiles et nobiles viri domini Iohannes Lupf et Chunonus<sup>a</sup> de Stirtzilinhem de Allamania procuratores antiqui et anni proxime ellapsi honorabilis nationis

<sup>a</sup> sic.

45 <sup>1</sup>) Via cui nunc nomen est Val d'Aposa. M.



prefate dominorum Theothonichorum in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, prius facto solempni et dilligenti chalchullo sue rationis de omnibus et singulis ad eorum manus perventis toto tempore eorum officii de introytibus, redditibus, rebus et bonis dicte nationis, ut moris est, dederunt, tradiderunt et consignaverunt venerabilibus, providis et discretis viris dominis Eberardo et Tholemanno ibidem presentibus et recipientibus tamquam procuratoribus novis et de novo electis et creatis, ut moris est, pro anno presentis 5 infrascriptas res et pecuniam spectantes et pertinentes ad dictam nationem dominorum Theothonichorum: Imprimis in pecunia numerata unum florenum de Chamera in auro. Item soldos decem et octo Bononienses. Item septem parvulos Bononienses. . . .<sup>1</sup> Item indumentum pro diacono de sindone rubeo. Item aliud fol. 67 v. indumentum de dicto \* sindone pro subdiacono. . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in domo habitationis dicti domini Chunonis antiqui procuratoris sita in capella 10 Sancte Margarete, presentibus Pelegrino Iohannis de Zambechariis notario, Alberto filio Achardi de Austria et Tanberto quondam Petri laboratore capelle Sancti Blaxii, testibus ad hec vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Nicolaus Petri de Manzolino Bononiensis civis, publicus imperiali et communis Bononiensis auctoritate notarius etc.

Eisdemque millesimo, indictione, mense, die, loco et testibus supradicti domini Iohannes Lupf et 15 Chunonus\* procuratores antiqui nationis prefati\* et anni proxime ellapsi existentes in presentia supradictorum dominorum scilicet predictorum dominorum Eberhardi et Tholemanni novorum procuratorum nationis prefate pro anno presentis hostenderunt et rediderunt, ut moris est, bonam et legalem rationem eisdem et cuilibet eorum de omnibus et singulis gestis et factis in dicto eorum officio et tempore eorum officii, et de omni pecunia, rebus et bonis ad eorum manus perventis tempore eorum officii, et sic omnibus et sin- 20 gulis dilligenter inspectis, visis et chalchulatis per eos omni modo, iure, forma, quibus mellius potuerint et possint, ipsi domini Eberhardus et Tholemannus procuratores novi predicti absolverunt et liberaverunt predictos antiquos procuratores ab omni ratione sue administrationis predictae redende\* etc., rogantes me Nicolaum notarium predictum et infrascriptum, ut de predictis publicum conficiam instrumentum.

*Signum.* Ego idem Nicolaus de Manzolino notarius prefatus predictis omnibus et singulis interfui et ea rogatus 25 scribere predicta publice scripsi s. s. s.

## 70.

*Andreas Suderman de Tremonia et Iohannes Kochner procuratores eliguntur.* 30

*Ex libro annalium fol. 68r.*

**Bononiae, in domibus ecclesiae fratrum de Sacco, II. Ianuarii 1372.**

fol. 68r. \* In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, indictione decima, die undecimo mensis Ianuarii, congregata et simul choadunata honorabili nactione domi- 35 norum Theotonichorum studii Bononiensis in domibus ecclesie fratrum de Sacco extra portam burgi Sancti Mamme civitatis Bononiensis, ut moris est, pro electione facienda de novis procuratoribus ipsius nationis pro anno presentis, ut moris est, in qua quidem congregatione interfuerunt ultra quam due partes scolarium eiusdem nationis de mandato et voluntate venerabilium et nobilium virorum dominorum Eberardi de Athendorn et Tholemanni de Treveris de Allamania antiquorum procuratorum anni proxime ellapsi dicte nationis 40 per Gregorium de Bassis bidellum dicte nationis, incontinenti in dicta congregatione elligerunt unanimiter

\* sic.

† Cf. No. 58.



et concorditer nominaverunt electores ad predicta facienda secundum formam statutorum dicte nationis, qui electores sic electi in dicta congregatione incontinenti una cum predictis procuratoribus antiquis anni proxime elapsi simul ut supra congregati trasserunt se in partem et per cedullas nominando unanimiter et concorditer elligerunt in procuratores dicte nationis pro anno pressenti venerabiles, nobiles, providos et discretos viros dominos Andream dictum Suderman de Tremonia scolarem Bononie in iure civili et dominum Iohannem Chochener scolarem Bononie in iure canonico canonicum Augustensem, ambos de Allamania et de supradicta natione ibidem pressentes et astantes et officium prefatum sponte acceptantes; qui incontinenti eorum officium prefatum iuraverunt secundum formam statutorum dicte nationis.

Actum in domibus ecclesie fratrum de Sacho sitis extra portam burgi Sancti Mame civitatis Bononiensis, presentibus Pelegrino Iohannis de Zambechariis notario et Gregorio de Bassis bidello dicte nationis, testibus ad hec vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Nicolaus Petri de Manzolino etc.

15

## 71.

*Inventarium et ratio.*

*Ex libro annalium fol. 68r. et 68v.*

**Bononiae, in domo Eberhardi de Attendorn, 13. Ianuarii 1372.**

20

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, indictione decima, die tercio decimo mensis Ianuarii, supradicti venerabiles et nobiles viri dominus Eberardus de Athendorn et Tholemannus de Treveris de Allamania procuratores antiqui anni proxime elapsi honorabilis nationis prefate dominorum Theothonicorum in pressencia mei notarii et testium infrascriptorum, prius facto solempni et dilligenti chalchulo sue rationis de omnibus et singulis ad eorum manus perventis toto tempore eorum officii de introitibus, redditibus, rebus et bonis dicte nationis, ut moris est, dederunt, tradiderunt et consignaverunt venerabilibus, providis et discretis viris dominis Andree de Tremonia et Iohanni Kochener de Allamania ibidem presentibus et recipientibus tamquam procuratoribus novis et de novo electis et creatis, ut moris est, pro anno pressenti infrascriptas res et pecuniam spectantes et pertinentes ad dictam nationem dominorum Theothonicorum: Imprimis in pecunia numerata soldos novem Bononienses. . . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, in domo residencie dicti domini Averardi antiqui procuratoris sita in capella Sancti Christoferi de Saragozia, presentibus Torello quondam Andree de Torellis, Pellegrino Iohannis de Zambechariis et Gregorio de Bassis bidello, testibus ad hec vocatis et rogatis.

\* *Signum.* Ego Nicolaus Petri de Manzolino etc.

fol. 68v.

35

Eisdemque millesimo, indictione, mense, die, loco et testibus supradicti domini Eberardus et Tholemannus procuratores antiqui nationis prefate et anni proxime elapsi, existentes in presentia supradictorum dominorum Andree et Iohannis novorum procuratorum nationis prefate pro anno pressenti, hostenderunt et rediderunt, ut moris est, bonam et legalem rationem eisdem et cuilibet eorum de omnibus et singulis per eos gestis et factis in dicto eorum officio et tempore eorum officii et de omni pecunia, rebus et bonis ad eorum manus perventis tempore eorum officii et in dicto suo officio, et sic omnibus et singulis dilligenter inspectis, visis et chalchulatis per eos omni modo, iure et forma, quibus mellius potuerunt et possunt, ipsi domini Andreas et Iohannes novi procuratores, absolverunt et liberaverunt predictos antiquos procuratores

45

<sup>1</sup> Cf. No. 58.



ab omni ratione sue administrationis predictae redende<sup>a</sup>, rogantes me Nicolaum notarium infrascriptum et supradictum, ut de predictis publicum conficiam instrumentum.

*Signum.* Ego idem Nicolaus de Manzolino etc.

72.

5

*Inventarium et ratio.*

*Ex libro annualium fol. 69r. et 69v.*

**Bononiae, in domo Iohannis Kochner de Bopffingen, 6. Ianuarii 1373.**

*fol. 69r.*

\* In nomine Domini. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo septuagesimo tercio, 10  
indictione undecima, die sexta mensis Ianuarii, hora nona vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris  
et domini domini Gregorii divina providencia pape undecimi anno III., venerabiles viri dominus Andreas  
de Tremonia et dominus Iohannes Kochner de Bopffingen procuratores anni proximi elapsi honorabilis  
nacionis dominorum Theotunicorum utriusque iuris Bononie studentium in presencia mei notarii publici et  
testium infrascriptorum, prius facto sollempni et diligenti calculo sue racionis de omnibus et singulis ad 15  
eorum manus perventis<sup>b</sup> toto tempore eorum officii de introitibus, redditibus, collectis, rebus et bonis dicte  
nacionis, ut moris est, dederunt, tradiderunt<sup>c</sup> et consignaverunt venerabilibus, providis et discretis viris do-  
minis Iacobo de Hexheim . . . preposito in Pallaciolo Treverensis diocesis et Iohanni de Sengen canonico  
Brixinensi procuratoribus anni presentis ibidem presentibus una cum aliis dominis a dicta nacione ad rationem  
audiendam deputatis, receperunt tamquam procuratores novi et de novo electi et creati, prout moris est, 20  
pro anno presenti, infrascriptas res et pecuniam spectantes et pertinentes ad dictam nacionem dominorum  
Theothunicorum: Inprimis in pecunia numerata solidos sedecim Bononinorum. Item statuta nacionis pre-  
dictae cooperta cum asscribus. Item alia statuta nova sine asscribus, in quorum principio est figura passionis  
Christi, de novo tradita per predictum dominum Iohannem de Sengen. . . .<sup>d</sup>

Actum Bononie, in domo residencie dicti domini Iohannis Kochner de Bopffingen antiqui procu- 25  
ratoris nacionis sepedicte sita in parrochia<sup>e</sup> Sancti Proculi, presentibus domino Bretzlao preposito Sancti  
Georgii Gnesnensis canonico Gnesnensi, domino Hildebrando de Tremonia clerico Coloniensis diocesis et  
Erasmio de Wratislavia, testibus ad hoc vocatis et rogatis.

*Signum.* Et ego Iohannes Schurer clericus Constantiensis diocesis publicus auctoritate imperiali notarius iuratus etc.

30

Eisdem anno, indictione, mense, die, loco, hora et testibus, supradicti domini Andreas et Iohannes  
procuratores antiqui nacionis prefate et anni proximi elapsi existentes in presencia supradictorum dominorum  
Iacobi et Iohannis novorum procuratorum nacionis prefate pro anno presenti ostenderunt, reddiderunt, ut  
moris est, bonam et legalem racionem eisdem et cuilibet eorum de omnibus et singulis per eos gestis et  
factis in dicto eorum officio et tempore eorum officii et de omni pecunia, rebus et bonis ad eorum manus 35  
perventis tempore eorum officii<sup>d</sup> et in dicto suo officio; et sic omnibus diligenter inspectis, visis et auditis  
ac calculatis per eos omni modo, iure et forma, quibus melius potuerunt et possunt ipsi domini Iacobus et  
Iohannes novi procuratores absolverunt et liberaverunt predictos antiquos procuratores ab omni racione sue  
administracionis predictae reddende<sup>a</sup>, rogantes me Iohannem notarium infra- et suprascriptum, ut de predictis  
publicum conficerem instrumentum. 40

*Signum.* Ego Iohannes Schurer clericus Constantiensis diocesis studens Bononie in iure canonico predictae nacionis  
iuristarum prefate predictis omnibus et singulis interfui et ea rogatus scribere predicta publice scripsi s. s.

<sup>a</sup> sic.

<sup>b</sup> provenientibus A.

<sup>c</sup> traderunt A.

<sup>d</sup> officio A.

<sup>e</sup> Cf. No. 58.

<sup>f</sup> Verba in parrochia bis scripta sunt.

45



## 73.

*Wynricus de Knyprode et Iohannes Magistri procuratores nationis eliguntur.*

*Ex libro annalium fol. 70r.*

**Bononiae, in domibus ecclesiae fratrum de Sacco, 6. Ianuarii 1374.**

\* In Christi nomine. Amen. Eiusdem nativitatis anno millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, fol. 70r.  
indictione duodecima, die sexto mensis Ianuarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri  
10 domini Gregorii divina providentia pape undecimi anno quarto, congregata et simul choadunata honorabili  
natione dominorum Theothonicorum studii Bononiensis in domibus ecclesie fratrum de Sacho extra portam burgi  
Sancti Mamme civitatis Bononie, ut moris est, pro electione facienda de novis procuratoribus ipsius nationis  
pro anno presenti, ut moris est, in qua quidem congregatione interfuerunt ultra quam due partes scolarium  
eiusdem nationis de mandato et voluntate dicte nationis per Gregorium de Bassis bidellum nationis eiusdem,  
15 incontinenti in dicta congregatione eligerunt<sup>a</sup> unanimiter et concorditer et nominaverunt electores ad pre-  
dicta facienda secundum formam statutorum dicte nationis, qui electores sic electi in dicta congregatione  
incontinenti trasserunt se in partem et unanimiter et concorditer eligerunt in procuratores dicte nationis  
pro anno presenti venerabiles et nobiles viros dominos Wynricum de Knyprode Maguntinensis necnon Sancti  
Pauli Leodiensis ecclesiarum canonicum et Iohannem Magistri ordinis beate Marie Theothonicorum canonicum  
20 Culmensem scolares Bononie in iure et de suprascripta natione ibidem presentes et astantes et officium pre-  
dictum sponte acceptantes; qui incontinenti eorum officium prefatum iuraverunt secundum formam statuto-  
rum dicte nationis fideliter exercere.

Actum ubi supra, presentibus Gregorio de Bassis bidello dicte nationis et Nicolao eius nepote et  
Marquardo Audacis Lubicensis diocesis, testibus ad hec vocatis et rogatis.

25 *Signum.* Ego Peregrinus quondam Iohannis de Zambecariis etc.

## 74.

*Inventarium.*

*Ex libro annalium fol. 70r.*

**Bononiae, in domo Iohannis de Winzingerode, 6. Ianuarii 1374.**

In Christi nomine. Amen. Anno, indictione, mense, die et pontificatu quibus supra venerabilis  
35 vir dominus Iohannes de Wincingerode camerarius ecclesie Padeburnensis de mandato nationis suprascripte  
in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, prius facto solemniter et diligenter chalculo sue rationis  
de omnibus et singulis ad manus ipsius perventis toto tempore officii sui de introitibus, redditibus, rebus  
et bonis dicte nationis, ut moris est, dedit, tradidit et consignavit venerabilibus et nobilibus viris dominis  
Wynrico de Knyprode et Iohanni Magistri ibidem presentibus et recipientibus tamquam procuratoribus novis  
40 et de novo electis et creatis, ut moris est, pro anno presenti infrascriptas res spectantes et pertinentes ad  
dictam nationem dominorum Theothonicorum: . . .<sup>1</sup>

<sup>a</sup> sic.

45 <sup>1</sup> Cf. No. 58.

Acta nationis Germanicæ.



Actum Bononie, in capella Sancti Christofori de Saragotia, in domo habitationis dicti domini Iohannis, presentibus venerabili et nobili viro domino Arnolde Rogiten canonico Warmiensi, licentiatum in iure canonico<sup>a</sup>, Gregorio de Bassis dicte nationis bidello et Nicolao eius nepote, testibus ad hec vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Peregrinus quondam Iohannis de Zambeccariis etc.

5

## 75.

*Inventarium.*

*Ex libro annalium fol. 71v.*

10

**Bononiae, in domo episcopi Cerviensis, 18. Ianuarii 1379.**

*fol. 71v.*

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo nono, indictione secunda, die decimo octavo mensis Ianuarii, tempore sanctissimi in Christo patris et domini domini Urbani divina providentia pape VI. pontificatus eiusdem anno primo. Patheat evidenter universis et singulis huius instrumenti publici seriem inspecturis, quod venerabilis vir dominus Petrus de Frowenberg canonicus Frisingensis procurator vetus honorabilis nationis dominorum Teutonicorum studii Bononiensis in presentia mei notarii et testium infrascriptorum dedit, tradidit et consignavit venerabilibus et honorabilibus viris dominis Ottoni de Otingen Salgeburgensis<sup>b</sup> diocesis et Nicolao Snell de Balgingen, ambobus procuratoribus novis nationis predictae pro presenti anno ibidem presentibus, recipientibus ibidem et in presenti nomine et vice dicte nationis custodiendi et salvandi causa infrascriptas res spectantes et pertinentes ad dictam nationem dominorum Theutonicorum, videlicet: Imprimis duos calices cum pathenis argenteos deauratos, scilicet unum cum nodo et alium cum smaltis sub nodo. Item infrascriptos libros, videlicet unum librum magnum miscalem<sup>b</sup> cum copertorio nigro, cuius libri rubrica<sup>c</sup> sic incipit: „In festo omnium sanctorum ad vespervas super [p]salmos antifana“, sub nota musicali: „Gaudent in celis“. Item unum librum missalem cum duobus pluteis, qui liber sic incipit in rubrica: „Incipit ordo missalis“ et in nigro incipit: „Ad te levavi“. Item unum librum musicalem, qui incipit: „Gaudent in celis“ superius de here contabulatum. Item unum alium librum consimilem et equalem in forma, qui incipit in nigro: „Gaudent in celis“. Item unum librum miscalem<sup>b</sup> parvum, qui incipit: „Suscepimus“. Item alium librum equalem in forma, qui incipit: „Suscepimus“. Item unum librum statutorum, in cuius principio continetur evangelium, videlicet: „In principio erat verbum“. Item unum librum continentem rationes singulorum procuratorum et in rubrica incipit: „Incipiunt exempla instrumentorum“. Item duos sexternos sequentiarum, quorum videlicet primus incipit: „Eya regulamus“<sup>b</sup> cum copertorio unius folii pergameni scripti, qui incipit: „Laudate pueri Dominum“. Item quodam instrumentum publicum magnum, cuius subscriptio est: „Ego Franciscus Marci“. Item plurima instrumenta diversarum maynenerum<sup>d</sup> in publica forma, que sunt in numero decem et septem in petiis, insimul convoluta suta cum filo, unum retro aliud, cuius primi instrumenti subscriptio est: „Ego Mateus Cambii“, ultimi vero subscriptio est: „Ego Felicianus Petri“. Item unum aliud instrumentum publicum, cuius subscriptio finalis est: „Ego Pelegrinus quondam Henrici“. Item aliud instrumentum publicum, cuius subscriptio est: „Ego Bonaventura quondam Zamboni“. Item aliud instrumentum publicum, cuius [sub]scriptio est: „Ego Pelegrinus quondam Iohannis“. Item duo superpelicia de sirico. Item duas cappas cum capuciolis et nodis retro de sirico rubei coloris, quibus fit usus in vespervis. Item unam aliam cappam cum monili deaurato pro vespervis. Item duas casullas ad diaconum et subdiaconum deputatas de sirico rubeo cum pendicullis siriceis et duobus parvis cristalinis in circuitu colli. Item tres casullas missales, scilicet unam crocey coloris cum avibus

<sup>a</sup> civili deletum.

<sup>b</sup> sic.

<sup>c</sup> in rubrica A.

<sup>d</sup> sic loco manerierum.

45



siticis sive papagalarum\* contestas, secundam de sirico rubeo cum spallis aureis ad modum crucifissi appo-  
 sitis, terciam de sirico coloris sublavey variis signis et formis de blaveo et croceo insertis cum forma plu-  
 rimorum sanctorum ibi anecessa. Item duas albas cum super hiis duobus missalibus et cum duabus stolis  
 et duobus manipulis et duobus zonis cintoriis. Item unum pannum siriceum pro decore altaris cum ani-  
 5 malibus albis leonum alatis diversis formis insertis. Item unum pannum siriceum pro copertura pulpidi in  
 festis solempnibus coloribus viridi et subrubeo coloratum. Item duo tentoria pro altari fibulata rubeo et  
 croceo coloris. Item duo dopleria fracta. Item unam capsam magnam de nuce cum duabus clavibus et  
 duabus clavaturis. Item unum sigillum hereum nactionis prefate. Item in pecunia numerata de argento  
 scilicet in Bononiensibus grossis et Anthonitanis solidos quinquaginta duos Bononienses. Item unum florenum  
 10 auri Ungarorum. Item in alia parte prefati procuratores novi nomine dicte nactionis fuerunt confessi et con-  
 tenti habuisse et recepisse et eis traditam et designatam fuisse a suprascripto domino Petro procuratore veteri  
 unam capsam magnam pro paramentis deputatam. Item duo dopleria et duos cereos magnos, quam capsam  
 cum dictis dopleriis et cereis asseruerunt partes predictae esse extra portam burgi Sancti Mamme de Bononia  
 ad ecclesiam loci fratrum ordinis Sancti Fridiani sive de Sachis. Quas quidem omnes res superius descriptas  
 15 promiserunt predicti procuratores novi et uterque eorum in sollidum solempni stipulatione se obligando dicto  
 domino Petro procuratori veteri ibidem presenti stipulanti et recipienti nomine et vice nactionis predictae et  
 omnium et singulorum quorum interest et interesse possit bene, fideliter et diligenter, omni dolo et fraude  
 remotis tenere, custodire et salvare pro nactione predicta et scolaribus eiusdem nactionis secundum formam  
 statutorum nactionis predictae, sub obligatione omnium suorum bonorum et iurium presentium et futurorum,  
 20 renuntiantes dicti novi procuratores in hiis et super hiis omnibus et singulis exceptioni eis et cuilibet eorum  
 non datarum, non consignatarum et non traditarum dictarum rerum per suprascriptum dominum Petrum,  
 ut supra dictum est, et ex causa predicta et omni alii auxilio legum, iuris et usus, rogantes dicte partes  
 me Iohannem notarium infrascriptum, quod eis de predictis publicum conficiam instrumentum.

Actum Bononie, in capella Sancte Margarete in quadam domo domini episcopi Cerviensis<sup>1</sup>, in qua  
 25 morantur procuratores predicti novi nactionis predictae, presentibus venerabili viro domino Iohanne domini  
 ducis Bavarie filio, electo Frisingensi, domino Henrico de Randegg canonico Ouriensi<sup>2</sup> et Nicolao quondam  
 Bartolomei Lombardi de Bononia bidello scolarium nactionis predictae, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Iohannes Dominici Iohannis de Castagnolo etc.

30

76.

*Inventarium et ratio.*

*Ex libro annalium fol. 75r.*

**Bononiae, in domo Ferrariensis episcopi, 3. Februarii 1380.**

35 \* In nomine Domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimo, in- fol. 75r.  
 40 dictione tercia, die tercio mensis Februarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini . .  
 Urbani divina providentia pape VI. tempore, eiusdem anno secundo. Universis et singulis huius instrumenti  
 publici seriem inspecturis pateat evidenter, quod honorabiles viri et domini Nicolaus Snell de Balgingen  
 canonicus ecclesie Constanciensis, Otto de Ötinga Salzburgerensis diocesis procuratores antiqui venerabilis  
 40 nacionis dominorum Theotunicorum studii Bononiensis in mei notarii publici et testium infrascriptorum  
 presencia personaliter constituti, prius facta cum eisdem solempni et diligenti racione de omnibus et singulis

\* sic.

<sup>1</sup> Iohannis IV. de Florentina Viventium familia. Hic anno 1377 Cervensium episcopus renuntiatus, cum prius Pistoriensium  
 45 esset, Bononiae extremum diem clausit XXIX. Augusti M CCC LXXXII. M. <sup>2</sup> sic A. Cf. pag. 141, 25 Curionensis.



rebus et bonis dicte nacionis ad eorum manus toto tempore ipsorum officii quodcumque perventis, ut moris est, dederunt, tradiderunt et consignaverunt sapientibus et honestis viris, dominis Friderico rectori parochialis ecclesie in Gors Pataviensis diocesis, Heinrico de Chuden canonico Magdeburgensis ecclesie, ibidem presentibus, stipulantibus et recipientibus tamquam procuratoribus novis et de novo electis et creatis pro anno presenti nomine et vice dicte nacionis custodiendi et salvandi causa infrascriptas res spectantes 5 et pertinentes ad dictorum dominorum Theotunicorum nacionem, que describuntur et sunt hec, videlicet. . .<sup>1</sup> Item unum librum statutorum dicte nacionis antiquum. Item unum alium librum statutorum de novo scriptum. Item librum presentem continentem rationes singulorum procuratorum et exempla instrumentorum. . .<sup>1</sup> Item in alia parte dicti procuratores novi confessi et contenti fuerunt se habuisse et recepisse et ipsis traditas et assignatas fuisse a dictis dominis procuratoribus antiquis nomine dicte nacionis omnibus 10 ut premisi computatis viginti quinque libras Bononienses. . .<sup>1</sup>

Actum Bononie, ex opposito monasterii Sancti Dominici ordinis Predicatorum, in domo tunc Ferrariensis episcopi, ubi et in qua unus dictorum novorum procuratorum videlicet dominus Fridericus moratur, et in camera eiusdem, anno, die, indictione, pontificatu quibus supra, presentibus discretis viris domino Iohanne Mecziger rectore parochialis ecclesie in Stailikein Constanciensis diocesis et Nicolao quondam Bertho- 15 lomei Lombardi cappelle Sancti Andree de Ansallis, dictorum dominorum Theotunicorum bidello, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

*Signum.* Ego Heinrichus Oder clericus Frisingensis diocesis etc.

20

## 77.

*Inventarium et ratio.*

*Ex libro annalium fol. 76r.*

25

**Bononiae, in domo Friderici rectoris ecclesiae in Gars, 21. Ianuarii 1381.**

*fol. 76r.* In nomine Domini. Amen. Anno nativitatis eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. octuagesimo primo, indictione quarta, XXI. die mensis Ianuarii, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini Urbani divina providentia pape sexti tempore eiusdem anno tercio. Universis et singulis huius instrumenti seriem publici inspecturis pateat evidenter, quod honorabiles viri et domini Fridericus rector parochialis ecclesie in Gōrs 30 Pataviensis dyocesis, Hinricus de Chūden canonicus ecclesie Magdeburgensis procuratores antiqui venerabilis nacionis dominorum Theotunicorum studii Bononiensis in mei notarii publici et testium infrascriptorum presencia personaliter constituti, prius facta cum eisdem sollempni ac diligenti racione de omnibus et singulis rebus et bonis dicte nacionis ad eorum manus toto tempore ipsorum officii quodcumque perventis, ut moris est, dederunt, tradiderunt et consignaverunt sapientibus, honorabilibus et discretis viris dominis Io- 35 hanni Gruwel de Alginsheym canonico prebendato ecclesie Sancti Castoris in Cardone Treverensis dyocesis, Iohanni Metzker rectori parochialis ecclesie in Stailikeyn de Swevia Constanciensis dyocesis ibidem presentibus, stipulantibus et recipientibus tamquam procuratoribus novis et de novo electis et creatis pro anno presenti nomine et vice dicte nacionis custodiendi et salvandi causa infrascriptas res spectantes et pertinentes ad dictorum dominorum Theotonicorum nacionem, que describuntur et sunt hec: . . .<sup>1</sup> Item in alia [parte] dicti 40 procuratores novi confessi et contenti fuerunt se habuisse et recepisse et ipsis traditas et assignatas fuisse a dictis dominis procuratoribus antiquis nomine dicte nacionis omnibus ut premissum est computatis VIII libras Bononienses et VI solidos. . .<sup>1</sup>

<sup>1</sup> Cf. No. 75.

45



Actum Bononie, in domo dicti domini Frederici antiqui procuratoris sita in parrochia Sancti Proculi episcopi, ubi et in qua dictus dominus Fredericus tunc morabatur, et in camera eiusdem, anno, die, indictione, pontificatu quibus supra, presentibus discretis viris domino Ottone de Ottingen Salezburgensis dyocesis necnon domino Valentino de Ungaria canonico ecclesie Transsilvane et Nicolao quondam Bartholomei Lombardi capelle Sancti Andree dicte Bononiensis civitatis, dictorum dominorum Theotunicorum bidello, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

*Signum.* Et ego Everhardus Parvi clericus Zwerinensis dyocesis etc.

## 78.

*Inventarium.*

*Ex libro annalium fol. 77r.*

**Bononiae, in domo Iohannis Metzker, 12. Ianuarii 1382.**

\* In nomine Domini. Amen. Anno nativitatis eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXXII<sup>o</sup>, indictione quinta, XII. *fol. 77r.*  
 15 die mensis Ianuarii, in domo habitacionis honorabilis viri domini Iohannis Metzker rectoris parrochialis ecclesie in Stalikeyn de Swevia Constanciensis dyocesis, hora XXIII. vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Urbani divina providencia pape sexti anno eius quarto, in civitate Bononiensi, in mei notarii publici ac testium infrascriptorum presencia constitutus dictus dominus Iohannes Metzker procurator antiquus venerabilis nacionis dominorum Theotunicorum utriusque studii Bononiensis  
 20 pro se ac domino Iohanne Gruwel de Alginshym canonico ecclesie Sancti Castoris in Cardone Treverensis dyocesis ac domino Iohanne dicto de Kleinheir canonico ecclesie Wormaciensis propter absenciam dicti domini Iohannis Gruwel ad huiusmodi procuracionis [officium] per prefatam nacionem substituti, prius facta per eosdem sollempni ac diligenti racione de omnibus et singulis rebus et bonis dicte nacionis ad eorum manus toto tempore ipsorum officii quandocumque perventis, ut moris est, primo dederunt, tradiderunt et con-  
 25 signaverunt honorabilibus et discretis viris dominis Cyfrido de Mymmelingen canonico predicte ecclesie Wormaciensis et Nicolao Rygheman clerico Camynensis dyocesis tamquam procuratoribus novis et de novo per predictam nacionem electis et creatis pro anno presenti nomine et vice dicte nationis causa custodiendi et salvandi infrascriptas res spectantes et pertinentes ad dictorum dominorum Theotunicorum nacionem, videlicet: Inprimis duos calices cum patenis argenteis deauratos, unum scilicet cum nodo et alium cum smaltis  
 30 sub nodo. Item infrascriptos libros. . . .<sup>1</sup> Item dictus dominus Iohannes Metzker procurator antiquus tradidit eis in prompta pecunia duos ducatos et quatuor florenos cum XXXII solidis Bononiensibus. . . .<sup>1</sup>

Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, loco, quibus supra, presentibus honorabilibus dominis Lutoldo de Krenkingen Constanciensis dyocesis, magistro Francisco canonico et archidiacono ecclesie Constanciensis et pluribus aliis fide dignis.

35 *Signum.* Et ego Mathias Speyghel clericus Ratzeburgensis dyocesis etc.

## 79.

*Ratio et inventarium.*

*Ex libro annalium fol. 79r.*

**Bononiae, in domo Sifridi Mimmlingen, 11. Ianuarii 1383.**

\* In nomine Domini. Amen. Anno nativitatis eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXXIII<sup>o</sup>, indictione sexta, XI. die *fol. 79r.*  
 mensis Ianuarii, in domo habitacionis honorabilis viri domini Cyfridi Mymmelinghen prepositi ecclesie Sancti

45 <sup>1</sup> Cf. No. 75.



Petri in Maguncia, hora completorii vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Urbani divina providencia pape sexti anno eius quarto, in civitate Bononiensi, in mei notarii publici ac testium infrascriptorum presencia constituti honorabiles et discreti viri dictus dominus Cyfridus Mymmelinghen prepositus et dominus Bruno de Scharpenstein prepositus Wesaliensis procuratores antiqui venerabilis nacionis dominorum Theotonicorum utriusque studii Bononiensis; postea facta per eosdem antiquos procura- 5 tores sollempni ac diligenti racione honorabilibus et discretis viris domino Iohanne\* de Sundis presbitero Camynensis dyocesis et domino Petro Kisperger de Pingwia tamquam novis procuratoribus et de novo per predictam nacionem electis et creatis pro anno presenti nomine et vice dicte nationis, computacio est hec: Primo traditi fuerunt antiquis procuratoribus duo ducati et quatuor floreni una cum XXXII solidis Bononien- 10 sibus, modo computato quolibet ducato pro XXXVIII solidis et quolibet floreno pro XXXII\*, tunc resultat summa, videlicet XI libre et VIII solidi. Item antiqui procuratores perceperunt nomine pene a domino Hinrico de Colonia X solidos. Item a Nicolao de Conynghesteyn X solidos pro introitu nacionis. Item a quodam Enghelmaro de Austria X solidos pro introitu nationis. Item a domino Hermanno Dummerinnch canonico Bonnensi XXV solidos pro introitu nationis. Modo resultat summa ex istis II libre et XV solidi. Item Nicolaus bedellus nacionis tenetur annue nacioni solvere IIII libras pro vinea, que sunt sibi defalcate 15 pro sallario. Item antiqui procuratores receperunt de testamento Peregrini in die animarum quinque libras et expenderunt secundum ordinacionem defuncti. Item summa exposita per antiquos procuratores est XXIII libre et III solidi. Item facta computacione de perceptis extendentibus se ad summam ut supra, procura- tores antiqui expositis computatis per eos, extendentibus se ad XXIII libras et III solidos, defalcatis tunc perceptis ut supra notatum est, nacio remanet obligata antiquis procuratoribus in X libris; facta compu- 20 tacione antiqui procuratores dederunt seu tradiderunt novis procuratoribus causa custodiendi et salvandi infrascriptas res spectantes et pertinentes ad dictorum dominorum Theotonicorum nacionem. . . .<sup>1</sup>

Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, loco quibus supra, presentibus discretis et honora- bilibus viris domino Iohanne Cleynhere et domino Hermanno Dummerinnch canonico Bonnensi, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. 25

*Signum.* Et ego Mathias Speyghel clericus Ratzeborgensis dyocesis etc.

## 80.

*Ratio reddita a procuratoribus.* 30

*Ex libro annalium fol. 78 v.*

**Bononiae, 3. Februarii 1386.**

Anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXXVI<sup>o</sup>\*, mensis Februarii die III., nos Iohannes Stendal et Iohannes Canis procuratores dicte nacionis anni preteriti computavimus cum novis procuratoribus huius anni et reddi- dimus de gestis per nos in procuracionis officio nobis commisso debitam racionem et tandem compensatione 35 facta de receptis ad expensas remanserunt in receptis ultra expensa XVII solidi Bononienses, quos eis sol- vimus et expedivimus. In cuius rei testimonium nos subscripsimus, et fuerunt presentes domini Iohannes Hildebrandi de Saxonia tam nomine suo quam nomine domini Reineri de Zwollen sibi adiuncti per dictam nacionem ad audiendum rationes deputati et Iohannes Pistoris de Middelborch ac Nicolaus bedellus noster. Et ego Iohannes Stendal predictis assencio<sup>2</sup>. 40

\* Valor ducati solidorum 34, floreni solidorum 32 *al. m.*

\* *sic.*

<sup>1</sup>) Cf. No. 75.

<sup>2</sup>) *corr. ex MCCC LXXXVII.*

<sup>3</sup>) *Verba et ego sqq. alia manu addita sunt.*



## 81.

*Inventarium.**Ex libro annalium fol. 83v.*

5

**Bononiae, 13. Ianuarii 1393.**

\* In nomine Domini. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo CCC<sup>o</sup>. nonagesimo<sup>a</sup> tercio, in-  
 dictione prima, mensis Ianuarii die tercio decimo, hora terciarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo  
 patris ac domini nostri domini Bonifacii divina providencia pape noni anno eius quarto, in civitate Bo-  
 noniensi, in mei notarii publici ac testium infrascriptorum presencia personaliter constitutus honorabilis ac  
 discretus vir dominus Henricus Moy de Breda Leodiensis diocesis tamquam procurator antiquus venerabilis  
 nacionis dominorum Theotonicorum utriusque studii Bononiensis, facta prius per eundem antiquum procura-  
 torem solempni ac diligenti racione de omnibus et singulis rebus et bonis dicte nacionis ad eius manus toto  
 tempore ipsius officii quodcumque perventis, ut moris est, primo dedit, tradidit et consignavit venerabilibus  
 ac discretis viris dominis Iohanni de Wallenrode Bavanbergensis diocesis et Arnolde de Osenbrugge magistro  
 in artibus Osnaburgensis diocesis tamquam novis procuratoribus et de novo per predictam nacionem electis  
 et creatis pro anno presenti nomine et vice dicte nacionis causa custodiendi et salvandi infrascriptas res  
 spectantes et pertinentes ad dictorum dominorum Theotonicorum nacionem, videlicet: Inprimis unum calicem  
 argenteum deauratum cum patena argentea deaurata. . . .<sup>1</sup> Item unum coopertorium lecti cum armis comitis  
 de Monte contextum. . . .

Acta sunt hec anno, indictione, pontificatu, mense, die et loco predictis, presentibus discretis  
 viris. . . . .<sup>2</sup>

*Signum.* Et ego Willelmus de Wije clericus Traiectensis diocesis etc.

25

## 82.

*Inventarium et ratio.**Ex libro annalium fol. 85r.*

30

**Bononiae, in domo Iacobi Scerbe, 7. Ianuarii 1396.**

Tenor instrumenti confecti per notarium nacionis copiatu per manus Iob Vener de Argentina licentiati.

In nomine Domini. Amen. Sub anno eiusdem M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XCVI<sup>o</sup>, indictione quarta, die vero VII.  
 mensis Ianuarii, hora vesperorum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini  
 Bonifacii divina providencia pape IX. anno VII., in domo<sup>c</sup> habitacionis venerabilis viri domini Iacobi Scerbe  
 de Curonia<sup>b</sup> legum doctoris et licentiati in iure canonico, honorabiles viri ac domini Eglolfus de Knöringen  
 canonicus Augustensis ecclesie et frater Arnoldus Stapil ordinis beate Marie Theotonicorum rector parrochialis  
 ecclesie in antiqua Danzik, qui fuere procuratores nacionis Theotonicorum sub anno Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LXXXXV<sup>o</sup>  
 usque ad diem epiphanie proxime preteritam, in presencia mei notarii ac testium infrascriptorum, prius  
 facto solempni et diligenti calculo suarum racionum de omnibus et singulis ad manus ipsorum perventis toto  
 tempore sui officii de introitibus, redditibus, rebus et bonis dicte nacionis, ut moris est, dederunt, tradiderunt

<sup>a</sup> sic.<sup>b</sup> corr. ex Selonia?

45

<sup>1</sup>) Cf. No. 75.<sup>2</sup>) Novina testium desiderantur.



et consignaverunt venerabilibus viris dominis Iob Vener licenciato in legibus et Thilmanno [de] Devantria ibidem presentibus tamquam novis procuratoribus de novo prefata die epiphanie Domini creatis pro anno presenti istas res spectantes et pertinentes ad dictam nacionem dominorum Theotonicorum: Inprimis duo appendicia circa altare. Missale rubeo coopertum. Duo libri cantuales, qui incipiunt: ‚Gaudet in celis‘. Duo quaterni, qui incipiunt: ‚Eya recolemus‘. Item duo libri, qui incipiunt ‚Suscepimus‘. Item liber anti- 5 quorum statutorum universitatis. Calix argenteus et deauratus cum patena. Quidam pannus sericeus glauco et rubeo contextus pro altari. Carsucula blavia contexto cum pertinentiis presbiteralibus. Duas<sup>a</sup> almaticas<sup>a</sup> rubeas glauco subductas. Quedam alba cum stolis, manipulis et duobus cingulis. Duo superpelicia sericea et unum de lino. Coopertura cum armis ducis de Monte. Unum capitegium presbiterale. Cappa blavia auro contexta viridi subducta. Due cappe corales blavio subducte. Nova statuta nacionis. 10 Recepta autem per predictos duos procuratores, videlicet dominum Eglolfum et fratrem Arnoldum: Primo a domino Iohanne de Elerbach rectore parrochialis ecclesie in Holswang I ducatum, a domino Henrico de Filisinis libras V Bononienses, a domino Iohanne Nemschel de Prusia libras III Bononienses, a domino Conrado Schilher de Herbipoli I ducatum, a domino Arnolde de Osenbruke pro contribucione solidos XVI, a domino Iohanne de Alta Alamannia solidos XVI; dominus Volmarus solidos XVI, dominus Nicolaus de 15 Saxonia solidos XVI, dominus Magnus dedit solidos XIII, dominus Eglolfus solidos XVI, dominus Petrus de Lapide solidos XVI, prepositus antiquus solidos XVI, frater Arnoldus Stapil solidos XVI, prepositus Ieremias solidos XVI, Iob cum fratre solidos XXXII, dominus Symon solidos XVI, dominus Henricus de Frankonia solidos XVI, dominus Thilmannus solidos XIII, Lambertus solidos XVI, Conradus dedit IX solidos. — Verte fol. 85<sup>v</sup>. folium et quaere residuum. — <sup>a</sup> Sunt autem exposita hec infrascripta per procuratores ex parte nacionis pre- 20 fate: Primo portantibus cistam solidos II. Notario nacionis solidos XXIII. Pro alba preparanda solidos VI. Notario in palacio, qui scripserat instrumentum ex parte Flamingorum, ducatos II. Scriptori, qui scripserat statuta nova, et pro illuminatura eiusdem libri ducatos II, pro aliis facturis solidos VI et dimidium. In die assumptionis beate Marie pro malvesia et confectionibus solidos L. In die animarum pro malvesia et confectionibus solidos XXVI. In die epiphanie solidos LIII denarios X. Die date presencium pro vino solidos VI. 25 Nicolao bedello libras IX solidos XVI. Hiis omnibus suprascriptis receptis et hinc inde expositis et computatis nacio adhuc remanet obligata Nicolao bedello solidis XXI, domino Arnolde prefato solidis XIII. Acta sunt hec anno, indictione, mense, die, hora, pontificatu quibus supra, presentibus honorabilibus et discretis viris domino Conrado Schilher de Herbipoli et domino Iohanne Nemschel de Prusia, testibus per nacionem ad premissa specialiter deputatis. 30

## 83.

*Inventarium.**Ex libro annalium fol. 99<sup>v</sup>.*

35

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 27. Martii 1433.**

fol. 99<sup>v</sup>. <sup>a</sup> In nomine Domini. Amen. Anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo tertio, indictione undecima, pontificatus domini nostri pape anno . . . .<sup>1</sup>, die vero vicesima septima mensis Marcii, in mei notarii testiumque subscriptorum presencia honorabilis vir dominus Emundus procurator nacionis 40 Almanice in ecclesia Sacci extra muros Bononienses res infrascriptas ad ipsam nacionem pertinentes predicto

<sup>a</sup> sic.<sup>1</sup>) Annus tertius Eugenii IV. papae desideratur.

45



procuratoris nomine recepit per modum inventarii ab honorabili viro domino Gerharo canonico Maguntinensis et Treverensis ecclesiarum eiusdem nationis quondam procuratore. Que res tales sunt: Primo unus magnus liber cantus incipiens: ‚Ecce advenit‘ cum coopertorio nigro. Item alium librum cantus incipientem: ‚Ut videri supremus‘, finis: ‚Magnificat anima mea dominum‘. Item alium librum cantus, qui incipit: ‚Gaudent in celis‘, finis: ‚Gloria in excelsis‘ cum notis. Item alium librum cantus, qui incipit: ‚Suscepimus‘ cum mediis asseribus, finit: ‚Magnificat . . . . .‘. Item librum statutorum antiquorum nationis supradicte. Item librum statutorum novorum. Item librum statutorum antiquorum universitatis Bononiensis. Item librum rationum cum nominibus personarum cum coopertorio rubeo. Item unam casulam pro presbitero cum duabus tunicis pro diacono et subdiacono de serico rubeo. Item unam casulam de serico cum rosis aureis sine monili. Item unam cappam pro cantoribus de serico rubeo. Item unam aliam cappam similem etiam de serico rubeo. Item duo superpelicia de serico. Item unam albam camisiam lineam pro ministrante. Item unam stolam cum manipulo de serico rubeo et albo. Item duo capitalia, que alias dicuntur amite, quorum unum est quasi consumptum. Item duos cingulos pro celebrante pauci valoris. Item duo torticia seu candelas bene grossa et duo torticia parva. Item duo pulpita ad tenendum libros in choro, quorum unum portat libros duos et reliquum pro uno libro. Item unum rotullum septem instrumentorum, quorum primum est subscriptum per Matheum Cambii et ultimum per Felicianum. Item unum instrumentum contra Flemynghos subscriptum per Michaelem. Item una declaratoria contra Flemynghos cum tribus sigillis, quorum unum solum apparet integrum. Item unum rotullum cum duobus instrumentis subscriptum per Iohannem etc. Item unum instrumentum subscriptum per Bonamventuram. Item duo instrumenta in una carta subscripta per Peregrinum etc. Item unum instrumentum subscriptum per Christoferum et Iacobum. Item unum instrumentum subscriptum per Felicianum. Item unum instrumentum subscriptum per Petronium. Item novem instrumenta in uno rotulo, quorum primum est subscriptum per Matheum et alium per Felicianum. Item duo instrumenta in una carta magna, primum subscriptum per Franciscum. Item unam capsam parvam cum duabus sarraturis.

Acta sunt hec die, mense, etc. de quibus supra, in presencia tocius nationis Alamanie ad hoc specialiter congregate et presertim domini Wynaldi de Frisia licenciati in iure canonico et domini Alberti de Franconia scolarium et domini Ieronomi prioris ecclesie Saccorum supradicte etc.

Item prefatus dominus Gherhardus canonicus Maguntinensis et Treverensis ecclesiarum confessus est se impignorasse calicem<sup>1</sup> egregio viro utriusque iuris doctori domino Iohanni Andree pertinentem et spectantem ad dictam nationem promittens et se obligans sub penis camere prefata omnia redimere et sepedicte nationi restituere plenarie et integre sine aliquo ipsius nationis preiudicio et detrimento\*.

*Signum.* Et ego Rudolffus Obbirhusin de Dudirstad etc.

## 84.

*Incentarium.*

*Ex libro annalium fol. 117<sup>v</sup>.*

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 3. Ianuarii 1475.**

Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, indictione nona<sup>b</sup>, die tercio mensis Ianuarii, tempore pontificatus santissimi in Christo patris et domini nostri domini Sisti divina providentia pape quarti,

\* Postea a scholast[ic]is iterum redemptus, ut patet folio 109. *al. m.*

<sup>a</sup> evovac? *A.*      <sup>b</sup> sic loco octava.

<sup>1</sup>) Calix in margine pictus est, item homo in patibulo suspensus; ‚calix impignoratus‘ iuxta scriptum est.  
Acta nationis Germanicæ.



suprascripti domini Iohannes Perlen de Alamania et Paulus de Glerea<sup>a</sup> de Alamania procuratores nationis Alamanorum Bononie studentium et Ser Iohannes quondam Antonii de Manzolino notarius, procurator domini prioris generalis Santi Fedriani de Luca et vigore comissionis eidem facte per dictum dominum priorem fecerunt inventarium rerum et bonorum spectancium ad dictam nationem Alamanorum, existencium de presenti in dicta ecclesia Santi Fedriani extra portam Santi Mame, vulgariter dicta de Sachis, infrascriptorum per 5 dictum Ser Iohannem oculata fide, monstratorum et assignatorum dictis procuratoribus in notis et testibus infrascriptis. Que bona sunt infrascripta, videlicet: Inprimis unus liber cantus, qui incipit: „Ecce venit dominator“, et finitur: „Et lux perpetua lucet ad eos“, cum coperta nigra in forma magna in carta bona cum bulletis ottoni parvis et quatuor serraglis. Item<sup>1</sup> septem tubalia, quorum tria deserviunt altaribus, duo annexa palliis et duo alia bona. Item<sup>1</sup> unum velum sericeum, quod cooperit patenam in officio solemni, cum virgulis rubeis, 10 viridibus et glaucis et est novum. Item unus alter liber in carta bona pergamena, qui incipit: „Quid videri supremus“ et finitur: „Magnificat anima mea dominum“ in litera ultramontana in comuni forma cum copertura nigra cum multis buletis ottoni. Item una planeta cum rosis de auro in campo azuro fodrata tela azura. Item unum piviale de sirico rubeo fodratum pano seu tela azura. Item una alia planeta rubea de sirico cum frexio de auro antiquissimo cum fodra zala<sup>a</sup>. Item una tonexela rubea ad modum antiquum 15 cum fodra zala. Item alia to[ni]xela rubea antiqua similis prime. Item due cotte antiquissime de sirico albo. Item unus cameus antiquus laboratus<sup>b</sup> de sirico Alexandrino colore aredexela<sup>2</sup>. Item unus alius cameus gramitatus tela rubea cum cordela ad colare. Item duo amiti et duo cordoni<sup>3</sup>. Item una stola cum uno manipulo de sirico morelo et albo. Item una alia stola viridis cum uno manipulo albo<sup>4</sup>. Item duo libri de cantu et alter pro epistola. Item duo legilli de lignamine videlicet unus magnus. Item una 20 capsula, que est in coro prope altare versus fenestram, cum duabus clavaturis<sup>5</sup>. Item unum paleum ab altare de tella azura cum virgine Maria et armis imperatoris. Item una tabula ab altare magna deaurata, in qua est imago virginis Marie, prout in matricula nationis in folio 93, in qua est pictus dominus licenciatus, qui fecit eam pingere. Item unum missale antiquum in cartis boubacinis, incipit: „In calendaria“ et finitur: „Sudarium et vestes“. Item unus calis antiquus, qui habet pedem de ramo daurato<sup>c</sup> cum copa de 25 argento et cum una patena de ramo daurato.

Factum fuit predictum inventarium per dominum Iohannem Perlen de Alamania et dominum Paulum de Glerea de Alamania procuratores dicte nationis et per Ser Iohannem quondam Ser Iohannis de Manzolino notarium et procuratorem domini prioris generalis Santi Fidriani de Lucha incorporatus<sup>e</sup> dicta ecclesia Santi Fidriani, ipsos existentes in dicta ecclesia Santi Fidriani alias vulgariter nuncupata dai Sachi posita 30 extra portam et prope dictam portam Santi Mame, presentibus domino Herardo Reuchyn de Alamania, magistro Paxio quondam Iacobi de Lignamine strazarolo<sup>2</sup> capelle Iohannis in Monte et Pasqualino quondam Bartolomei de Uticellis famulo dominorum scolarium collegii domini Petri de Ancharano<sup>4</sup> de capella Santi Martini de Santis, testibus omnibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

Signum. Ego Franciscus quondam Iacobi de Caravita civis et notarius Bononiensis ac bidelus dicte nationis etc. 35

\* Iste planete sunt numero quinque in margine additum. \*\* et tres alii amiti al. m. \*\*\* Stole sunt numero septem et septem manipuli al. m. \*\*\*\* Nunc est archa nationis in domo procuratorum; quia res nationis in ecclesia sepius furto subtrahere fuerant, ut supra videre licet aliis manibus additum.

40

<sup>a</sup> sic loco Gelrea.<sup>b</sup> bis scriptum A.<sup>c</sup> sic.<sup>1</sup> In imo margine additi sunt hi articuli.<sup>2</sup> Italice „a reticella“, sive in forma parvae retis depictus. M.<sup>3</sup> Italice stracciajuolo, id est scrutorum venditor.<sup>4</sup> Petrus de Ancharano in Bononiensi et Ferrariensi studio iuris pontificii lector celeberrimus collegium Bononiense instituit pro pauperibus iuvenibus ibidem legum studio incumbens. M.

45



## 85.

*Inventarium.**Ex libro annalium fol. 119v.*

5

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 9. Februarii 1477.***Ihesus.*

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, indictione decima, die nono mensis Februarii, tempore sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti, circumspecti ac venerabiles viri domini Iohannes Mijler de Rasteten artium magister Parisiensis, scolaris iuris canonici necnon ecclesie Tambachensis Argentinensis diocesis vicarius perpetuus et dominus Paulus de Ghelria de Alamania, ambo ad presens honorabiles procuratores nobilis nationis scolarium Alamanorum Bononie studentium, de quorum mandato infrascripte res et bona dicte nationis date et consignate fuerunt venerabilibus ac circumspectis viris dominis Echardo de Wenden de Sassonia et Cristiano Pedich de Chemeniz de Boemia, ambobus noviter electis procuratoribus dignissimis nationis predictae ibidem presentibus et cum debita reverentia recipientibus dicta bona omnia, prout ipsi dixerunt et confessi fuerunt habere et habuisse penes se, videlicet. . . .<sup>1</sup> Item una capsula cum duabus clavibus et clavaturis, que est in domo prefati domini Cristiani procuratoris. . . . Item una tobalea ab altare sex brachiarum nova oxellata cum duobus bastonis bombacis azure. Item una alia tobalea ab altare antiqua sex brachiarum cum viginti quattuor bastonis bombacis azure inter parvos et magnos. Item una alia tobalea ab altare septem brachiarum quasi nova cum certis bastonis bombacis azure. Item una planeta rubea valerii cum fodera tele rubea cum uno frexio in medio albo, zallo et morello. Item una alia planeta panni zambelloti simplex et sine fodera antiqua cum uno frexio viridi in medio virgato. Item una alia planeta sirici zalli et morelli sine fodera facta cum avibus vel oxellis. Item octo manipoli et tres stole diversorum collarum, videlicet sirici et panni lini in uno ligamine. Item liber unus statutorum nationis predictae in cartis edinis. Item unus liber antiquus statutorum universitatis scolarium Bononie, qui est dicte nationis. Item matricula dicte nationis, que est in presenti volumine. Item certa instrumenta antiqua dicte nationis, que reposita sunt in capsula supradicta. Que omnia bona et res supradicta ad presens data et consignata fuerunt custodiendi causa per suprascriptos antiquos procuratores dictis novis procuratoribus presentibus etc. et promittentibus etc. et in fine eorum officii facere liberam reassignmentem etc.

Acta fuerunt predicta in ecclesia S. Fridiani de Sachis de et prope Bononiam, presentibus venerabili viro domino Ambroxio quondam . . . .<sup>2</sup> cappelano dicte ecclesie S. Fridiani, domino Gefferido Ciler de Erfordia et domino Petro Sotth de Argentina, scolaribus Bononie, et magistro Henricho quondam Nicolai de Alamania scriptore, bidello dicte nationis, qui dixit etc., testibus etc.

35 Ego Lucas Antonii de Formagnis civis Bononie etc.

## 86.

*Inventarium.**Ex libro annalium fol. 123v.*

40

**Bononiae, in ecclesia S. Fridiani, 3. Novembris 1482.**

Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, indictione quinta decima, die tertia mensis Novembris, spectabiles et circumspecti viri dominus Theudricus de Bulou et dominus Vernerius Bruin-

45

) Cf. No. 84.

) Deest nomen.

51\*



honorabiles procuratores congregationis dominorum scolarium nationis Almanorum studentium in civitate Bononie fecerunt descriptionem et inventarium bonorum mobilium dicte congregationis, alias datorum et assignatorum per antecessores ipsorum, dominis prioribus ecclesie Sancti Fridiani de Bononia alias de Sachis, in quo quidem inventario sunt bona infrascripta, videlicet: Imprimis. . .<sup>1</sup> Una capsula antiqua cum duabus clavaturis, que est in sacristia ecclesie S. Fridiani predicta. . . . Unum missaletum novum stampatum in cartis 5 bombicinis in forma parva et unum breviarium in cartis bombicinis usum. Suprascripta bona omnia prefati domini procuratores more solito assignaverunt venerabili viro domino Pasquino de Lucha rectori et gubernatori prefate ecclesie Sancti Fridiani custodiendi causa; qui dominus Pasquinus in presentia testium et mei notarii infrascriptorum fuit confessus bona omnia suprascripta penes se in dicta ecclesia et locis consuetis habere et iuxta posse promisit salvare, rogantes me Iohannem de Manzolino notarium prefatorum dominorum procuratorum, ut 10 de predictis omnibus mentionem facerem, et presentibus Henrico bidello nationis predictae, fratre Peregrino converso in dicta ecclesia et Philippo Emighelwele testibus omnibus in dicta ecclesia nostra existentibus rogatis etc.

Ego idem Iohannes de Manzolino notarius scripsi.

15

87.

*Inventarium.**Ex libro annalium fol. 166r.***Bononiae, in domo Herculis de Crescentis, 17. Aprilis 1516.**

20

*fol. 166r.*

In nomine Domini. Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo sexto decimo, indictione quarta, die Iovis decima septima mensis Aprilis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Leonis divina providentia pape decimi anno quarto, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus nobilis et circumspectus vir dominus 25 Melchiar de Gersdorff generosorum, nobilium, venerabilium et studiosorum dominorum inclite Germanice nationis scholasticorum Bononie militantium sive commorantium antiquus procurator certis ex causis animum ipsius ad hoc moventibus suo et egregii viri domini Georgii Scheubell, ut asseruit, college sui tunc absentis nominibus inventarium rerum et bonorum quorumcunque ad dictam Germanicam nationem spectantium et pertinentium per me notarium publicum infrascriptum fieri, res et bona huiusmodi conscribi ac novis do- 30 minis eiusdem nationis infranominatis procuratoribus tradi et assignari voluit atque peciit, prout incontinenti res infra designate reperte et per dictum dominum Melchiarum antiquum procuratorem exhibite et presentate ac [per] me subscriptum notarium ad ipsius requisitionem fideliter descripte et annotate sunt. Inprimis duo calices in superioribus de argento, inferioribus vero partibus de cupro deaurato. Item due patene deaurate alias de cupro. Item unum thuribulum de argento cum quibusdam imaginibus apostolorum in- 35 sculptis deauratum. Item duo corporalia una cum sex bursis. Item unum pluviale et una casula de schammoloto nigro\* et una casula una cum duabus tunicis pro diaconibus<sup>a</sup> de sirico rubeo. Item aliud pluviale de sirico varii coloris. Item aliud pluviale nigrum de lino a muribus corosum<sup>\*\*</sup>. Item eyn seiden furhang fur eyn altar von swarczim schammoloth<sup>\*\*\*</sup>. Item eyn ander seiden vorhang von mancherlai farben. Item eyn alben mit weisin damaschat, umbrale, manipulum und stola de damaschat; una zona 40

\* cum cruce aurea intexta *al. m.*  
 eyn seiden furhang von gron und geller seiden farbe *al. m.*

\*\* Item eyn alden czirisen gronen schammoloth *al. m.*

\*\*\* Item

<sup>a</sup> sic.

<sup>1</sup>) Cf. No. 85.

45



alba. Item alba cum rubea tila. Item eyn ander alben mit blauem atlass vorbrempt. Item eyn ander  
 furhang fur eyn altar von weisem parchit mit weiser linnoth underczogen und mit groen seiden creuczen.  
 Item eyn weis althertuch mit blawen strichen. Item mer eyn weis althertuch mit roter seiden awssgeneth.  
 Item aber eyn weis althertuch mit blawen strichen. Item eyn weiser furhang czun eym altar mit weisen  
 5 strichen awssgenet. Item unum mensale album de lino. Item eyn weis althertuch mit blawen strichen.  
 Item mer eyn weiser awssgenet zerisser furhang zw eynen altar. Item eyn cleines weis fuhenglin von  
 mangerlei zottin. Item eyn weis manipell. Item mer eyn weis manipell. Item czwen stoll, eyne von  
 eynen alten gulden stuck, die ander seiden. Item vier umbrall. Item dew kusen czw dem messbuchern.  
 Item czwe pannaczell ad sacramentum eucharistie awssgenet mit seiden. Item sechs gross pamisell. Item  
 10 czwe facileth. Item eyn blaus thuch mit eynem weisen creucz, das man braucht ad offitia mortuorum.  
 Item czwen banch tewicht<sup>a</sup>. Item eyn silbern schall. Item unum chirografum seu obligatio Ioannis Mecker  
 pro novem ducatis. Item tria vexilla swarcz, roth und geell. Item quatuor candelabra de orichalcho. Item  
 varia instrumenta. Item unus liber magnus in notis, incipiens: ‚Gaudeant in caelis‘ etc., continens offitia  
 mortuorum. Item unus alius liber in notis, quem fieri fecit reverendus pater dominus Marguardus de Stain  
 15 prepositus Bambergensis et canonicus Augustensis. Item unus parvus liber missalis et una pelvis parva de  
 orichalcho. Item alius liber in notis incipiens: ‚Credo in unum Deum‘. Item unum breviarium in notis pro  
 parte incipiens in rubro: ‚In anuclacione<sup>b</sup> sancte Mariae‘ ad vespas. Item unum missale magnum rubeum.  
 Item aliud missale rubeum parvum. Item unus liber horarum canonicarum secundum ritum ecclesie Madeburgen-  
 sis. Item psalterium unum in parva forma. Item unum missale in papiro scriptum. Item unus liber in chartis  
 20 membranis scriptus continens epistolas per anni circulum. Item alius quidam liber epistolarum in membranis  
 scriptus continens epistolas per anni circulum. Item alius quidam liber epistolarum in membranis scriptus.  
 Item certi libri in pollicioribus literis. Item Ioannes de Platea ‚super institutionibus‘. Item una cista magna  
 cum diversis clavibus. Item una parva capsula seu cista. De et super quibus omnibus et singulis premissis  
 supradictus dominus Melchiar sibi a me notario publico fieri atque confici peccit instrumentum et instrumenta.  
 25 \* Acta fuerunt hec Bononie, in edibus providi Herculis de Crescentis civis Bononiensis, sub anno, fol. 166 v.  
 indictione, die mensis et pontificatus ut supra. Presentibus ibidem venerabilibus et nobilibus viris dominis  
 Ioanne de Malticz canonico Misnensi et Ioanne Lump de Confluentia clerico Treverensis diocesis prenominate<sup>c</sup>  
 Germanicae nationis novis procuratoribus res et bona ut premittitur reperta, exhibita et descripta acceptanti-  
 bus, necnon Iacobo Fuchs Herbibolensis et Bambergensis ecclesiarum canonico, Philippo Burekhart Spirensi  
 30 et Nicolao Schonen diocesis Treverensis ac Valentino Steigentin Caminensis diocesis, ut et tanquam sindicis  
 ac prefatis dominis novis procuratoribus nominatis et electis, presentibus quoque dominis Antonio de Albers-  
 dorff et Hinrico Gugellein clericis Augustensis et Herbibolensis diocesum, testibus ad premissa vocatis et  
 specialiter rogatis.

35

88.

\* ‚Instructio hereditatis Ioannis de Scotia.‘

fol. 178 v.

Ex libro annalium fol. 178 v.

Bononiae, 1529.

40

Cum hereditas quondam Ioannis Scoti nostrae nationi delata per plures procuratores et diversos no-  
 tarios tractata et expedita sit, quo unicuique de ea certi quid constet, nobis Ioanni a Sclaberdorf et Adamo  
 Verlieser etc. procuratoribus non absre fore visum fuit hec eadem, prout tractata fuerunt, hic assignare.

45

<sup>a</sup> = teppich.<sup>b</sup> sic.<sup>c</sup> prenominate A.



## Ratio accepti.

Ioannes de Scotia quondam bedellus nationis Germanicae, qui obiit anno 1526., die octava Ianuarii, nationem nostram Germanam heredem instituit, ut patet in testamento suo conscripto per Caesarem de Valata notarium publicum, de quo in natione nostra habemus exemplar. Hanc igitur dictam hereditatem nobiles viri et scolares, videlicet dominus Iorius a Stern et dominus Carolus de Dardi\* Friso, ambo procuratores Germanicae nationis studii Bononiensis habentes ad hoc speciale mandatum a dicta nostra natione cum beneficio inventarii adiverunt, ut liquet ex inventario per dominum Camillum de Morandis notarium publicum conscripto, de quo exemplar auctenticum habemus. In qua dicta hereditate invenimus infrascriptos debitores, videlicet magistrum Alexandrum de Lippis stampatorem etc. in quantitate et summa librarum ducentarum quinquaginta quinque monete Bononiensis currentis pro residuo pretii cuiusdam domus alias per ipsum magistrum Ioannem de Scotia magistro Alexandro vendite, ut latius in inventario et alio instrumento rogato per Caesarem de Valata 1525. Item invenimus debitorem dominum Hyeronimum de Sancto Venantio in quantitate et summa librarum centum triginta unius Bononiensis monete currentis, de qua summa in depositum ei assignaverunt viginti quinque libras, quas dictus Ioannes de Scotia post mortem suam penes eum aut aliam idoneam personam ad utilitatem Clarae filiae quondam Lazaris aromatarii deponi voluit, — hec latius in testamento et inventario et alio instrumento rogato per dominum Camillum de Morandis —, quas XXV libras mortua dicta Clara non contracto matrimonio a domino Camillo de Morandis habuimus XVII. die Augusti anno 1529., qui pro predictis Ieronimi de Sancto Venantio heredibus fideiussit. Item invenimus stampas tam ligneas quam etiam de ramo aut ottone, quarum omnium numerus in dicto inventario continetur, que iudicio peritorum estimate et postea investite, ut infra latius in ratione expensi predictae hereditatis. Quae omnia et non plura in hereditate dicti Ioannis de Scotia inventa fuerunt, ut latius in inventario etc., quae singula simul computata ascendunt ad summam tricentarum et octuaginta sex librarum Bononiensis monete.

## Ratio expensi.

De qua suprascripta hereditate imprimis ex summa domini Hyeronimi de Sancto Venantio expensum est: Pro convocatione eorum quorum intererat, quando conficiebatur inventarium predicti testatoris Ioannis de Scotia per dominum Iorium<sup>b</sup> a Stern et Carolum Dardi\* etc. tunc temporis procuratores ex pecuniis nationis solute sunt libre due Bononiensis monete, quas receperunt ex dicta hereditate, ut latius in libro rationum nationis anni 1526. Aromatario Ioanni Andreae de Signa pro medicinis et cereis in funere predicti testatoris habitis solutum est a Hyeronimo de Sancto Venantio libre triginta quinque Bolognini<sup>30</sup> quinque, hec in inventario et instrumento publico ut supra. Preterea procuratores nostre nationis dominus Iorius a Stern et dominus Carolus Dardi receperunt a dicto Hieronimo de Sancto Venantio nomine testatoris Ioannis de Scotia viginti ducatos de camera, faciunt libras 74 Bononiensis monete, causa cuiusdam mutui inter testatorem et nationem 24 ducatorum a natione prestiti, ut hec etiam in libro rationum nationis anni 1526. videre licet. In lite ex consensu totius nationis cum magistro Alexandro de Lippis per nos Ioannem a Schlaberendorff et Adamum Verlieser procuratores habita pro pecuniis debitis non solutis et quibusdam<sup>fol. 173v.</sup> abnegatis, scilicet pro resto et integra solutione et satisfactione pretii domus olim per magistrum Ioannem de Scotia vendite dicto Alexandro, — de hac venditione latius in inventario etc. —, expensum est de pecunia nationis libre viginti una Bolognini quinque quatrini quatuor, ut patet in libro rationum nationis anni 1528., pro qua pecunia postmodum ex summa viginti quinque librarum nobis suprascriptis procuratoribus satisfactum fuit, quas a domino Camillo de Morandis recepimus, ut supra in ratione accepti predictae hereditatis et in libro rationum anni 1529. habetur, de quibus singulis ut, qualiter et quomodo singulariter sunt expense in predicta lite, habetur copia in natione nostra apud alia instrumenta suprascripte

\* sic.

<sup>b</sup> Iorioum A.



hereditatis etc. Postea ex summa supradicti magistri Alexandri de Lippis ita expensum fuit: Heredes dominae Lucretiae uxoris dicti testatoris post mortem supranominatae dominae Lucretiae receperunt a dicto Alexandro nomine dotium libras centum quinquaginta Bononiensis monete currentis, ut hec latius in testamento et inventario alioque instrumento Caesaris de Catellanis anni 1528., de quo exemplar habemus.

5 Idem Alexander in infirmitate Ioannis de Scotia cuidam Caterinae etc. pro victu, necessariis solvit libras octo et hec ex consensu Iorii a Stern procuratoris nationis. Idem ex comissione testatoris Henricho bedello nostro pro confessore suo dedit libras tres Bologninos tredecim, ut hec ex instrumento solutionis heredis predicti Alexandri conscripto per Ser Caesarem de Vallata. Mulieri Elisabethae<sup>a</sup> quondam Hectoris de Regio vidua<sup>a</sup> et uxor olim Lazari aromatarii, matri Lutiae, eius et dicti quondam Lazari filiae ac heredis supra-

10 dictae dominae Lucretiae dudum uxoris dicti magistri Ioannis de Scotia nomine transactionis ac cessionis, datis triginta quinque libris ex pecunia nationis, recepimus, ut latius ex duobus instrumentis, unum matris, alterum filiae, rogatis per Ser Cesarem de Catellanis anno 1528., de quibus exempla habemus<sup>b</sup>. Etiam in causa supradictarum transactionum expense sunt libre quinque Bononiensis monete, ut ex instrumento Ser Caesaris de Vallata 1529., que transactiones consensu totius nationis cum omni solemnitate iuris atque

15 consuetudinis celebratae fuerunt in presentia curatoris, iudicis et doctoris, testium ut moris est etc.; et hec etiam ex impulsu domini Ascanii auditoris reverendissimi gubernatoris acta sunt. Caesari de Valata notario publico pro confectione originalis testamenti Ioannis de Scotia et etiam mercede variorum instrumentorum spectantium ad predictam testatoris hereditatem solute fuerunt libras<sup>a</sup> septem et Bolognini duodecim, ut in supradicto Caesaris de Valata instrumento emptionis domus a magistro Ioanne Baptista aurifice anni 1529.

20 habetur. Ioannes Baptista quondam Gili de Montenariis aurifex, pro certa et rata parte pro indiviso unius domus nationi Germanae venditae cum curia, orto, puteo et aliis etc. positae in capella Sanctae Mariae de Muratellis in contrata Suzonome etc. et hoc pro pretio centum librarum Bononiensis monete currentis, de quo pretio prefatus venditor recepit libras quadraginta monete Bononiensis, residuum vero, quod est librarum sexaginta Bononiensis monete, in tantis formis rami et ligneis pro stampandis figuris sanctorum prout esti-

25 mate fuerant ad dictam summam ascendendum suprascripto Ioanni Baptistae aurifici tradidimus, ut hec in instrumento emptionis domus per Caesarem de Valata 1529., etiam prout infra in extracto investiturae et emptionis habetur. Et sic summa expositi ex pecuniis Alexandri de Lippis preter stampas facit ducentas quadraginta novem libras Bologninos quinque Bononiensis monetae; deducta tali summa accepti et expensi remanent apud nationem nostram libre quinque Bolognini quindecim, quas libras quinque Bologninos 15

30 nationi nos supradicti procuratores etc., ut in ratione nostra accepti anni 1529. habetur, tradidimus pro quibusdam predicti testatoris nationi debitis, ut patet in ratione anni 1526. et ratione anni 1527. \* Deinde *fol. 179v.* vero stampas tam ligneas quam etiam de ramo aut ottone investivimus simul cum pecunia suprascripti Ioannis Baptistae de Montenariis aurificis ut supra etc.

35 Investitura pecuniarum hereditatis una cum locatione.

Anno Domini 1529., die 11. Maii, magister Ioannes Baptista quondam Gili de Montenariis aurifex capellae Sanctae Mariae de Muradellis sponte et pro se et suis heredibus iure proprio vendidit et tradidit providis civibus Ioanni Andreae de Signa civi et aromatario Bononiensi et Alvisio quondam Caesaris de Asinellis etiam civi Bononiensi etc. commissariis ellectis olim per magistrum Ioannem Scocesium, ut in eius

40 ultimo testamento rogato per Ser Cesarem de Valata, cum potestate maxime atributa investiendi pecunias repertas tempore eius mortis pro utilitate nationis Germanicae etc., et sic predicti commissarii ex voluntate et consensu domini Ioannis a Slaberndorff et domini Adami Verlieser procuratorum dicte nationis Germanae certam ratam partem pro indiviso ut infra etc. cum dicto venditore unius domus cupatae et tasselatae cum



orto et puteo et aliis suis superextantibus positae Bononiae in capella Sanctae Mariae de Muradellis in contrata vocata Sozonome, iuxta viam publicam, iuxta heredes Oliverii de Mongardino etc. et alios confines, emerunt pro valore centum librarum Bononiensis monete currentis, capiendo dictam ratam partem a latere anteriori domus, salvo tamen utriusque pacti dictae domus pro comuni usu eorum. De quo pretio centum librarum prefatus venditor constitutus personaliter sponte confessus fuit habuisse et recepisse a suprascriptis 5 procuratoribus nationis Germanicae libras sexaginta Bononiensis monetae in tantis formis rami et ligneis pro stampandis figuris sanctorum valentibus dicto pretio, et renuntiavit etc.; ressiduum vero, quod est librarum quadraginta de pecuniis hereditatis, providus vir Ioannes Antonius de Ghisa batilaurius de pecuniis supradictae hereditatis apud eum dispositis etc. dedit et manualiter solvit dicto magistro Ioanni Baptistae presenti prout supra libras quadraginta Bononiensis dictae monetae in bonis monetis aureis, argenteis etc. 10 ad dictam summam ascendendum, prout ipse alias recipiens etc. Preterea idem venditor promisit legitimam et generalem defensionem etc. cum pactis vacuae possessionis etc., pro quo venditore et eius precibus, instantia etc. providus vir Nicolaus quondam de Aymericis Bononie civis, capelle Sancti Nicolai de Arboribus in solidum teneri voluit et promisit, quem fideiussorem prefatus venditor promisit conservare etc., ut hec latissime in instrumento emptionis predictae per Ser Caesarem de Valata, de quo exemplar in natione 15 nostra habemus. Postea vero supradicto anno 1529., die 29. mensis Iulii, nos supradicti procuratores concessimus et locavimus ad afflictum fruendum et francandum ad tempus et terminum sex annorum proxime futurorum, inceptorum iam in calendis Iunii proxime elapsi, predicto magistro Baptistae quondam Gili de Montenariis capellae supradictae domus ratam partem pro indiviso et pro pensione seu afflictu annuo dare et solvere promisit dictae nationi et agentibus pro ea libras septem Bononiensis monete currentis, scilicet 20 in festo nativitatis Domini pro dimidia et resurrectionis eiusdem pro reliqua dimidia singulo anno, cum pacto tamen, cum ante finem presentis locationis fieri debeat protestatio per ipsas partes per tres menses ante etc. casu quo voluerint in ea perseverare iuxta formam statutorum Bononiae, hec latius in instrumento locationis per Ser Caesarem de Valata, de quo exemplar habemus.

25

## Clausula gravaminis testamenti.

Sciendum est, cum hoc gravamine dictum<sup>b</sup> testatorem Ioannem Scotum reliquisset dictam hereditatem semper et in perpetuum dictae nationi Germanicae, scilicet quod pro eo tempore, quo natio Germanica dictos fructus, redditus, proventus percipiet, voluit celebrari singulo anno unam missam in cantu cum officio mortuorum, ut moris est, in die obitus eius, hoc est octavo die Ianuarii, et sic dominos scholares dictae nationis Germanicae 30 *fol. 180r.* tam presentes quam futuros in perpetuum studentes Bononiae sibi heredem et heredes universales instituit et esse voluit, et dicta natione desinente in totum pro tempore seu pro parte temporis, pro eo tempore quo deficiet et vacabit dicta natio, voluit fructus, redditus spectare et pertinere ad hospitale Sancti Iob de Bononia et ad societatem pauperum veruncundatorum<sup>a</sup> civitatis Bononiae, quousque dicta natio vacabit, etc.

Hec omnia supradicta ex variis instrumentis dicte hereditatis a nobis extracta et excerpta sunt. 35 Cetera vero latissime in testamento, inventario et aliis instrumentis super hanc hereditatem confectis patent.

## 89.

## \* Inventarium Germanicae nationis.\*

*Ex libro annalium fol. 182r.*

40

## Bononiae, 20. Ianuarii 1531.

Millesimo quingentesimo trigesimo primo, indictione quinta<sup>c</sup>, die vero vigesimo mensis Ianuarii, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris domini nostri Clementis divina providentia pape septimi etc.

<sup>a</sup> sic.<sup>b</sup> per dictum A.<sup>c</sup> sic loco quarta.

45



Noverunt<sup>a</sup> universi presentis publici instrumenti tenorem et continenter<sup>a</sup> inspecturi, lecturi ac audituri, qualiter egregius vir dominus Adamus Verlieser et nobilis dominus Georgius Zolnner in Brandt Bamburgensis ambo Francones legum scholastici, generosorum, nobilium, venerabilium ac studiosorum dominorum nobilissime Germanicae nationis Bononie militantium antiqui procuratores, considerantes ex re et utilitate predictae  
 5 nationis esse, ut inventarium omnium rerum et bonorum quorumcunque ad Germanicam nationem spectantium et pertinentium per me notarium publicum infrascriptum fiat et conscribatur, maxime cum per predictos procuratores quedam bona, quae in antiquo inventario anni 1516. habentur, mutata sunt, ut antiqui ornatus seu paramenta misse a tineis muribusque corrosi ac vetustate consumpti et sic aliqui libri cantus ex membranis oblitterati et antiquitate dispuncti, quae omnia suprascripta ab anno 1311. (ut in  
 10 nationis nostrae annalibus habetur<sup>1</sup>) hucusque duraverunt, videntes igitur ex talibus rebus nichil aut parum utilitatis aut decoris supradictae nationi accedere, ea comuni consensu nationis, prius super his extimatione habita, vendiderunt et loco ipsorum nova emerunt, quorum antiquorum venditorum et novorum emptorum precium in eorum ratione anni 1530. indicatur; preterea etiam cum quaedam sepedicte nationi adiecta sint ex accessione cuiusdam hereditatis ac privilegiorum per supradictos dominos procuratores a  
 15 sacratissimo Carolo quinto Romanorum imperatore impetratorum necnon aliquarum rerum ex argento confectarum et aliarum, quae in antiquo inventario anni 1516. non continentur, idcirco non absre predictis procuratoribus fore visum fuit, omnia et singula, mobilia et immobilia dictae Germanicae nationis bona speciali quoddam<sup>a</sup> inventario super his confecto inscribere et ea inibi specificare, quo plene sciatur, quid proprii dicta natio habeat, ut et sic posteros certiores reddendo contentiones et altercationes evitarentur, quales ex  
 20 tali incertitudine rerum sepenumero super multas et varias res exorsas esse hinc inde in dicte nationis annalibus dicti domini procuratores invenerunt. Hoc igitur inventarium omnium rerum et bonorum inclitae in alma-Bononiensi universitate Germanice nationis dicti antiqui procuratores dominus Adamus Verlieser et dominus Georgius Zolnner in Brandt in mei notarii publici et testium infrascriptorum ad hec spetialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constituti per me notarium publicum infrascriptum fieri vo-  
 25 luerunt et petierunt, in eo res et bona eiusdem nationis (quae potissima<sup>a</sup> ad munus procuratorium spectantia iam novis dominis procuratoribus suo statuto tempore resignata fuerunt; cetera vero, ut ornamenta misse, certis et legitimis ex causis, partim quod nondum in totum facta nec vendita erant, partim quod instrumentorum exemplaria iniquitate et procrastinatione notarii non exhibebantur, apud eos remanserant) conscribi et novis procuratoribus eiusdem nationis infra nominatis et nominandis tradi et assignari voluerunt  
 30 et petierunt, prout incontinenti res infra designate reperte per dictos dominos antiquos procuratores exhibite et presentate ac per me subscriptum notarium ad ipsorum requisita fideliter describe et anotate sunt, videlicet: Inprimis una possessio duorum iugerum cum dimidio terrae aratae, arboratae et vineatae cum domo etiam bene constructa cum suis superstantibus, posita extra portam Sancti Mammae prope menia civitatis Bononiae iuxta bona fratrum Sancti Hieronimi de Bononia et iuxta bona venerabilium sororum  
 35 Sanctae Agnetis a meridie. Item una pars anterior domus cupatae et muratae cum suis superstantibus, posita Bononie in capella Sancte Mariae de Muratellis in contrata dicta Sozonomme iuxta confines descriptos in instrumento emptionis per dominos procuratores nationis Germanicae, dominum Ioannem a Sclaberdorff et dominum Adamum Verlieser a magistro Ioanne de Montenariis aurifice anno 1529. empta ex pecunia hereditatis magistri Ioannis<sup>2</sup> de Scocia etc., ex qua domo dictus magister Ioannes solvit afflictum, videlicet libras septem *fol. 128v.*  
 40 Bononiensis monete currentis, scilicet in festo nativitatis et in festo paschatis, in quolibet festo tres libras cum dimidia. Item legatum quoddam dicte nationi factum ab Henrico de Felicinis Bononie cive, cuius successores, ut hodie dominus Ludovicus de Felicinis civis est, in quolibet anno persolvunt in quadragesima quinque libras

<sup>a</sup> sic.

45

<sup>1</sup> Cf. No. 10.

Acta nationis Germanicae.

52



Bononiensis monete currentis. Item in una capsula magna depicta cum insigniis nationis et duabus diversis clavibus hec infrascripta continentur: Item unus liber statutorum una cum matricola episcoporum, doctorum, scholarium hic discedentium et eorum, qui hic obierunt. Item matricola seu annales nationis. Item duo sigilla nationis, unum argenteum cum corda eius serica nigra, alterum aeneum in una parva ex nuce capsula. Item privilegium confirmationis nationis et statutorum cum quibusdam aliis immunitatibus a sacratissimo Carolo quinto Romanorum imperatore anno Domini 1530. impetratum. Item instrumentum vetustissimum anni 1273., quod dicta natio sit exempta a iurisdictione rectoris universitatis Bononiae, simul duo alia instrumenta appendentia et superiori alligata. Item duo instrumenta causas redditicia, qua ex causa Flandrenses a dicta Germanica natione sunt exclusi. Item duo instrumenta de constituendis in natione procuratoribus et eorum auctoritate. Item alia sex instrumenta simul alligata, quorum inscriptio est: 'Rerum dicte nationis aestimatio ac quondam depositio'. Item formula cuiusdam instrumenti, quomodo et quibus modis res nationis deponende sunt. Item instrumentum de revocatione infamiae cuidam Germano scholari irrogatae. Item instrumentum compositionis discordiarum nationum Almanicae et Hungaricae, ut patet in scriptis. Item unus liber in notis ex membranis, in quo continentur misse a natione cellebrande vel decantando a Marquardo de Stein preposito Bamburgensi nationi dono datus. Item unus liber ex tribus quinternionibus constans, in quo debita nationis, quae eidem debentur, continentur. Item unum instrumentum institutionis<sup>a</sup> possessionis nostrae nationis, in quo formula, quibus pactis et conditionibus<sup>b</sup> possessio nostra sit locanda. Item instrumentum donationis per dominum Fidelem quondam Antonii de Boba, una cum instrumento eiusdem, ubi se dictae nationi sex scutos confitetur debere. Item chirographum domini Ioannis Mecker novem ducatorum anni 1506. Item chirographum domini Gasparis Gressel ex Wratislawia octo ducatorum largorum et 28 Bologninorum anni 1523. Item chirographum domini Conradi Hohenperger septem ducatorum anni 1526. Item chirographum domini Andreae a Ponewiezs sex scutorum anni 1528. Item aliqua alia instrumenta Ioannis Scoti olim bedelli dicte nationis respectu suae hereditatis nationi predictae relictas, ut quae sequuntur: Testamentum predicti Ioannis Scoti ac inventarium eiusdem. Item copia quedam emptionis domus eiusdem suprascripti Ioannis Scoti ab Alexandro de Lippis. Item copia instrumenti transactionis inter nationem et dominam Isabellam quondam Hectoris de Regio viduam et eius filiam. Item copia instrumenti solutionis heredum Alexandri de Lippis stampatoris et absolutionis eorundem. Item instrumenta emptionis domus a magistro Ioanne Baptista aurifici empte, una cum instrumento afflictuum et locationis eiusdem. Item copia expensarum in causa contra dictum Alexandrum de Lippis. Que omnia suprascripta instrumenta sunt posita in una parva capsula ex abiete, quarum duae sunt, in altera privilegia dicte nationis sunt. Item tria vexilla ex serico, videlicet unum rubeum, aliud nigrum, tertium flavum cum imperatoris et nationis insigniis in uno saculo. Item aliqui antiqui libri nationis in humanioribus iuxta eorum assignationis zedulam domini Lucae de Rosenawer una cum quibusdam libellis Adami Krebs. \* Item unum vasculum ligneum pro colligendis fabis sufragiorum. Item unus calix cum patena inauratus superius de argento cum suo vase coreo superinducto. Item in una altera capsula depicta magna consimili priori et diversis clavibus, in qua hec, quae ad rem divinam spectant, prout sequitur, continentur: Item unus alius calix cum sua patena inauratus ex parte superiori de argento et parte inferiori de ramo cum pace argentea quinque unciarum ex argento Bononorum<sup>b</sup> cum duobus vellaminibus super calicem, videlicet uno nigro et altero albo, cum uno peplo longo ex serico albo Ungaro, que omnia in uno vasculo nigro coreo inducto cum insigniis nationis predictae insculptis continentur. Item unum turrubulum ex argento fino duarum librarum et octo unciarum cum imaginibus sanctorum deauratis insculptis in uno vase ligneo. Item una planeta seu casula cum cruce de auro alias brochato de oro cum insigniis nationis ex damasco albo una cum sua alba, umbrali, stola, manipulo et cordono, et unum palium altaris cum consimilibus insigniis et tribus pulvinaribus. Item bursa corporalis

fol. 183r.

<sup>a</sup> corr. ex emptionis.

sic.



cum libri missalis coopertura, hec omnia ex damasco albo. Item alia planeta vel casula cum cruce aurea intexta et palium altaris cum insigniis nationis cum sua alba, umbrali, stola, manipulo et coopertura libri ex schamloto nigro. Item una tela nigra pro defunctis ad officia mortuorum depicta cum cruce rubea. Item tres mappe magne ad altare pertinentes. Item quatuor linteoli super calicem cum cruce. Item quatuor  
5 sudariola linteola pro extergendis manibus in missa. Item duo paniselli ad comunicandum scholares. Item lineum album vellamen calicis serico rubeo elaboratum, quod cum predictis linteolis et panisellis in uno sacco lineo est. Item quatuor candelabra ex auricalcho ad altaria. Item una pellicula ex aurichalco. Item una spalaria magna, nova, illesa, ex lana cum tribus insigniis, videlicet imperatoris, nationis et donatoris, longitudinis viginti ulnarum et latitudinis trium ulnarum et una quarta. Item duo bancheleti ex lana.  
10 Item una capsula penalis in forma ut capsula, in qua sigillum nationis est. Item una alia capsula lignea longa ex abiete, in qua candeles nationis ad sacrificium pertinentes reponuntur, et in ea sunt nunc temporis due tortiae et quatuor candeles super candelabra ex cera alba.

Hec omnia supradicta bona predictae nationis existentia in duabus ligneis capsis magnis ut supra descriptis, dominus Adamus Verlieser et dominus Georgius Zolner in Brandt Bambergensis, Francones, dicti  
15 antiqui procuratores, finito eorum officio et de omnibus habitis perceptis, conservatis et quocunque distractis atque expensis plena et sufficienti reddita ratione, assignaverunt nobilibus viris domino Petro Bochynie de Lazian et domino Philippo de Veningen novis procuratoribus predictae nationis, presentibus et vice et nomine totius nationis acceptantibus. Et ista assignatio ac traditio omnium supradictorum bonorum facta fuit in presentia dominorum sindicorum dictae nationis, videlicet domini<sup>a</sup> Ioannis Rudolphi Magontinensis dio-  
20 cesis, domini<sup>a</sup> Gwillhelmi Muchek de Bukou et domini Wolfgangi Bamgartner diocesis Brixenensis et in presentia generosi domini Martini a Neydeck archidiaconi Tridentini etc. et domini Ioannis de Croariis, testium ad hoc spetialiter vocatorum et rogatorum.

25

## 90.

Instrumenta emptionis possessionis a monialibus Sancte Agnetis.<sup>4</sup>*Ex libro annalium fol. 189<sup>v</sup>. sqq.*

30

Bononiae, in monasterio S. Agnetis, II.—13. Februarii 1533.

Tractatus primus.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem M<sup>o</sup>. D<sup>o</sup>. XXXIII<sup>o</sup>, indictione sexta, die vero undecima mensis Februarii, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini domini nostri Cle-  
35 mentis divina providentia pape septimi, convocatis et capitulariter congregatis et in unum coadunatis ad gratam ferream parlatorii infrascripti monasterii venerabilibus dominabus priorissa et monialibus monasterii Sanctae Agnetis de Bononia de mandato venerabilis domine sororis Ursule de Tartagnis moderne priorisse dicti monasterii et monialium eiusdem ad sonum campanelle, ut earum moris est, pro infrascriptis negotiis tractandis et ob causam infrascriptam, in qua congregatione intervenerunt infrascripte domine moniales, vi-  
40 delicet: prefata soror Ursula de Tartagnis priorissa, soror Thimothea de la Folta<sup>b</sup> subpriorissa, soror Alexandra et soror Helena de Mamelinis, soror Ludovica de Gigliis<sup>c</sup>, soror Veronica Zenzifabris, soror Chassandra de la Torre, soror Arcangela de Sibaldinis, soror Iacoba de Claris, soror Gabriella de Serpa, soror Hyppolita et soror Eugenia de Gipso<sup>d</sup>, soror Iudit de Maxinis, soror Angela de Marsiliis, soror Thomasia de Buchis<sup>e</sup>,

45 egipto 1.

<sup>a</sup> domino 4.<sup>e</sup> Buccis 2.<sup>b</sup> della Volta in tract. 2 et 3.<sup>c</sup> Gligliis 2, Zigliis 3.<sup>d</sup> sic 2 et 3, de de



soror Lucia de Mamelinis, soror Barbara de Cedroplano, soror Victoria de Budriolis, soror Iulia de Bruchis<sup>a</sup>, soror Modesta de Cesena, soror Columba de Orlandinis, soror Elinoria de Borgogninis, soror Diana de Dulcinis, soror Iulia de Bologninis, soror Clementia de Ghoadinis, soror Evangelista de Saxuno<sup>b</sup>, soror Osanna de Fuscaris<sup>c</sup>, soror Perpetua de Faventia, soror Clara de Dulcinis, soror Vincentia<sup>d</sup> de Coltellinis<sup>e</sup>, soror Cleophe et soror Biancha de Malvitiis, soror Eustachia de Zanis<sup>f</sup>, soror Theophila<sup>g</sup> de Ferro<sup>h</sup>, soror Iustina<sup>i</sup> de Zanis, soror Domicella de Platisiis, soror Ludovica de Blanchetis<sup>l</sup>, soror Augustina de Bertalotis<sup>k</sup>, soror Andrea de Ramondinis, soror Anna de Cospis, soror Eufroxina de la Volta, soror Leona de Victoriis, soror Sigismunda de Pasiis, soror Cecilia<sup>l</sup> de Ale, soror Maria de Sala, soror Theodora et soror Caterina de Canimicis, soror Francisca de Isolanis, soror Aurea<sup>m</sup> de Blanchetis<sup>n</sup>, soror Febronia de Blanchinis<sup>o</sup>, soror Paula de Cospis, soror Hyppolita de Platisiis<sup>p</sup>, soror Camilla de Fabris, soror Seraphina de Fantutiis, soror 10 Baptista de Gabriellis, soror Innocentia de Raigusia<sup>q</sup>, soror Dorothea de Cavatiis, soror Philippa de Martignobus, soror Angelica de Ale, soror Helena de Malvitiis, soror Maria Magdalena de Poetis, soror Eufroxia<sup>r</sup> de Libris, soror Illuminata de Castellatis, soror Valeria de Barzelinis, soror Paula de Pasiis, soror Constantia de Sancto Petro, soror Floriana de Fabris, soror Iunipera<sup>s</sup> de Barzelinis<sup>t</sup>, soror Agnes de Mamelinis, omnes moniales sorores profexe in dicto monasterio Sancte Agnetis de Bononia et que habuerunt et habent 15 vocem in capitulo et que fuerunt et sunt ultra tres partes ex quattuor partibus monialium habentium vocem

fol. 190r. in \* capitulo et representantes totum capitulum dicti monasterii. Quibus sic congregatis prefata domina soror Ursula priorissa exposuit et narravit per organum mei notarii infrascripti earum causam congregationis fuisse et esse infrascriptam: videlicet, quod cum ipse moniales et earum monasterium predictum habuerint et habeant quandam petiam terre laborate et pro parte arborate et vitate unius tornature et trium partium 20 ex quattuor partibus alterius tornature vel circa sitam et positam in guardia civitatis Bononie in capella Sancti Mamme extra portam Sancti Mamme iusta bona antiqua scoliariorum<sup>u</sup> iuris civilis et pontificii nationis Germanice Bononiensis<sup>v</sup> studentium a duobus lateribus usque a[d] mane et desuptus iuxta heredes<sup>v</sup> Ser Bonifatis<sup>v</sup> de Logliano, mediante quadam cavedagna ipsarum sororum ut infra eis reservanda, iuxta alia bona ipsarum monialium desuper et alios confines et que pecia terre fuit et est, ut supra dictum est, contigua 25 bonis dictis scoliariorum et sepe et sepius ac in dies damnificatur a colonis et laboratoribus dictorum scoliariorum et ipsorum bonorum, tam cum<sup>w</sup> personis quam ab animalibus et presertim cum<sup>w</sup> galinatiis animalibus, et in dies et sepius ob damna ipsa interveniunt alique altercationes, rixe inter factores et agentes ipsarum bonialium<sup>x</sup> et dictos scolares seu eorum laboratores, et cum ipse moniales non habeant aliquam habitationem vel domum super ipsa petiola terre nec aliqua alia bona laboratoria ibi vicina et contigua; — et quod propterea 30 ipsa domina priorissa pro parte et nomine dictorum scoliariorum nationis Germane operam dantium iuri civili et canonico in civitate Bononie requisita et interpellata fuit super venditionem et alienationem ipsius petiole terre et ad evitandum rixas et scandala, que possent in futurum oriri inter agentes dictarum monialium et earum monasterii predicti ex una et dictos dominos scolares seu eorum agentes et laboratores [ex altera parte] occasione alicuius damni, quod forte eisdem dominis monialibus daretur et dari posset in ipsa petiola 35 terre per laboratores et agentes dictorum dominorum scoliariorum seu aliquem ipsorum scoliariorum, et offerant ipsi domini scolares eisdem monasterio et monialibus dare et solvere libras ducentas octuaginta Bononiensis monete currentis pro pretio ipsius petiole terre, quod fuit et est satis iustum et magnum pretium, dummodo per ipsas moniales investiantur, reservatis tamen ipsius monialibus dicta cavedagna cum puteo in ea existente ipsarum monialium, sita inter dictam petiolam terre et dictos heredes Ser Bonifatis<sup>v</sup> de Logliano, 40 et quod ipsi domini scolares ultra predicta offerunt se paratos eisdem monasterio et monialibus prestare et

<sup>a</sup> Buchiis 2.      <sup>b</sup> Sassuno 2.      <sup>c</sup> Fuscharariis 2. Fuscharis 3.      <sup>d</sup> Clara et Vincentia desunt 3.  
<sup>e</sup> Cultellinis 2.      <sup>f</sup> Sanis 2. 3.      <sup>g</sup> Hyppolita 3.      <sup>h</sup> Fero 2. 3.      <sup>i</sup> Blanchitiis 2. 3.      <sup>k</sup> Bartolotis 2. 3.  
<sup>l</sup> Cicilia 3.      <sup>m</sup> Aurelia 2. 3.      <sup>n</sup> Bianchetis 3.      <sup>o</sup> soror Deodata de Vizano, soror Bartholomea de Arighis  
sequuntur 2. 3.      <sup>p</sup> Platixiis 3.      <sup>q</sup> Raigugia 2.      <sup>r</sup> Euphrasi 3.      <sup>s</sup> Iunipera 1; Paula, Constantia, Floriana  
et Iunipera desiderantur 3.      <sup>t</sup> Barzalinis 2.      <sup>u</sup> sic.      <sup>v</sup> bona heredes A.      45



dare facultatem et potestatem et iurisdictionem eundi per cavedagnam seu viam ipsorum scolariorum, per quam itur ad eorum domum suorum bonorum a via publica secus foveas civitatis Bononie ad dictum puteum et dictam<sup>a</sup> earum cavedagnam<sup>a</sup> et alia earum bona, et redeundi quotiens opus fuerit, ut eis videbitur, et<sup>b</sup> eorum agentibus et laboratoribus, ita tamen, quod arbores, vite[s] ac herbe in ipsa via ipsorum scolariorum  
 5 existentes et nasciture<sup>c</sup> intotum sint ipsis scolaribus reservate et ad eos spectare [debeant], sed solummodo ad ipsas sorores spectare debeat iurisdictione eundi et redeundi per ipsam viam, cum hoc tamen, quod ipse moniales et eius monasterium teneantur ad expensas fiendas et quando fient et fieri contingeret pro manutenendo portam et hostium dicte vie seu cavedagne pro medietate, et sic expense comuniter per ipsos scolares et ipsas moniales fieri debeant, cum hoc tamen, quod teneantur ipse moniales et eorum laboratores et agentes  
 10 per ipsam portam et viam euntes et ire volentes claudere et clausum manutenere hostium et portam dicte vie, cum per illam transierint, et sic facere et curare, ne aperta remaneat ipsa porta, ne aliquis alius per eam ingredi posset neque scolares nec etiam ipse moniales damnificentur in eorum respective terris et bonis, cum hoc tandem, quod ipsi scolares teneantur plantare seu plantari facere et construere unam sepem vivam in confinibus ipsorum scolariorum cum ipsis monialibus, videlicet a latere sero dicte petiole terre  
 15 inter eam et dictam cavedagnam ipsarum monialium eis reservatam ut supra et ipse moniales fieri faciant unum fossatum super earum terreno dicte cavedagne reservate prope dictam sepem latitudinis ad minus unius pedis cum dimidio comunis mesure; — et quod ipsa domina priorissa proposuit pro maiori dicti monasterii et monialium utilitate et ad evitandum rixas et scandala, que oriri in futuris possent, et cum ex eadem petia terre non multi percipiantur introitus et redditus sed tenues et pauci, ipsam petiolam terre  
 20 velle vendere dictis dominis scolaribus, illam emere et acquirere volentibus et illam eorum<sup>d</sup> bonis antiquis addere, pro dicto pretio librarum dugentarum octuaginta Bononiensis monete currentis, et pretium ipsum investire in aliqua seu in<sup>e</sup> aliquibus bonis immobilibus sitis in civitate, guardia vel comitatu Bononiensi, fol. 190v. dicto monasterio et monialibus utilioribus et melioribus et fertillioribus pro eis, et eisdem dominis scolaribus tales res sic emendas spetialiter obligantes et hipotecantes<sup>e</sup> ad defensionem ipsius petiole terre vendende in  
 25 solemni et valida forma tamquam bona empta seu emenda de et cum propriis pecuniis ipsorum dominorum scolariorum cum sumptis, pactis et conventionibus ac reservationibus, de quibus supra dictum est; — et quia ipsa domina priorissa, si premissa fiant et processerint, sperat conditionem dicti monasterii et ecclesie et ipsarum monialium absque dubio longe efficere meliorem, presertim ex causis et rationibus preallegatis et ex aliis etiam quam pluribus rationibus et causis eius animum, ut asseruit, moventibus et eam ad hoc indu-  
 30 centibus et quod dicte domine moniales debeant super predictis invicem tractare et conferre ac etiam deliberare, quid eis inde faciendum videbitur; — que quidem moniales una cum dicta domina priorissa simul cum eis invicem super premissis tractantes et considerantes tandem premeditato consilio et nemine discrepante<sup>f</sup> unanimiter concluderunt et deliberaverunt in et pro presenti primo tractatu, consultatione et deliberatione ad dictam alienationem et venditionem dicte petiole terre ac ad spetialem obligationem de dictis aliis  
 35 rebus ut supra emendis cum dictis dominis scolaribus Germane nationis deveniendum esse et deveniri debere ex causis et rationibus maximis antedictis et etiam ex aliis pluribus rationibus et causis earum animum et mentem ad hoc, ut asseruerunt, inducentibus, rogantes insuper predicta domina priorissa et moniales me notarium infrascriptum, ut de predictis omnibus publico conficerem instrumento<sup>g</sup> seu instrumenta.

Actum Bononie, in dicto monasterio Sancte Agnetis et ad dictam gratam ferream parlatorii, presentibus ibidem venerabili viro fratre Cherubino de Casale maiori, ordinis sancti Dominici et in illo professo, moderno sindaco ipsarum dominarum monialium, Iohanni Francisco quondam Ludovici de Serpa Bononiensis civis capelle Sanctorum Cosma<sup>e</sup> et Damiani et Ser Laurentio quondam Ser Nanis de Cagnolis de

<sup>a</sup> dictis cavedagna A.      <sup>b</sup> ad A.      <sup>c</sup> existentium et nascituis A.      <sup>d</sup> cum A.      <sup>e</sup> obligato et  
 45 hipotecato A.      <sup>f</sup> discrepatione A.      <sup>g</sup> sic.



Cento Bononiensis diocesis cive et notario Bononiensi, testibus omnibus ad predicta omnia et singula adhibitis et vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Paulus filius quondam Leonardi Bordoni publicus apostolica imperiali ac communis Bononiensis [auctoritate] notarius, predicta omnia et singula prout in notis\* et rogatis et scripturis egregii Ser Camilli de Morandis inveni etc. 5

*Signum.* Ego Camillus olim Virgilio de Morandis Bononiensis civis etc.

## 91.

10

## Tractatus secundus

*die duodecimo mensis Februarii 1533. datus ad verbum consentit cum tractatu primo.*

fol. 192r. . . . . Actum Bononie, in dicto monasterio Sancte Agnetis ad dictam gratam ferream parlatorii, presentibus ibidem venerabili viro fratre Cherubino de Casale maiori ordinis sancti Dominici et in illo profexo, moderno sindaco ipsorum dominarum monialium, \* Philippo quondam Minotis de Minotiis factore 15 ipsarum monialium, Natale quondam Dominici Recho de terra Ronchoris, Augusto quondam Tonii de Zolo de Vale Sapine hortolano capelle Sancte Marie de Moradellis, testibus omnibus ad predicta vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Paulus filius quondam Leonardi Bordoni etc.

*Signum.* Ego Camillus olim Virgilio de Morandis Bononiensis civis etc. 20

## 92.

25

## Tractatus tertius.

*Tractatus tertii confecti die tertio decimo mensis Februarii 1533. pars prior usque ad vocem instrumenta verbotenus concordat cum tractatu primo, pars altera hic sequitur:*

fol. 193v. . . . . Et successive et mediante expletis predictis prefata domina priorissa et moniales monasterii et conventus Sancte Agnetis de Bononia sicut supra congregata sponte et ex certa earum et cuiuslibet earum scientia animisque deliberatis et nullo iuris vel facti errore ducte mutuis inter eas intervenientibus 30 consensibus et unanimi voluntate, et precedentibus earum tribus tractatibus et consultationibus per et inter eas super premissis et infrascriptis solemniter et legitime obtentis, et presertim ex causis et rationibus in eisdem tractatibus contentis et deductis et pro ipsarum monialium ac monasterii et ecclesie utilitate et commodo necnon et rationibus aliis melioribus modo, iure, via, causa et forma ac nominibus, quibus potuerunt et debuerunt ac possunt et debent, per se et earum in dicto monasterio et ecclesia successores 35 iure proprio et in perpetuum dederunt, vendiderunt et tradiderunt nobilibus viris et scolasticis dominis Vilelmo Mueheck de Buchoff<sup>b</sup> et Iohanni a Croaria Alemanis procuratoribus Germanice nationis et scolariorum<sup>c</sup> eiusdem nationis studentium in iure civili et pontificio in civitate Bononie ibidem presentibus et pro dicta natione et scolaribus nationis Germanice studentibus in iure civili et pontificio in civitate Bononie et eorum successores stipulantibus, recipientibus et ementibus unam petiam terre laboratorie et pro 40 parte arborate et vitate unius tornature et trium partium ex 4<sup>te</sup> partibus alterius tornature, sitam et positam in guardia civitatis Bononiensis in capella Sancti Mamme extra portam Sancti Mamme iuxta bona antiqua scolariorum nationis Germanie iuri civili et pontificio operam dantium in civitate Bononie a \* duobus lateri-

\* in notis et notis A.

<sup>b</sup> sic.<sup>c</sup> bis scriptum.

45



bus usque ad mane et desuptus iuxta heredes Ser Bonifatii de Logliano, mediante quadam cavedagna ipsarum sororum ut infra eis reservanda, iuxta alia bona ipsarum monialium desuper et alios confines ad habendum, tenendum et possidendum, et quicquid dictis dominis scolaribus et nationi [et eorum] in ipsa natione successoribus de dicta re ut supra vendita et qualibet eius parte et iure deinceps et in futurum videbitur et  
 5 placuerit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis, que infra predictos continentur confines vel alios, si qui forent seu pro tempore apparerent plures aut veriores, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam seu vias publicas et cum omnibus et singulis, que suprascriptis rebus ut supra venditis insunt, coherent et accedunt ac inesse, choerere<sup>a</sup> et accedere possunt et debent de iure, uso, stilo, consuetudinis<sup>a</sup> vel de facto, quorum omnium commodum et utilitas ad dictos dominos scolares nationis prefate et eorum in  
 10 illa successores spectet<sup>b</sup> et pertineat ac spectare et pertinere debeat libero et pleno iure, reservatis tamen ipsis monialibus et monasterio dicta cavedagna cum puteo in ipsa existente, et nullo modo in presenti venditione comprehendantur, et hoc nominatim pro pretio et nomine pretii dicte rei ut supra vendite de ipsarum partium comuni concordia et voluntate in totum in summa librarum ducentarum et octuaginta Bononiensis monete currentis. Quod pretium totum et integrum predicti domini Vilelmus et Iohannes procuratores dicte nationis  
 15 de pecuniis dicte nationis, quantum est respective librarum centum Bononiensis monete currentis de pecuniis pro dicta natione habitis a magnifico et generoso equite domino Ludovico de Felicinis et pro eo a Paulo de Boateriis pro solutione et satisfactione ac cassatione et nullatione cuiusdam legati alias facti nationi Germane antedicte per olim dominum Peregrinum de Felicinis in eius testamento et ultima voluntate, ut ipsi asseruerunt, et quantum est ex respective residui de pecuniis propriis dicte nationis et scolariorum  
 20 coram testibus et me notario infrascriptis, dederunt et manualiter solverunt, dimisserunt et relaxaverunt predictis dominabus priorisse et monialibus et pro eis et eius commissione et mandato fratri Cherubino de Casale maiori ordinis Predicatorum vel sancti Dominici de Bononia, moderno sindaco dicte domine priorisse et monialium ibidem presenti, recipienti et ad se trahenti in tot et tantis monetis auri, argenti et quattrinorum ad dictam et tantam summam ascendentibus, prout ipse frater Cherubinus sindaco predictus illud  
 25 recipiens, ad se trahens et penes se retinens sponte et ex certa eius scientia animoque deliberato et nullo iuris vel facti errore ductus dixit, asseruit, confessus fuit et publice recognovit, illud tantum et tot fuisse et esse et sibi datum fuisse et extitisse dicta de causa, et ad cautelam magis abundantem sponte et solemniter, ut supra, renuntiavit exceptioni sibi non date, non tradite, non solute, non numerate et penes eum non dimisse, non relaxate dicte quantitatis pecunie dictarum librarum ducentarum octuaginta Bononiensis dicte  
 30 monete et dicta de causa. Quam rem ut supra venditam constituerunt prefate domina priorisse<sup>a</sup> et moniales sponte et solemniter ut supra se nomine dictorum dominorum scolariorum, dictis nominibus, et eorum nationis predictae possidere<sup>c</sup> et cum pleno actu constituti de possidendo et cum promissione per eas solemniter ut supra facta dominis procuratoribus dictis nominibus presentibus et ut supra stipulantibus et acceptantibus de litte perpetuo non movenda nec inferenda in et super dictis rebus ut supra venditis et qualibet  
 35 earum parte vel iure et ad legitimam et generalem defensionem earum et cuiuslibet earum partis et iuris cum pactis vacue possessionis tradende, suscipiende litis et libelli et de evictione in forma et secundum formam provisionis antedictis<sup>a</sup> edite de anno 1466. per magnifica regimina civitatis Bononiensis et in camera actorum comunis eiusdem posite et existentis; cum pacto inter ipsas partes expresse convento, quod eisdem dominabus priorisse et monialibus sit reservata cavedagna cum puteo in ea existente, sita inter dictam  
 40 petiolam terre et dictos heredes Ser Bonifatii de Logliano; cum pacto etiam inter dictas partes convento, quod eisdem dominis monialibus et earum agentibus et laboratoribus liceat et licitum sit ire per cavedagnam seu viam ipsorum scolariorum, per quam itur ad eorum domum suorum bonorum a via publica secus foveas civitatis Bononie ad dictam cavedagnam et dictum puteum dicti monasterii et <sup>a</sup> ipsarum monialium et alia fol. 194r.



earum bona et reddere, totiens et quotiens opus fuerit et eis videbitur et placuerit, prout sic ipsi domini procuratores dictis nominibus facultatem, potestatem et iurisdictionem eis domine priorisse et monialibus prestarunt et dederunt; cum hoc tamen pacto et lege, quod omnes arbores, vites et herbe in ipsa via seu cavedagna ipsorum scolariorum existentes et nasciture in totum ad ipsos scolares spectent et eis reserventur, sed solummodo ad ipsas moniales spectet iurisdictione eundi et redeundi per ipsam viam; cum pacto 5 etiam, quod ipse domine moniales et earum monasterium teneantur ad expensas fiendas et que fient et fieri attingent pro manutenendo<sup>a</sup> portam et hostium dicte vie seu cavedagne pro medietate, et sic expense communiter fieri debeant per ipsas moniales et scolares; cum hoc tamen, quod teneantur ipse moniales et earum laboratores et agentes per dictam viam et portam euntes et ire volentes, claudere et clausum manutenere hostium et portam dicte vie cum per illum transiverint, et sic facere et curare, ne 10 aperta remaneat ipsa porta, ne aliquis alius per eam ingredi possit nec ipsi scolares nec etiam ipse moniales damnificentur in earum respective terris et bonis; cum pacto etiam, quod ipsi scolares et natio eorum teneantur, prout sic promiserunt ipsi domini procuratores, plantare seu plantari facere et construere unam sepem vivam in confinibus ipsorum scolariorum cum ipsis monialibus, videlicet a latere sero dicte petiole terre inter eam et dictam cavedagnam ipsarum monialium reservatam ut supra, et dicte moniales fieri faciant 15 unum fossatum super earum terreno dicte cavedagne servate prope dictam sepem latitudinis ad minus unius pedis cum dimidio measure comunis; cum pacto etiam, quod due claves fieri debeant pro aperiendo dictum hostium et portam dicte vie, una videlicet expensis dominorum scolariorum, alia expensis dominarum sororum; cum pacto etiam, quod iura coloni dicte petiole terre sint eis reservata usque ad festo<sup>b</sup> omnium sanctorum pro tempore futuro; cum pacto etiam inter dictas partes expresse convento, quod ipse domine 20 moniales teneantur, prout sic promiserunt, dictis dominis procuratoribus presentibus ut supra stipulantibus et acceptantibus dictum pretium dicte petiole terre ut supra vendite, videlicet dictas libras ducentas octuaginta Bononienses investire in aliqua re immobili, bene tuta et secunda, sita in civitate Bononie vel comitatu, que sit et esse debeat perpetuo obligata et hypothecata et quam rem sic emendam exnunc prout extunc ipsa domina priorissa et moniales spetialiter et expresse obligaverunt et hypothecaverunt ac obligant et 25 hypothecant eisdem dominis procuratoribus presentibus et pro dicta natione et scolaribus eiusdem et eorum in illa successoribus stipulantibus et acceptantibus ad evictionem<sup>b</sup> et defensionem ac pro tuitione et defensione generali dicte petiole terre eisdem dominis scolaribus et procuratoribus ut supra vendite in forma latissima, ita quod in quocumque casu cuiuslibet litis, quam eisdem dominis scolaribus et nationi antedictae et eorum in ipsa natione successoribus moverunt in, de et super dicta petiola terre ut supra vendita et qua- 30 libet eius parte et evictionis, que sequeretur ad ea in totum vel proparte, possint et valeant ipsi domini scolares nationis antedictae et eorum in illa successores habere accessum, regressum et recessum ad dictam rem emendam, tamquam ad rem emptam de et cum propriis pecuniis ipsorum dominorum scolariorum nationis predictae et eis spetialiter obligatam et se super ea revelare tam pro forte quam pro penis, damnis, expensis et interesse suis etiam propria auctoritate et absque alicuius iudicis vel officialis licentia, iussu vel 35 mandato et absque partis citatione vel requisitione aliqua; ita tamen et cum hoc, quod per hanc spetialem obligationem non derogetur alicui generali nec econtra, et quod una via electa in aliam eligendum sibi preiudicium aliquod non generetur nec generatum esse intelligatur; et interim ipsas libras ducentas octuaginta Bononienses deponere penes Petrum de Bonfigliis camporem et socios ad banchum penes eos permanendas donec investiantur ut supra, et sic de predictis omnibus et singulis prout inter partes et contra- 40 hentes predictos sponte et solemniter ut supra ac modis et nominibus predictis actum extitit et expresse conventum. Que omnia et singula superius et inferius et in presenti contractu et instrumento apposita, contenta et descripta partes et contrahentes predicti sponte et solemniter ut supra ac modis et nominibus

<sup>a</sup> bis scriptum.<sup>b</sup> sic.



predictis sibi invicem et vicissim promiserunt perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, attendere et observare et adimplere et in nullo contrafacere, dicere, excipere, opponere vel venire per se vel per alium seu alios aliqua ratione vel causa, modo vel ingenio, de iure vel de facto, in iudicio vel extra sub pena dupli dicti pretii per <sup>a</sup> partes et contrahentes predictos sponte et solemniter, ut supra, sibi invicem et vicissim *fol. 194v.*

5 promissa et conventa; que pena totiens comitatur ac peti et exigi possit per partem non contrafacientem et a se promissa observantem a parte contrafaciente et a se promissa non observante, quotiens in predictis et circa predicta vel aliquid predictorum contrafactum fuerit, ventum, vel ommissum; et ipsa pena commissa vel non, soluta et exacta vel non, predicta nichilominus et infrascripta omnia et singula perpetuo forma<sup>a</sup> perdurent et perdurare debeant. Item reficere et restituere promiserunt partes et contrahentes predicti sponte

10 et solemniter, ut supra, ac modis et nominibus predictis sibi invicem et vicissim omnia et quecumque dampna, sumptus, expensas et interesse, que, quas et quod una pars occasione alterius econtra faceret, pateretur et supportaret predictis<sup>b</sup> occasione in iudicio vel extra. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis et efficaciter adimplendis partes et contrahentes predicti sponte et solemniter, ut supra, ac modis et nominibus predictis sibi invicem et vicissim obligaverunt et hipotechaverunt omnia et quecumque dictis nominibus

15 bona, videlicet dicte domina priorissa et moniales bona dicte<sup>b</sup> earum monasterii et monialium et dicti domini procuratores emtores bona dicte eorum nationis mobilia et imobilia, res et iura presentia et futura, cuiuscunque conditionis et qualitatis existant, et ubicumque posita et confinata. Insuper partes et contrahentes predicti sponte et solemniter, ut supra, ac modis et nominibus predictis renuntiaverunt in his et super omnibus et singulis expresse exceptioni doli mali, quod metus causa, conditioni<sup>b</sup> indebiti, sine causa aut ex

20 iniusta, in factum actioni, fori privilegio, feriis et diebus feriatis, inductis et inducendis, et generaliter omni alii legum, iuris, usus auxilio, quod in predictis et circa predicta dici et excogitari possit, dummodo partes et contrahentes predicti licet maiores essent annis viginti quinque et etatum perfectarum, sponte tamen corporaliter iuraverunt, videlicet dicte domina priorissa et moniales super earum pectora et conscientias more sacerdotali dicti monasterii, domini procuratores ad sancta Dei evangelia manibus eorum tactis scripturis se

25 esse maiores et etatum perfectarum, ut supra, predictaque omnia et singula vera fuisse et esse et ea perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, attendere, observare et adimplere et in nullo contrafacere, dicere, excipere, opponere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione vel causa, modo vel ingenio, de iure vel de facto, in iudicio vel extra.

Actum Bononie, in dicto monasterio Sancte Agnetis et ad dictam gratam ferream parlatorii, presentibus ibidem Philippo quondam Minotis de Minotiis factore ipsarum monialium, Augustino quondam Tonii de Zolo de Valle Sapine ortolano capelle Sancte Marie de Muradellis, qui Philippus factor dixit et asseruit se partes et contrahentes predictos bene cognovisse et cognoscere, testibus omnibus ad predicta vocatis et rogatis.

*Signum.* Ego Paulus filius quondam Leonardi Bordoni Bononiensis civis etc.

*Signum.* Ego Camillus olim Virgilli de Morandis Bononiensis civis etc.

35

## 93.

Instrumentum absolutionis et laxationis legati V librarum Bononiensium Felsinorum.<sup>1</sup>

*fol. 195v.**Ex libro annualium fol. 195v.<sup>1</sup>*

40

**Bononiae, in domo Ludovici de Felisinis, 15. Februarii 1533.**

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo trigesimo tertio, indictione sexta, die vero quinta decima mensis Februarii, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris

<sup>a</sup> sic loco firma.<sup>b</sup> sic.

45

<sup>1</sup> Cf. pag. 383, 42.

Acta nationis Germanicae.

53



et domini domini nostri Clementis divina providentia pape septimi, cum sit, quod alias per quendam dominum Peregrinum Henrici de Felicinis Bononiensis civis<sup>a</sup> in suo ultimo quod condidit testamento et ultima voluntate inter alia per ipsum in eo disposita relinquerit<sup>a</sup> nationi Alemane seu scholaribus dicte nationis studentibus in iure civili et pontificio in civitate Bononiensi libras quinque Bononiensis monete currentis quolibet anno in perpetuum modis et forma latius contentis in testamento predicto per publicum 5 notarium rogato, et cum sit, quod per dictos dominos scolares emta et acquisita fuerit quedam petiolam<sup>a</sup> terre laborate, arborate et vitate unius tornature et trium partium ex 4<sup>or</sup> partibus alterius tornature vel circa a dominabus priorissa et monialibus Sancte Agnetis de Bononia, contigua aliis bonis ipsius nationis et scoliariorum pro pretio librarum dugentarum octuaginta Bononiensis monete currentis in totum ex instrumento huiusmodi emtionis rogato per me notarium infrascriptum, et pecuniam non habentes cum illam 10 habendi ac acquirendi et requisiverint et interpellaverint magnificos et generosos equites dominum Ludovicum olim magnifici et generosi equitis domini Bartholomei de Felicinis heredem et successorem dicti quondam domini Peregrini de Felicinis, ut vellet eisdem scholaribus dare et solvere libras centum Bononiensis monete currentis, tum illas<sup>b</sup> investiendi et convertendi in emptione dicte petiole terre, cum obtulerint et offerant se paratos eundem dominum Ludovicum et eius heredes et eius successores absolvere et liberare de et allegato<sup>c</sup> 15 predicto et absolute dictarum librarum quinque Bononiensium annuatim dicte nationi Alemane et scholaribus eiusdem solvendarum, et volens ipse dominus Ludovicus eisdem dominis scholaribus et nationi Germane rem gratam facere, eisdem scholaribus et nationi solvit seu pro eo solvi fecerit<sup>a</sup> per Paulum de Boateriis dictas libras centum Bononiensis monete currentis causa illas solvendi dictis dominis monialibus et eas converti in emptionem et acquisitionem dicte petiole terre pro commodo et utilitate dicte nationis et 20 scoliariorum . . . . . *Sequuntur articuli copiosi ac formulae verbosae notarii mut. mut. fere ad verbum consentientes cum instrumento no. 92. . . . .*

Actum Bononie, in capella Sancte Marie maioris in domo habitationis predicti magnifici domini Ludovici de Felicinis, in quodam cammino inferiori, presentibus ibidem Iohanne Antonio quondam Andriani Ghisii Alemano auri batitore, habitante Bononie in capella Sancte Marie de Baronzella, qui dixit et asseruit 25 se partes et contrahentes bene cognovisse et cognoscere, et Iohanne Maria quondam Bonadi de Bonadis de Castello Gifredo Mantu[an]e diocesis et Bernardino quondam Michaelis Annani de Papia familiaribus dicti domini Ludovici, testibus omnibus ad predicta omnia adhibitis, vocatis et rogatis.

*fol. 196r.*      *Signum.*      Ego Paulus filius quondam Leonardi Bordoni Bononiensis civis etc.  
                   \* *Signum.*      Ego Camillus olim Virgillii de Morandis Bononiensis civis etc.

30

## 94.

*Natio Germanica praediolum emit.*

*Ex libro annalium fol. 207r.*

35

**Bononiae, in domo Vincentii et Alexandri de Marescalchis, 23. Decembris 1541.**

*fol. 207r.*      \* In<sup>1</sup> Christi nomine. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo quadragesimo primo, indictione quarta decima, die vero vigesima tertia mensis Decembris, tempore pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Pauli divina providentia papae tertii magnificus et generosus eques dominus Vincentius quondam domini Antonii dudum Ludovici de Marescalchis nobilis Bononiensis capellae 40 Sancti Prosperi, ad quem uti heredem et successorem dicti quondam Ludovici eius avi paterni una cum

<sup>a</sup> sic.      <sup>b</sup> cum A.      \* sic loco a legato.

<sup>1)</sup> *Insignia familiarum ab Aich et a Blumenthal adpicta sunt.*

45



infrascripto Alexandro eius fratre spectat et pertinet infrascripta res ut infra vendenda vigore maxime  
 acquisitionis de dicta re facte<sup>a</sup> per dictum quondam Ludovicum ab Antonio et Benante quondam Braigueræ  
 de Benatibus ex instrumento rogato per olim circumspectos causarum patronos dominos Alexandrum Butri-  
 5 garium et Bartholomeum de Zannis notarios Bononienses sub die prima Februarii anni millesimi quadringen-  
 tesimi octuagesimi primi elapsi, et ad cuius quidem rei vendendae promissum fuit ad legitimam et generalem  
 deffensionem<sup>b</sup> ac de evictione in forma per dictos venditores ac in solidum cum eis per Christophorum  
 quondam Jacobi de Cavariis de Gypso comitatus Bononiensis ac alias modo et forma contentis in alio publico  
 documento rogato per dictos dominos notarios sub die decima Ianuarii anni millesimi quadringentesimi  
 10 octuagesimi quarti elapsi, cum presentia, consensu et voluntate honestae et commendabilis mulieris dominae  
 Isotae quondam magnifici domini Mini de Rubeis viduae et uxoris dicti olim Antonii ipsiusque domini  
 Vincentii matris ibidem presentis, volentis et expresse consentientis infrascriptae venditioni et alienationi  
 ac omnibus et singulis in presenti instrumento contentis necnon renuntiantis omni et cuicumque iuri,  
 obligationi et hypothecae sibi forte quomodolibet competenti in et super infrascripta re vendenda aut aliqua  
 eius parte et iure, tam vigore et ex causa dotium suarum donationisque eidem factae per olim Ludovicum  
 15 eius filium rogatae per Ser Ioannem Franciscum et Ser Tregasum de Tregasiis notarios Mutinenses sub die  
 tertia decima Novembris anni millesimi quingentesimi vigesimi tertii elapsi, illa tamen sibi reservando  
 super aliis bonis sibi quomodolibet obligatis, quibus non intendit preiudicare tacite vel expresse, quam alias  
 quomodocunque qualitercunque et ex quacunque ratione vel causa ad et in favorem, comodum et utilitatem  
 infrascriptorum magnificorum dominorum emptorum illorumque in infrascripta universitate successorum, ac  
 20 etiam ipsa domina Isotta pro omni et quocunque suo iure et interesse, et sic quilibet ipsorum dominorum,  
 Vincentii et Isottae, tam coniunctim quam divisim ac alias omni meliori modo a iure permissio sponte et  
 ex certa eorum et cuiuslibet ipsorum scientia animisque deliberatis et nullo iuris vel facti errore ducti aut  
 alter ipsorum ductus, agentes tam illorum propriis et principalibus nominibus, quam vice et nomine Alexandri  
 eiusdem domini Vincentii fratris, pro quo ipsi domina Isotta et dominus Vincentius sponte ut supra *fol. 208r.*  
 25 promiserunt una, principaliter et in solidum de rato et ratihabitione omnium et singulorum in presenti  
 instrumento contentorum et se facturos et curaturos, omni iuris et facti et etiam difficultatis et impossibili-  
 tatis exceptione remota et cessante, ita et taliter, quod dictus Alexander cum effectu ad omnem voluntatem  
 dictorum dominorum emptorum aut alterius sua forte in futurum interesse putantis ratificabit, approbabit  
 et emologabit, etiam cum solemnitatibus de iure et ex forma statutorum Bononiae requisitis praesens instru-  
 30 mentum ac omnia et singula in eo contenta, et quod interim eis non contraveniet quacunque ratione vel  
 causa, in iudicio sive extra, et quod praedicta faciet idem Alexander etiam per publicum instrumentum  
 scribendum et rogandum per publicum notarium et roborandum omnibus suis clausulis necessariis et oppor-  
 tunis ac in similibus instrumentis apponi solitis et consuetis secundum stilum notariorum Bononiensium  
 sub infrascriptis pena et obligatione bonorum suorum, per se et dictum Alexandrum ac eorum et cuiuslibet  
 35 ipsorum heredes et successores iure proprio et in perpetuum dederunt, vendiderunt et traddiderunt magnificis  
 dominis domino Gerardo quondam domini Ioannis ab Aich Aggrippinati diocesis Colloniensis et domino  
 Ottoni filio domini Henrici a Blomental Brandenburgensi diocesis Havelbergensis, inclitae nationis Germanicae  
 iuristarum Bononiae studentibus<sup>c</sup> procuratoribus sive praefectis, sacri Lateranensis palatii aulaeque serenissimi  
 ac invictissimi principis domini Caroli quinti caesaris augusti etc. comitibus ibidem presentibus et pro dicta  
 40 natione Germanica ac scolaribus eiusdem in iure civili vel canonico in hac alma Bononiensi universitate  
 studentibus illorumque in dicta natione et universitate Germanica successoribus stipulantibus, ementibus,  
 recipientibus et acquirentibus, interveniente etiam magnifico et generoso equite ac excellentissimo iuris  
 utriusque doctore domino Ioanne Ludovico Bovio nobile Bononiensi de Germanica natione optime merito  
 eiusdemque protectore integerrimo et diligentissimo, unum praediolum sive possessiunculam terrae aratoriae



arboratae, vitatae, hortivae et casamentivae tornaturarum quinque vel circa et quantacunque sit sive plus sive minus tota veniat, cadat et comprehendatur in presenti venditione nil aucto vel diminuto de infrascripto pretio cum una domo sive palatio honorabili, putheo et aliis suis superextantibus, positis in guardia et suburbiis Bononiae in capella Sanctae Catherinae extra portam Sancti Mamae et loco, cui<sup>a</sup> dicitur Bel Riposo, confinatis iuxta viam publicam, iuxta heredes Ser Hieronymi de Tausignano, iuxta bona sororum 5 Sanctae Agnetis de Bononia, iuxta olim dominum Augustinum de Cattaneis et nunc dominam Catherinam de Marescottis uxorem Pauli Sillimani et alios suos plures aut veriores confines, ad habendum, tenendum et possidendum . . . . . pro praetio et nomine praetii dictae rei ut supra venditae de ipsorum contrahentium  
fol. 208<sup>v</sup>. modis et nominibus \* respective praedictis communi concordia et voluntate in totum et in summa librarum mille ducentorum septuaginta Bononenorum<sup>a</sup> monetae currentis. . . . . *Sequuntur clausulae formulaeque* 10  
,in similibus instrumentis apponi solitae secundum stilum notariorum Bononiensium'. *Fideiussor existit dominus Bonifatius quondam domini Bartholomei de Desideriis civis et mercator Bononiensis.*

Actum in civitate Bononiae, in capella Sancti Prosperi et in quadam camera inferiori domus habitationis dictorum dominorum venditorum, presentibus ibidem magistro Luca quondam Coradi Maler Alemano habitatore Bononiae in capella Sanctae Mariae de Baroncella, qui una cum me notario infrascripto dixit 15 et asseruit se partes et contrahentes predictos bene cognovisse et cognoscere, Ioanne Baptista quondam Nicolai del Negro Bononiensi cive capellae Sancti Barbatiani et Antonio Maria quondam Alexandri de Scharpis Bononiensi cive capellae Sancti Thomae de Braina, testibus omnibus ad praedicta omnia et singula adhibitis, vocatis atque rogatis.

*Signum.* Ego Oldradus quondam Ioannis de Garganellis Bononiensis civis etc. 20

*Signum.* Ego Galeaz quondam egregii viri Ser Achilles Bovii Bononiensis civis etc.

## 95.

fol. 214<sup>v</sup>.

\* ,Instrumentum emptionis praedii a domino Paulo Sublimano.' 25

*Ex libro annalium fol. 214<sup>v</sup>.***Bononiae, in domo Catharinae et Pauli de Sublimano, 28. Iunii 1542.**

